43735 / B

43137

D. CHRIST. FRIDER. REUSS

Medicinae Profeſſoris Publici in Alma Eberhardino - Carolina, Sereniſſimi Ducis Margrafii Badenſis Conſiliarii, Acad. Imp. nat. curios. Reg. Dan. Scient. ejusque oecon. Elect. Mogunt. nec non Soc. Elect. Lips. oecon. Tigur. phys. & Berol. amicorum naturae Scrutator. Sodal.

DISPENSATORIUM UNIVERSALE

SEU

LEXICON CHEMICO-PHARMACEVTICUM

AD TEMPORA NOSTRA ACCOMMODATUM

EDITIO SECUNDA

AUCTA ET EMENDATA

SECTIO POSTERIOR

M – Z

ARGENTORATI

Apud AMAND KOENIG

1791

REMEDIA MEDICA PHARMACEVTICA

TAM

PRÆPARATA SIMPLICIA

QVAM

COMPOSITA.

MAGISTERIVM ANTIMONII DIAPHORETICVM,

vide *Antimonium diaphoreticum.*

MAGISTERIVM SEV LAC SVLPHVRIS.

Rec. *Hepatis Sulphuris* quant. plac. Solvetur in *Aquae ebullientis*, qu. ſuffic. Solutio filtretur, & praecipitetur pulvis inde, ope *Aceti Vini* inſtillati; Pulvis hic Aqua calida aliquoties abluendus eſt, & dein leni calore exſiccatus, aſſervandus eſt. Ph. *Auſtriac.* & *Herbipolitan.*

VIS & USUS ac plura vide *Lac Sulphuris.*

MAGISTERIVM SATVRNI,

ſ. *Extractum Saturni* edulcoratum Aqua, vide *Extractum Saturni.*

VIS *diſcutiens*, *adſtringens*, *roborans.*

USUS *externe*, in *herpete*, *morbis cutis*, *Aqua edulcoratum*, ſ. *Oleo Ovorum*, ſed caute. *Selle.*

OBS. 1) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet *Aceti Lithargyrii* qu. plac. cui inſtilletur Lixivium alcalinum vegetabile eousque, dum nulla amplius fiat praecipitatio, praecipitatus hic pulvis albus, Aqua tepida ſaepe adfuſa edulcoratus, exhibet hocce *Magiſterium Saturni.*

MAGNESIA ALBA.

Rec. *Salis Anglici amari*, ſ. *Catharctici*, Unc. 24. ſolve in

Aquae fontan. fervid. Unc. 96. per chartam bibulam filtra, tum

Rec. *Ciner. Clavellator.* ſ. *Sal. alcalin. fixi Vegetabil. depurator.* Unc. 12—18. ſolve in

Aquae fontan. fervid. Unc. 72. Hos ſolutos *Sali Anglico* tamdiu inſtilla, usque dum hicce *Sale* factus Liquor non amplius turbatur, ſed clarus remanet. Soluta porrò, ſ. Liquores hoc modo mixti, in *vaſculo cupreo*, ſtanno probe incruſtato, ebulliant parum, ſpatula agitata, & per pannum linteum filtrentur. Maſſam tum albam remanentem tamdiu *Aqua fontana* fervente ablue, & edulcora, donec prorſus inſucca ſit, & usque dum Aqua haec, ab inſtillato *Aceto Saturni* non turbatur; Pulvis denique ſiccetur & ad uſum ſervetur. *Piderit.* Ph. *Suecica.*

Lixivium hoc ſimiliter filtretur, ſuadente *Diſpenſator. Fuldenſ.* & adhuc calidum ſucceſſive adfundetur ſolutioni Salis catharctici, pariter adhuc calidae; durante hac Lixivii adfuſione ſpatula continuo moveatur, ſolutio Salis: ſicque adfuſione Lixivii pergatur, donec maſſa plenarie coeat. Hoc adparente ab ulteriori adfuſione Lixivii deſiſtatur, & maſſa coagulata Cacabo aheneo, ſtanno probe obducto infundetur ac attenuetur,

Aquae bullientis Libris 12.

Per quadrantem horae coctis, miſcelam ſpatula lignea aſſidue agitando; tum vero maſſa adhuc calida per conum a panno lineo con-

fectum filtretur; dum nullae amplius Guttae e cono decidunt, reſiduo terreo ibi relicto ſuperfundatur Aqua bulliens eo usque, donec Aqua ſine ſapore ſalino defluat, & *Guttae decidentes* neque *ſolutionem Mercurii* cum *Aqua forti paratam*, neque *ſolutionem aquoſam Sachari Saturni* immutent. Terra muriatica e cono tum eximatur, chartae mundae ſuperducatur, alia charta munda tegatur, & prope fornacem calidam cito ſiccata, in vaſe vitreo bene purificato ſervetur.

Omnis mundities caeterum probe obſervanda eſt; vaſa fictilia, lixivium & muriam continentia, probe ſunt tegenda.

Aquae ſalſae elixatae, ad punctum criſtalliſationis evaporatae, exhibent *Tartari vitriolati* ſpeciem.

Herold annotat Aquam fontanam puram, proprie puteanam non tam ſalutarem eſſe, qua nimis duram, nimium *Magneſiae* ſecum rapientem, ob partes ejus calcareas & nitroſas, hinc commendat, ad hoc evitandum, *Aquam deſtillatam* puram.

vis reliquis omnino *abſorbentibus* praeſtat, minus enim *ventriculum* gravat, inprimis ſi calcinata exhibetur, cum *Acido primarum viarum* in *Salem medium* abit-mite *catharcticum*, & *humores* adeo non ad *putredinem*, uti reliqua *abſorbentia* diſponit, ut potius evidenter viribus *antiſepticis* ſit inſtructa.

vis eximie *abſorbens*, *alcalina*, ob ſolubilitatem, in acidis, cum quibus Sal medium conſtituit, omnibus reliquis abſorbentibus, quae cum acidis Selenitidem largiuntur, palmam praeripit;

Vis diuretica, *diaphoretica* interdum; *digeſtiva*, *involvens acidum ſpontaneum*, & *Sal* facile ſolubile *regenerans*, *evacuans*; *in primis viis abſorbens*, *alvum* leniter *laxans infantum*, in majori doſi ad Drachm. 1 — 2. leniter *catharctica*, *antacrimonioſa*.

USUS in *inquieto infantum ſomno* a *torminibus*, dentitione gravi, *alvo* viridi, *flatulentis vomituritionibus acidis avertendis* confert: *Acido laborantibus* utile *purgans*, uti & *haemorrhoidariis*.

Qua *Abſorbens* praecipuum a Drachm. 1/2. — 1. confert, ſi *acidum* praedominetur, uti & in *copia acidorum* humorum, Sal medium facile ſolubile.

Nutricibus interdum in die, a Drachma 1 — 2. datum, *alvum* apertam reddit, ſed *Lac* eorum quoque ab *aciditate* defendit & praemunit. Scopo purgandi adultis a Drachma una ad Unciam dimidiam in *emulſione* l. *Aqua* datur. Infantibus a Gran. 5 — 10. lacte praebetur.

Modus exhibendi eſt vel Drachm. 2. cum *emulſione Amygdalarum* mane propinare; vel *Salis Anglici catharctici* Drachm. 4 — 6. in *Aqua* ſolutis, Drachm. 1. *Magneſiae* addere, & ſimul exhibere, qua egregium *purgans* ſine moleſtia, *ardore* inprimis *ventriculi* - *ſoda* laborantibus. *Teneris infantibus* ad *lactis* & *pulmentorum acrimoniam*, in *ventriculo* ſubortam temperandam.

Ad *ventriculi vires* conſervandas, flatusque expellendos confert eximie *Magneſia* Unc. 1. commixta Flavedin. *Cortic. Aurant.* & Semin. *Foeniculi* ana Drachm. 1. uti & *hypochondriacis*, atque tum, ubi fortius *ſtimulans* & *movens* vitandum eſt e. g. in *gravidis*.

Ob VIM ejus *abſorbentem* peculiariter *infantibus lactantibus* conducit, ad *acidum* iis infringendum, & materiam *caſeoſam* educendam. — Commode hinc cum *Syrupo* quodam ita miſcetur, ut ad *Syrupi electi* Unc. 1. admiſceantur, *Magneſiae* Scrupul. 4. quale remedium ad parva Cochlearia, crebrius in die datum, infantes facilius ſumunt. *Piderit.*

DOSIS Cochlear dimid. parvum in *Aqua Foeniculi* 4—5. in die. Vel Grana 10—20. plerumque aliis remediis mixta. Infantibus a Granis 5—10. & ultra pro aetate cum *Syrupo* quodam.

OBS. 1) *Sal Anglicum* ſi genuinum fuerit, pulvis fit leviſſimus & albiſſimus, & in *Acido Vitrioli* plenarie ſolvi poteſt, & qualitates *Salis* amari puriſſimi continet: ſin vero *Calce*, & hujus generis partibus adulteratum fuerit, remanet *materia gypſea inefficax*, noxia ad ſcopum medicum, ſolutionem reſpuens, uti in *Magneſia* a nitrariis occurrit, inprimis ſi iſta impura calcinatur, quo *Calx* noxia oritur. *Piderit.*

OBS. 2) Pharmacopolae quidem ſaepe, quin plerumque, *Magneſiam* a circumforaneis emunt, quod interdictum eſto, *adulterata* enim eſt utplurimum, uti infra videbimus.

OBS. 3) *Goetling* praeparatio *Magneſiae albae* hoc fit modo, ut infundantur *Ciner. Clavellator.* elect. Unc. 168—170. totidem Unciae *Aquae fontan.* quotidie aliquoties moveantur, tum quieti reponantur per 5 — 6. dies, filtrato *Lixivio Alcalino Sal. Anglic.* puri Unc. 240. ſolutis in ſuffic. *Aquae commun.* fervent. quantit. & intime mixtis, durante coctione

affundantur a Lixivio ſuperiore *Alcalino* partes 2. continuo motu denuo concoquantur. — Mixturae hujus filtratae pars quaedam, miſcetur novo Lixivio puro, ad inveniendum, annon nil novi praecipitetur, ſi quid appareat hujus praecipitati, affunditur tum aliquid *Lixivii* hujus *alcalini*, quod denuo coctioni novae ſubmittitur. — —

Qualis affuſio Lixivii puri novi reiteratur tamdiu, ac nil praecipitatur amplius, quo dein omnia ex aheno cupreo l. melius ferreo immittuntur colatorio expanſo e linteo, quo *Magneſia* tum *pura* remanet, & percolatur *Lixivium ſalinum*, ex *Acido Vitrioli* & *Acido vegetabili fixo* conſtans. *Lixivium* hoc *percolatum* inſpiſſatur ad cuticulam, ſucceſſive ad punctum cryſtalliſationis, quo tum in quiete & loco frigido acquiritur *Tartarus purus vitriolatus*. — *Magneſia remanens* in colatorio ſuperfunditur toties *Aqua* pura, ac ea inſipida plane tranſit, minime ſalſa, & tum leni calore l. ſolis radiis in aeſtate deſiccatur. *Goetling*.

OBS. 4) Ph. *Auſtriaca* & *Herbipolitan.* communicant *Magneſiam albam Salis Sedlicenſis*, ſeu *Terram muriaticam*, ſ. *Magneſiam muriaticam*, e *Salis amari Sedlicenſis* quant. plac. ut ſolvatur in ſufficienti quantitate *Aquae*, & cum Lixivio colato, *Cinerum Clavellatorum* praecipitetur inde pulvis albus, qui *Aqua calida* aliquoties ablutus, & exſiccatus ſervetur.

Eadem *Magneſia* obtinetur e ſimili praecipitatione Lixivii *Matris Salis Marini*. Videtur

vero haec *Magneſia* praeferenda illi, quae vulgo paratur e Lixivio *Matris Nitri*, quae non aeque bona, nec ſolvitur plenarie a *Vitriolo*, uti *Magneſia* e *Sale culinari* praeparata, calcareas interdum continens partes.

Pharm. *Suecica* & *Edinburg.* praeparationem communicant e *Sal. catharct. Anglic.* & *Ciner. clavellator.* ſ. *Alkali Lignorum depurat.* ana partibus aequalibus, ſola Aqua, caeterum uti ſupra.

Pharm. *Edinburg.* vero e *Salis catharctici amari*, & *Salis Lixivii* ana partibus aequalibus, caeterum uti ſupra praeparandi.

Pharm. *Roſſica Magneſiae purae* ſ. *albae* compoſitionem hancce ſuppeditat: ſolutio nempe *Salis Sibirici* cum *Lixivio Lignorum* miſcetur calide, additur tum Mixturae octuplum *Aquae ferventis*, per horae quadrantem coquitur, atque vaſculo terreo vitreato infunditur. — Liquor adhuc calidus decantatur, *Magneſia* primum ſubſedente, pulvis vero bulliente *Aqua* ab omni ſalino diligenter abluitur, collectus tum adfuſae ope *Aquae* ſeparatur a partibus craſſioribus, illico fundum petentibus, & poſt moram *ſubſidens*, prius cretae, quae ſuperfluum humorem bibat, impoſitus, in charta ad ignem ſiccatur.

Nova vero pars craſſior *Aqua* bulliente lota, eodem paratur modo, & priori admiſcetur Magneſia. Quo modo acquiritur quoque *Magneſia* e Lixivio a confectione *Salis muriatici* reſiduo, adfuſo tantum Lixivio *Lignorum*.

Magneſia aërata vero praeparatur ad eam, ſi *Magneſia* haec alba, *calcinatur* igne fortio-

re, quae probe aſſervanda eſt in vitro accurate clauſo.

Magneſia alba cel. *Black* ad *Spielmann* Diſpenſator. hocce praeparatur modo. Rec. *Salis Ebshamenſis* Unc. 64. diſſolvuntur in *Aquae fontanae* Unc. 128. quibus affundatur *Cinerum clavellatorum* depuratorum in duplo *Aquae* diſſolutorum, quantum requiritur, ut omnis inde terra dejiciatur, tunc affundantur, *Aquae ebullientis* Unc. 500. Terra optime edulcorata ſervetur, quae ſi calcinata deſideratur, in crucibulo candente ſervanda eſt rubens per 2. horas Medicamentum in Italia primum celebratum, dein ad modum, a *Slevogt* traditum, ſemper e Lixivio *Nitri* paratum, ſemper Calce erat inquinatum.

Ad Pharm. *Würtenberg.* & cum ea *Brunſuicenſis* conſentiens, melior & certior modus praeparandi *Magneſiam* e *Sale Ebshamenſi* commendatur, quam e reſiduo Lixivii a cryſtalliſatione *Nitri* ſ. ſic dicto *Matre Nitri*, qua raro genuinae in officinis proſtrante, nec ſemper ejusdem indolis, ſi ſolutio hujus diluta per Lixivium *Salis Tartari* dilutum praecipitatur, terra ſubſidens muriatica, probe edulcoratur, & exſiccatur. — Quo modo acquiritur terra, indolis purioris alcalinae, non calcareae, per *Spiritum Vitrioli* aeque ac *Nitri* ſolubilis, & cum illo non in *Seleniten*, ſed in Sal *laxans* amarum denuo abiens. Unc. 12. *Salis Ebshamenſis* Uncias 4. ad minimum, & reſiduum inſpiſſatum *Tartarum vitriolatum* largitur.

OBS. 5) *Olim* nil aliud Medici dederunt quam *Magneſiam*, tam facile ſolubilem a quovis acido: ſcopo *laxante major doſis* requiritur, uti Sal Sedlizenſe laxat, pro acidi in ventriculo contenti majori l. minori copia, ſine eo non laxat, non in ſanguinem ſed per inteſtina tranſit.

Green Magneſiae commixtionem cum *Acido Tartari* valde dehortatur, fieri enim hac mixtione Sal non tam leniter ſolubile; caute hinc commixtio talis ſuſcipienda eſt.

Nocet tantum in copia *muci*, in quem valde ſe inſerit, hinc *Salia media* utiliter adduntur, inprimis ſi ſpecifice per quoddam tempus requiritur ejus uſus, uti in *arthritide*, interpoſitis laxantibus, ad *abſorbens* educendum.

OBS. 6) *Magneſia* ſimplex praeparatur quoque e *Muria* ſ. *Sal. Culinari*, ubi in ea *Magneſia* pura ineſſe, non dubitatur, uti in Würtenbergica ſaliſodina Sulzenſi, Aqua affuſa diluitur, l. ſi Aqua Muriae non ſuppetat, *Sal* quem vocant *anglicum*, *Aqua* ſolvitur, duplo ejus ad minimum pondere adhibito.

Soluto hoc modo *Sali*, muriaeve dilutae, *Sal* immiſcetur *alcalinus fixus vegetabilis* puriſſimus ſ. *Cineres clavellati depurati*, pondus dimidium *Salis Anglici*, ſolutus itidem, & percolatus, miſtusque coquitur, non una vice *mixtio* confert, ſed ſaepius tentata, ſenſim adfuſo *Lixivio Alcalino*, ut eo facilius punctum ſaturationis poſſit *obſervari*.

Quo tum ſaepe pars *Sal. Alcalin.* dimid. non ſufficit, nimia enim copia Magneſia facile deſtruitur & reſolvitur, praecipitatum quod eſt, filtro imponitur, ut Aqua ſalſa defluere

poſſit, & Aqua calida primum vicibus aliquot, dein frigida plurima, ſuperfunditur, usque dum nullum ſalſitudinis veſtigium ſuperſit. Pulvis hoc modo paratus, ſi ſiccatus fuerit, leviſſimus eſt, coloris candidi, ſaporis blandi, l. nullius potius, *Magneſia* hinc *alba* vocatur.

Lixivium inter praecipitationem ortum, l. *Tartarum vitriolatum* continet, l. *Salem digeſtivum Sylvii*, l. etiam ambos ſimul, prout nimirum l. in *Acido Vitriolico* vel *Salis*, l. denique partim in hoc, partim in illo, ſoluta fuerit *Magneſia*, *Tartarus vitriolatus* primum, dein *Sal digeſtivus Sylvii* in cryſtallos ſolet abire. — *Oxonii chirurgus*, cognomine *Glaſſ*, *Magneſiam* conficit albiſſimam & leviſſimam, tam externe quam interne, quae venit ad nos in ſcatulis chartaceis pondere unius & dimidiae - 3. 6. l. 12. Unciarum, quarum minima tribus, altera 6. Solidis anglicis, (*Schilling*,) duae vero altera *Guinea* dimidia, altera *Guinea* integra conſtat: pretium itaque Unc. 12. eſt circiter florenarum noſtrarum 16. quod quindecies majus eſt illo, quo apud nos venditur *Magneſia*, par illa quidem *bonitate*, *levitate* vero aliquanto levior.

OBS. 7) *Magneſiae genuinae Notae*, ſunt praecipue ut 1) vera *Magneſia* a diluto *Acido Vitrioli* ſolvatur, & ſolutio ſaporem acquirat amarum, qualis ſolutio poſt cryſtalliſationem verum Sal amarum gignit: 2) fortiſſimo igne ad calcem comburi poſſit, ad *Haſſe*; 3) avide iſta genuina *Magneſia* Aquam abſor-

bet; 4) *Acidis* mixta efferveſcit, in iisdem ſolvitur, ac ſoluta haeret; 5) cum *Acido vitriolico* exhibet *Sal* catharcticum, ſic dictum *anglicum*, amarum, in Aqua facillime ſolubile; 6) aëri expoſitam, primum pelluciditatem amittunt cryſtalli iſti quadrangulares pyramidati, & in pulverem album dilabuntur.

OBS. 8) *Mangoniſatio Magneſiae* fit ſaepius addito *Gypſo*, quae ſplendeſcit albedine, uti *Gypſum* purum, & tanta ſubtilitate-levitate pulverulenta, uti diapasma optimum parienſe: In *Acidis* iſta vero *mangoniſata* ſine efferveſcentia decidit, ſine ulla ſolutione. Cum *Sale alcalino* mixta, uti & pulvere carbonum, prodibunt ſigna tum *Gypſi genuini. Erhart — Baldinger* obſervat.

OBS. 9) *Magneſia Salis amari* qua terra levis-alba-inſipida e Sale anglico, addito Sale alcalino praecipitata & edulcorata - continet gravitatem ſpecificam 2,330. — in partibus 100. partes 25. acidi aërei; 45. partes terreas, & 30. partes Aquae communis & ſolubilis in 60°. Fahrenh. in partibus 856. Aquae commun. — Saturata Magneſia plerumque cum acido aëreo, (cum $\frac{30}{100}$.) ſolvitur in 300-150 partibus Aquae commun, ſolutionem exhibet Magneſia, tincturam Laccae rubeſcentem, & ligni Fernambuc ope, rubro colore illinita charta caeruleſcit.

Signa Salis partim alcalini, partim acidi. Acido aëreo ſaturata Magneſia praecipitat in coctione terram calcaream, in forma ſubtilis Calcis, ex eorum ſolutionibus, ex Aqua

quoque Calcis; uti terra aluminoſa praecipitatur ab Aqua Calcis, ex eorum ſolutionibus, & acidis, (excepto aëreo acido,) in Aqua communi indiſſolubilis.

In eundem diſponitur ſtatum *calcinata*, (in Aqua nempe fit indiſſolubilis, in acidis difficilior ſolubilis quam antea, & ſubſequente ſimul calore quodam,) ſine ulla quadam acrimonia ſeſe manifeſtante, non ad *Calcem* vero *vivam* diſponente, appellatur tum *Magneſia calcinata* officinalis, *terra*, in aëre libero aërem effervescentiae, (Gaerungsluft) attrahens, & *Aquam*, in calcinatione privata ambobus.

Terra tam noxia *calcarea* ſaepius eſt intermixta; cum acidis Salia gignens ſtyptica, vi laxanti Salis Magneſiae contrarium producens effectum; ſi ambo hae terrae in ſtatu ſunt miti, nec ullum apparet acidum ſolubile in primis viis, terra Salis amari ab Aqua jam eſt ſolubilis, ſubtilis vero terra calcarea in eodem indiſſolubilis manet, & in lapideam formam cum muco ventriculi tranſit. — Si Terra Salis amari uſta requiritur, addita tum terra calcarea, hac praeparatione ad Calcem tranſiens vivam, verum gignit venenum, in forma inprimis pulverulenta.

Optime & facillime, ac ſecure *detegitur* haecce *mangoniſatio*, ſi *terra* ſolvitur in *Spiritu Vitrioli* forti; ſi nulli amplius deponuntur in horae quadrante globuli albi, in majori vel minori copia, liberatur tum a Terra calcarea; ſi forte quidam ſeſe deponunt, praecipitati & tum edulcorati pondus disquiritur, cujus

cujus Grana 100. Grana 32. Calcis vivae Grana 32. Calcis crud. ſ. Cretae manifeſtabit.

Ad *Hahneman mangoniſatio Magneſiae ſpuriae* multo accuratius detegitur, ſi ea ſolvitur in acido Nitri l. Salis culinaris puro, diluitur ſolutum cum partibus 300. Aquae deſtillatae, & tamdiu Sal alcalinum ſolutum - minerale - bene criſtalliſatum adfunditur, usque dum nullum album praecipitatum gignitur, ſimplicem tantum Calcem continens, e qua nulla terra Salis amari eſt praecipitabilis.

Argilla alba - addita *detegitur* indiſſolubilitate in acido Salis culinaris & Nitri.

Terra Salis amari quaevis pura in quovis acido ſolubilis, & varia Salia amara gignens, qualitates laxantes continens, eximium hinc uſum praeſtat haecce Terra in obſtructione primarum viarum, ab acidis potius orta.

Magneſia calcinata ſemper conducit, ubi ſuſpitio adeſt fermentationum & flatuum, & copia aëris fixi nocivi, quae ſeſe evolvit e Magneſia illa aërata; quae in vitris probe clauſis, caute eſt aſſervanda; nullum acidum aëreum continens, nec ſubtilem nec cauſticum ſaporem; in Aqua non ſolubilis, in acidis vero cum calore quodam, ſine ulla vero efferveſcentia. — Grana 45. *Magneſiae calcinatae* effectum eundem praeſtant, uti Grana 100. conſuetae alias Magneſiae; multo commodius & ſuavius poteſt ſumi; eundem l. potius meliorem praeſtat virtutem ob aëris potius fixi defectum. Adſcribitur caeterum Magneſiae aëratae, (uti terris calcareis

abſorbentibus,) *antiſeptica* quaedam virtus, multum efficiens. *Sande* & *Hahneman.*

Magneſia genuina, ſ. Terra Salis amari apparet genuina, ſi 1) plenarie in *acidis* eſt *ſolubilis*, nec terram ſiliceam, (Kieſelerde,) remittit; 2) cum *Acido Vitrioli* edit purum Sal amarum, ſine ullo Selenitide; 3) ſi in Acido Nitri ſolvitur, & Charta alba humectatur hac ſolutione, ſiccatur tum ignis flammae addita, quo dein deflagrat flamma coloris amoene viridis, uti Sal ſedativum cum Spiritu Vini. *Bindheim.*

Lac Sulphuris genuinum, crucibulo fuſorio immiſſum, alio obtecto, & tum igni fuſorio, in fundo crucibuli nil relinquit. *Bindheim.* Quo modo detegitur quoque *Mercurius praecipitatus albus.* *Bindheim.*

OBS. 10) *Magneſia alba*, conſideranda qua Terra praecipitata amara e Sale amaro, gravitatis ſpecificae uti 2155—2330:1000. continens plerumque in partibus 100. partes *terreas* 45. & Acidi aërei partes 25. & partes 30. Aquae, quae duo partes calcinatione plane avolant, & Terram tantum relinquunt: cujus pars, eſt ſolubilis in partibus Aquae 7962. ad *Piepenbring* partem ſecundam,) in qua contendit, in praeparatione Magneſiae, inprimis reſpiciendum eſſe ad ejus edulcorationem, & inde pendentem ejus levitatem.

Magneſia enim *bonae notae* & *genuina* debet eſſe valde levis, plane alba & plenarie edulcorata: quae apparet hocce infallibili ſigno, ſi color immutabilis manet mixturae e *Rhabarbaro* & *Magneſia.* — Caeterum *ſignum bo-*

nae notae eſt, ſi Terram continet calcaream nullam, qua plerumque commixta eſt Magneſia Nitri: quae ſubito detegitur, uti in Sal. culinar lixivio, (Kochſalzmutterlauge,) acidi ope vitriolici. *Piepenbring.*

OBS. 11) *Magneſiam albam* parandi conſueto modo e *Salis anglici*, l. *Cinerum Clavellatorum* partib. aequalibus, ſolvendi in Aqua commun. filtrand. calide praecipitand. aliquoties ebulliend. Aqua tum diluendi, committendi panno linteo, charta emporetica prius obtecto, Aquae commun. quant. ſuffic. edulcorandi, leniter exſiccandi; haecce methodus qua optima ſemper cenſetur a *Piepenbring*, etſi aliquid ex una parte amittitur, ex altera tamen iterum aliquid lucratur.

Caeterum parari quoque poteſt e lixivio amaro muriatico, ſ. Muria, omni Terra calcarea libero, mox ſeſe ita manifeſtante, ſi 1) cum *Acido Sachari* nullum *Sachari Selenitidem* exhibet; 2) cum *Acido Vitrioli* nullum Vitrioli Selenitidem, l. communem Selenitidem; & ſi 3) ita praecipitata & calcinata Magneſia, frictione cum Sale ammoniaco nullum Alcali volatile deponit.

Lixivium iſtud muriaticum e Fodinis Salinis, aheno & igni commiſſum, miſcetur tot Cineribus clavellatis-concentratis-ſolutis, & filtratis prius, usque dum nil amplius praecipitatur, mox ſeſe manifeſtante, ſi noviter affuſo Lixivio Cinerum Clavellatorum nova evenit praecipitatio. — Mixtura haec coquitur, filtratur per linteum cum charta emporetica, evapora-

tur, edulcoratur tum Magneſia, ita acquiſita cum Aqua fervida.

Magneſiae colorem amoene album acquirendi, e Lixivio fuſco - pinguedinoſo - bituminoſo, confert tantum Aquae fere fervidae ope edulcorandi, loco inſpiſſationis, & alias conſuetae combuſtionis fuſci-pinguedinoſi. *Piepenbring.*

In parte 2. commendat *Piepenbring Scheele* methodum, *Sal amarum Acidi* ope *vitriolici* prius ad *Sal Glauberi*, & tum ad Magneſiam adhibendi, pharmacopaeo haud inſigni emolumento. — Solvendi nimirum ſunt in ſtanneo aheno Librae 12. *Sal. anglici*, & Libr. 7. *Sal. culinar.* in *Aquae commun.* Libr. 27. ſolutionem filtrandi per pannum, quieti committend. in calore Thermometri ad Grad. 3. ſub o. in quo tum Sal. mirabile generatur, cujus pondus vulgo convenit Salis culinaris ponderi. Terra amara - ſalino - acida quae hic oritur, praecipitatur tum Cineribus clavellatis.

Exceptis hiſce accepit quoque *Piepenbring* inſignem copiam *Salis mirabil. Glauberi* & *Magneſiae.* Solvit nimirum Libras 25. *Sal. culinaris* coctione cum Libris 38. *Aquae commun.* praecipitavit tum, *Cineribus* tantum *clavellatis* ſolutis - filtratis, terreas partes, & ſolutionem dein filtravit. Solutioni aheno commiſſae addidit ad proportionem Sal. amari, Libr. 50. Sal. amari, & Libras 38. Aquae commun., ſolutionem cocturae reliquit, tum filtrationi & dein cryſtalliſationi, quo acquiſivit Libr. 24. *Salis Glauberi.*

Acquiſito e ſolutione omni Sale mirabile affuſit

eae ſalino - ſalſam ſolutionem *Magneſiae*, in ahenum priorem, e ſolutione hac fervida praecipitavit tum plenarie *Magneſiam*, addita ſucceſſive ſufficiente Aqua fervida, linteis commiſſam, edulcoravit congrue Aqua fervida, & exſiccavit denique, quo acquiſivit *Magneſiae* Libras 14. anglicae plane conveniens, & levitate - teneritudine - & albedine.

In hacce Magneſiae praeparatione acquiſivit tertium productum. Dimidia circiter pars *Salis Glauberi* in cryſtallorum forma amoene ſeſe manifeſtante, phlegmate ſupernatante denuo inſpiſſata, & dein cryſtalliſata, deprehendit tum *Sal* peculiaris plane indolis, & cryſtallorum, in forma quadratorum obliquorum ad Libr. 2. ponderis, quae accurata analyſi conſtabant e *Tartaro vitriolato* & *Sale amaro* nondum decompoſito, manifeſto indicio pondus ſuperius Salis culinaris non ſuffeciſſe, ad Sal amarum plenarie decomponendum, omni quoque humiditate praeſenti.

Weſtrumbs methodum plane *infallibilem*, Magneſiam inquirendi, annon *Terram calcaream* contineat, commendat quoque *Piepenbring*, praecipitanda nempe eſt Magneſia e lixivio muriatico, ſ. Muria, (Mutterlauge,) edulcoranda, exſiccanda, Drachmae 2. ſ. Unc. 1/2. hujus Magneſiae ſolvendae ſunt in acido muriatico l. nitroſo, tum filtrandae, guttatim *Olei Vitrioli* inſtillandi, & ad ſiccitatem inſpiſſanda eſt ſolutio Magneſiae, cum acido muriatico l. nitroſo commixta. Reſiduum ſiccum cum una parte optimi *Spiritus Vini* & *Aquae deſtillatae* partibus 3 — 4. ſuperfundendum eſt.

Si ſolutio a *Terra calcarea* eſt libera, tum nullum ſedimentum in fundo haerebit, alias vero ſedimentum inſtar pulveris ſeſe ſubito manifeſtat.

OBS. 12) Ph. *Londinenſis* cupit *Sal: amari*, *Kali* ana Unc. 24. — *Aquae deſtillat.* fervent. Libr. 20. — *Salem amarum* & *Kali* ſingulatim ſolvendi in *Aquae commun.* Unc. 120. & per chartam colandi, tum miſcendi. Coquendi liquorem pauliſper, & adhuc calentem colandi per linteum, ſuper quod reſtabit *Magneſia alba;* dein Aqua deſtillata ſaepius affuſa *Kali vitriolatum* abluendum eſt.

MAGNESIA CALCINATA,
ſ. *Aërata*, ſ. *Uſta*, ſ. *Pura*,

paratur, ſi *Magneſia alba unitur* ſ. *calcinatur* in crucibulo igne fortiori tamdiu, donec ab igne rubeſcit per horas 2. nec cum *acidis* effervefcit, quo tum in vitro probe clauſo aſſervanda eſt probe ad Ph. *Roſſicam*, *Suecicam*, *Edinburgenſem* & *Fuldenſem.*

VIS *fortior* & *efficacior* quam *Magneſiae* ſimplicis, inprimis laxandi.

USUS idem, in *minori* tantum *doſi*, a Granis 3—15.

OBS. 1) *Magneſiae genuinae* ſufficienter *calcinatae ſignum* eſt, ſi ſine ulla effervefcentia in *acidis* ſolvitur.

OBS. 2) In *Magneſia calcinata* quae funditur in crucibulo ad plenariam incandeſcentiam, omni aëre privatur, & calcinatione Aqua cryſtalliſationis penitus perit, pondusque $\frac{40}{100}$ minuitur ſ. perit $\frac{2}{3}$ ponderis, ſaepius dimidium, quale pondus iterum acquiritur in aëre libero, quem attrahit, igne forti amiſ-

ſum; hinc duplo majoris pretii exſtat in pharmacopaeis.

OBS. 3) Ad Ph. *Würt. Edit. novam, ordinaria-bona, nequaquam calcarea* obtinetur, dum in crucibulo ita igne torquetur, ut ſuam humiditatem & aërem fixum dimittat, (ſub qua operatione plerumque ponderis ſui tres partes amittit,) quae a multis recentius ita deſideratur. *Parca doſi* multum *acidum abſorbet; alvum blande* ſine torminibus *movet*, & ſic multis aliis abſorbentibus, in officinis proſtantibus palmam praeripit, neque ſub hac operatione cauſtica fit, ſi vero Magneſia adhibita fuit, attamen facile iterum humiditatem & aërem fixum attrahit, niſi ſollicite aſſervetur.

MALAGMA. ſ. CATAPLASMA

Anodynum, *emolliens*, & quae ſunt *Alia*, vide *Species* pro *Malagmate* & *Cataplaſmate anodyno*, &c.

MANNA TABVLATA.

Manna vulgaris qu. plac. in *Aqua Roſarum* ſoluta, leni igne evaporatur, ſolvitur, colatur, ad tabulati conſiſtentiam, ab igne remota aliquantulum agitatur & effunditur.

Ph. *Brunſuicenſ. Danica.*

VIS & USUS ex *ingrediente* ſimplici jam notus, in commodiori hac forma magis conducit.

OBS. Variae *Mannae* exſtant compoſitiones, uti *Manna tartariſata* praparatur e *Mannae calabrinae* Unc. 12. — *Aquae fontan.* Unc. 6. ſolutis & ad tabulati conſiſtentiam evaporatis, adde *Cremor. Tartari* Unc. 1/2. e quo formentur inde *Morſuli*. Ph. *Danica.*

Manna liquida ope additae *Aquae commun. bullient.* & *Cremor. Tartari* diſſolvitur, filtratur, ſcopo *laxante.*

Manna cum *Caſſia* praeparatur ad *Pfingſten*, e *Mannae* Unc. 2. — *Pulpae Caſſiae* Unc. 1/2. — *Ciner. clavellator.* Drachm. 1. & 1/2. quae ſolvantur in *Aquae fontanae* Unc. 5. tum filtrantur; ſcopo leni *laxante* una vice ſumendi.

MANILUVIUM LIXIVIOSUM PLENCK.

Rec. *Salis Alcalini* e *Tormentis Vitis*, Drachm. 1.
Extract. Myrrhae Drachm. 1/2.
Aquae fontan. Menſur. 1. Miſceantur.

VIS *vulneraria*, *diſcutiens.*

USUS in *panaritio ſinuoſo*, & tota manu pluribus locis *exulcerata* commendari poteſt. *Plenck.*

MARTIS, SEU LIMATVRÆ MARTIS *Praeparatio.*

Rec. *Limatur. Ferri* non rubiginoſae, *Magnetis* ope ſelectae, quantum libet. Haec rite calcinata in mortario ferreo teratur in pulverem ſubtiliſſimum. *Alcoholiſata* portio, cemiculi tenuiſſimi ope obtenta, ſervetur.
Ph. *Herbipolitan.*

Plura caeterum vide *Aethiops martialis.*

VIS *tonica*, *roborans.*

USUS in reſtituendo *tono* & elatere partium ſolidarum; in *chloroſi*, *cachexia*, ſanguinis motum, calorem, & ruborem augendo.

Ad *reſtaurandam vim* languentem, *haematopoeticam*, a laxitate ſolidarum, & fluidarum partium tenuitate, *Tralles*: ad anomalias materiae *podagricae Werlhof*; ad *menſtruorum* obſtructio-

nem a laxitate ortam, *Tiſſot*; ad *vermes*, *Werlhof* & van *Doevern*; ad malum *hypochondriacum* & *hyſtericum*, *Sydenhami* obſervat.

DOSIS a Gran. 6—10—15.

Alia quae exſtant *Praeparata Martialia* ſunt *praecipua* haec.

MARTIS CRASSAMENTVM, vide *Extractum Martis Pomatum.*

OBS. *Succo Pomorum Decoctum ſaturatum Tamarindorum* ſubſtitui poteſt.

MARTIALES FLORES, vide *Flores Martiales.*

OBS. Reſiduum a ſublimatione florum martialium humido loco liquatum appellatur tum *Liquamen Martis.* Ph. *Roſſica.*

MARTIS, SEV FERRI LIMATVRA TRITA, fit, ſi *Ferri Limatura* piſtillo ferreo, in mortario ferreo, in pollinem teritur, ad Ph. *Roſſicam.*

MARTIS SAL, vide *Sal Martis.*

MARS SEV FERRVM SACHARATVM eodem modo paratur, uti confectio *Cinae Seminis*, Marte tantum in ſubtiliſſimum pulverem trito. Ph. *Herbipolitan.*

MARS PRÆPARATVS, vide *Aethiops Martialis.*

MARS SOLVBILIS.

Rec. *Limatur. Martis* puriſſim.—*Cryſtallor. Tartari* ana part. aequal. —*Aquae pluvial.* quant. ſuffic. ut formetur maſſa in *balneo arenae* exſiccanda, quae dein trita, made-

facta, & aliquoties exſiccata, fatiſcit tandem in pulverem impalpabilem.

USUS remedium *roborans*, unde *fomentis roborantibus* additur. *Plenck.*

MARS SOLVBILIS NITRATVS VOGLER.

Rec. *Martis Tartariſati* Edinburg. Unc. 1.

Nitri depurati Drachm. 1.

Sachari canariens. Drachm. 3.

Miſce fiat *Pulvis*.

VIS *temperans*, *reſolvens*, *aperiens*, *roborans*, *antiſpasmodica*.

USUS *Alvi compreſſionem reſolvit*, effectum *laxativum* praeſtat, & hoc reſpectu *Cortici Peruviano* ſuppar habendum. *Sanguinis* immodicas *fluxiones cohibet*, & ad *haemoptyſin* - *vomitum cruentum* - *haemorrhoides veſicae*, *haemorrhagiam uteri* e ſpasmis & ſuppreſſis menſibus, feminis 40 — 50. annorum ſaepius accidente, & *alvi obſtructione* plerumque ſtipata, praeſtans remedium prophylacticum eſt.

Naturales *haemorrhagias* & criticas minime ſupprimit, ſed potius promovet.

Prodeſt in *diabete*, *urinae incontinentia*; in morbis *ſpaſticis* ſ. *convulſivis*, ipſaque *epilepſia* valde excellit, & morbos hos ſi non tollit, certe imminuit. In malo *hyſterico* & *hypochondriaco*, *cardialgia*, *colica* & *flatulentia* -*ſpasmodica*, *atonia* genitalium e nimia ſeminis jactura, ſumma *nervorum debilitate*, *anxietate*, pavoribus, *aphonia*, *ſtrangulationis* ſenſu, ſpirandi difficultate, vim ſuam egregiam evicit, uti contendit *Vogler*.

Vermes necat, & utiliſſime praemittitur *Electua-*

rio anthelmintico, ſupra jam deſcripto. *Viſcerum* & *glandularum obſtructiones* reſerare valet, *atrophicis* hinc & *rachiticis* infantibus confert, & alternatim cum Electuario viſcerali *hydropicis* feliciter adhibetur. Deglutiatur ab adultis omni quadrihorio Drachm. 1/2. aut Scrupuli 2. Cavendum vero ne ingeratur ventriculo pleno.

Ingrediens *Mars* tartariſatus extat in veteri Pharmacop. *Edinburg:* ſub titulo *Mars ſolubilis* ſ. *Chalybs tartariſatus*. *Willis* & alii venditant ſub nomine, qua *Ferrum potabile*. Verum ibi praeſcripta Cryſtallorum Tartari portio Ferro ſolvendo non ſufficit, hinc hancce praeparandi modum hic commendat *Vogler*.

MARS SOLVBILIS ſ. TARTARISATVS VOGLER.

Rec. *Limatur. Martis* purae, non rubiginoſae, *Cupri* ſ. *Orichalci* expertis, part. 1.
Cryſtallor. Tartari pulverat. part. 2.

Miſceantur, Aqua fervida humectentur, & exſiccentur repetitis vicibus, quo ſaepius, eo melius, ut Ferrum exacte reſolvatur. Maſſa tandem contundenda, per cribrum & linteum trajicienda, redigatur in pulverem tenerrimum.

Omnium ſane eſt *praeſtantiſſimum medicamentorum Martialium*, & dolendum, quod plurimas Germaniae officinas nondum intraverit, & a medicis hactenus non frequentius in uſum vocatum fuerit. *Sapor* ejus non ingratus eſt. Cito & penitus Aqua ſolvitur, indeque cum *Aqua Rubi Idei* - *Ceraſorum* aut Florum *Caſſiae*, addito quodam Syrupo, pulcherrima ef-

ficaciſſimaque Tinctura Martis promtiſſime & e tempore paranda venit. Quum extra corpus reſolutionem jam Ferri Tartarus peregit in *Marte tartariſato*, a primis viis melius iſte perferri poteſt, facilius quoque citiusque earum ſuccis ſolvitur, quam Limatura Martis ſ. Chalybs praeparatus, & Croci Martis officinalis.

Convenit inprimis in *roboranda* primarum viarum *atonia*, inprimis ſi adhuc aliqualis ſaburra in illis moretur, lac cupit.

OBS. 1) *Schiller Mars ſolubilis*, (Stahlweinſtein,) a *Piepenbring* commendatus, paratur e *Cremor. Tartar.* Unc. 12. — *Limatur. Martis alcoholiſat.* Unc. 2. & Drachm. 2. immiſſis vitro, *Aquae commun.* quantitat. ſufficient. ſuperfunduntur, calori digeſtionis per octiduum, ſub reiterato motu reponuntur, tum coquuntur per horas aliquot, filtrantur, & leni igne Liquor ſalinus ad ſiccitatem evaporatur, quo modo acquiruntur Unc. 12. hujus *Martis ſolubis*, leviter fragilis, & plane ſolubilis, nullum deponens *Martem*, non indiſſolubilem.

MEDVLLA OSSIVM,

vide *Axungia viperina*.

MELLAGO GRAMINIS,

ſ. *Extractum Graminis* cum *Melle paratum*.

Rec. Decoct. Rad. *Gramin.* Unc. 12.

Mel deſpumat. Unc. 24.

Coque ad Mellis conſiſtent.

VIS *demulcens*, *involvens*.

USUS Cochleatim in *affectibus pectoris*, *tuſſi* ab *acrimonia*, eximium exſerit fructum. *Ro. Manheim.*

MEL ÆGYPTIACVM,
vide *Unguentum Ægyptiacum.*

MEL CHELIDONII, vide *Mel Roſarum.*

MEL DESPVMATVM.

Rec. *Mellis crudi* Unc. 12. coque in

Aquae fontanae puriſſimae Unc. 24. deſpuma, & ad *Syrupi* conſiſtentiam redige, calide per pannum colatum conſerva.

VIS *incidens*, *diſſolvens*, *diuretica.*

USUS ad *denſitatem ſanguinis*, ad *craſſos humores*, ad *excretionem* per *urinam* promovendam.

In *febribus acutis*, inſtar *potus ordinarii*, ad *fluida humoribus noſtris melius* miſcenda, olim jam & nunc in uſu eſt. *Piderit.*

Virtute *ſaponacea* vegetabili ſ. acida *interne reſolvit*, *ſtimulat*, *laxat*; - *externe* purificat. Diſp. *Fuldenſe.*

Caeterum ad *incorporanda Electuaria*, *clyſmata*, *gargariſmata*, ad alia *Mellum genera*, rarius per ſe exhibetur.

Externe ad *fomentandas* partes *luxatas*, *fractas*, *contuſas*, & *inflammatas*, qua *inflammationi optime reſiſtens* & *ſugillationes auferens*, etſi quidam recentiorum uſum ejus abrogant. *Piderit.*

OBS. 1) Ob additum *Acetum*, *Hydromel* adhuc ſuperant *Vires Oxymellis ſimplicis*, de quo plura jam dicta ſunt ſupra: vide *Acetum Vini concentratum.*

OBS. 2) Ph. *Roſſica Mel depuratum* ita praeſcribit, ut *Mel* quod non ſatis purum eſt, liqueſcat calore balnei, coletur & ſpuma *emergens* auferatur.

Mel Oxycocci, eadem quoque praeſcribit e Succo *Oxycocci*, cum puriſſimi Mellis parte aequali, in vaſculo vitreo leni calore, ut miſceatur: & *Mel Vitis Ideae* pari modo ut praeparetur.

Ph. *Würtenb.* ſuadet ut *Mellis* Unc. 48. cum *Aquae fontan.* Unc. 8 — 12. ebulliant, deſpumentur, & per pannum colatum Mel ſervetur tum uſui.

Ph. *Londinenſis* cupit *Mel* in balneo aquoſo liquandi, & ſpumam auferendi.

OBS. 3) *Mel deſpumatum* paratur ad *Liphart*, laudatum a *Piepenbring*, e *Melle* qu. plac. cum ſat copioſa copia *Aquae* coquend. & tum effundend. in manicam Hippocratis, Aquae prius madefactam; filtratum toties iterum ita percolandi, usque dum inſtar Vini albi clari perfluit, tum ad congruam ſpiſſitudinem leniter incoquendi.

In parte 3. communicat methodum *Paalzow*, Berolinenſis, aliis anteponendam, qui ſolvit *Mellis* Libras 20. in *Aquae commun.* ſ. pluvialis Libris 40. ollae figulinae commiſſ. per 12—16. horas, ſub reiterato motu, quo tum quieti commiſſ. Mel ſolutum valde clarum apparebit. Filtratur tum per filtra lanea, & inſpiſſatur leni calore, in aheno ſtanneo ad ſucci craſſitudinem. *Piepenbring.*

MEL PECTORALE,

ſ. *Syrupus pectoralis.*

Rec. *Decocti Spec. pectoral.* Unc. 30.
Mellis puri Unc. 20. Coque ad Syrupum.

VIS *involvens*, *expectorans*, in *tuſſi* & *raucitate*.

MEL ROSARVM SIMPLEX.

Rec. *Mellis deſpumati* Unc. 12.

Muchar. Roſarum ſ. *Infuſi Roſarum* Unc. 9. coque ad *Mellis* ſ. *Syrupi* conſiſtentiam, & cola. *Piderit.* Ph. *Auſtriac.*

VIS eadem cum *Hydromelle*, niſi quod a *Roſarum Mucharo*, gratiam acceperit quandam.

Vulnerarium cenſetur, caeterum *detergens*, *mundificans*, *adſtringens* leniter, *putredini reſiſtens*; hinc ſcopo *travmatico* tam interne, quam externe.

USUS ad *aphthas purgandas*, cum *Acido Vitrioli*, & in *Gargarismatibus*, quae contra *anginam* conducunt, ad Uncias aliquot praeſcribitur *putredini reſiſtens*; ad *oris ulcera detergenda*; ad *collutoria*.

Sic adhibetur quoque, in *collyriis* ad *injectiones lenes mundificantes - detergentes*, in *fiſtulis*; ad *ulcera detergenda*.

Adhibetur, in *faucibus*, *lingua*, *palato*, aliisque partibus vicinis laeſis, & quovis modo excoriatis: uti & in *clyſteribus* pro abſterſione.

Additur quoque *digeſtivis*, & ſi *ulcera*, a *veſicatoriorum* applicatione inducta, *purganda* & *detergenda* ſunt.

OBS. 1) Ph. *Londin.* & *Würtenb.* ſuadent *Roſarum rubrar.* immaturar. demptis unguibus, celeriter arefactarum Unc. 4. — *Aquae bullientis* Unc. 36. — *Mellis deſpumat.* Unc. 60. ut macerentur *Roſae* in *Aqua* per aliquot horas, tum Liquori colato admiſceatur Mel, & coquatur deſpumando ſimul ad debitam ſpiſſitudinem, Melle paulo liquidiorem.

Ph. *Roſſica* praeparationem ſuadet e floribus *Roſarum rubrarum* celeriter ſiccatar. Unc. 12. — *Aqua fluviatil. bullient.* Unc. 36. ut macerentur per horas 12. ac colaturae leniter expreſſae ut addentur, — *Mellis* Unc. 60. quae leniſſimo igne ſunt coquendae ad Mellis conſiſtentiam.

Ph. *Suecic.* ſuadet ad *Mellis Suecic.* Unc. 70. — Flor. *Roſar. rubr.* Unc. 6. — *Aquae fluviatil. bullient.* Unc. 36.

Ph. *Herbipolitan.* tantum *Infuſi Roſarum* part. 1. ad *Mell.* part. 2. coquendas praeſcribit in conſiſtentiam, Melle paulo liquidiorem.

Plenck ſuadet ut *Mel. deſpumati* qu. plac. cum *Aquae Roſarum* quarta parte coctum & deſpumatum coletur, & ad *Syrupi* conſiſtentiam coquetur.

OBS. 2) *Mel Roſarum ſolutivum*, e *Liquore Roſarum damaſcenarum* Unc. 72. conſtat & *Seminum Cymin.* parum contuſorum Unc. 1. — *Sachari rubri* Unc. 48. — *Mellis* Unc. 24. ut coquetur Liquor expreſſus ad 3. Librarum menſuram, circa finem adjectis ſeminibus, linteo deligatis; dein, addito *Sacharo* & *Melle*, leniter decoque ad *Mellis* liquidi ſpiſſitudinem. VIS & USUS qua *laxans* per ſe patet.
Ph. *Londinenſ.*

Ph. *Würtenb. Mel Roſarum ſolutivum* praeſcribit e *Succi Roſarum pallidarum*, Unc. 36. — *Mellis deſpumat. optim.* Unc. 24. Mixta diſſolvantur, deſpumentur, & ad juſtam conſiſtentiam leni igne, evaporentur.

USUS raro interne; plerumque additur *clyſmatibus*,

bus, ab Unc. 1—2. in *obſtructis menſibus*, in uteri *affectibus*, & fluore *albo* continuo.

Mel Anthoſatum, e Flor. *Roriſmarini* & *Melle*, qua *mundificans*, *abſtergens*, *roborans*.

Mel mercuriale e Melle cum herba *Mercuriali*.

Mel Sambuci, e *Sambuco* cum *Melle*;

Mel Violarum, e *Violis* cum *Melle* ad Ph. *Würt*.

Mel Chelidonii, e *Mell. deſpumat.* Unc. 12. — *Succi Chelidonii* Unc. 3. quae coquuntur ad conſiſtentiam *Syrupi*. *Plenck* qua *detergens*, *mundificans* - magis quam *Mel roſatum* commendat; ideo injectionibus vulnerariis confert.

Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet *Mellis crudi* Libr. 3. — *Succi herbae Chelidonii* Libr. 2. coquend. ad omnem ſpumae abſentiam, Liquor calidus per pannum lineum colandus, & ad Syrupi conſiſtentiam inſpiſſandus eſt.

Sic *Mel Aegyptiacum* Pharm. *Londinens.* ſuadet ex *Aeruginis* minutiſſime triti Unc. 5. — *Mellis* Unc. 14. — *Aceti* Unc. 7. ut coquantur omnia ſimul leni igne ad idoneam ſpiſſitudinem, & colorem ſubrubrum: hujus mixturae poſt aliquot tempus pars craſſior ſubſidet; quod vero ſupernatat, vocatur *Mel aegyptiacum*.

Pharm. pauper. *Pragenſ. Mel* habet *Armoraciae* e *Succ. Armorac.* Unc. 12. — *Mellis* Unc. 24. quae inſpiſſentur leni igne ad congruam conſiſtentiam.

VIS *reſolvens*, *diſcutiens*. USUS in *angina maligna*, ad *gargariſmata*; in *ulceribus putridis*.

OBS. 3) *Mel Vermium Maialium* ita communicat Diſpenſat. *Fuldenſe*: *Vermes Maiales*, quorum

duae Species habentur una majore corpore, *Meloe maialis* Linn. *Menſe Majo* - Aura ſerena, quo ad minimum digiti attactum ex omnibus articulationibus denſum - flavum - & oleoſum - ſuccum digitos colorantem, gratoque odore inficientem fundunt, mediante ligneo forcipe capiantur, ſtatimque in vas vitreum l. terreum ad id negotii paratum ingerantur, ipſisque adhuc vivis, quin tamen manu tangantur, ſuper vaſe puro *Melle* repleto caput mediante forfice abſcindatur, & abjiciatur, probe tamen attendendum eſt, ne omnis materia liquida & oleoſa ex capitis abſciſſi & abjecti loco prodiens, una cum corpore in *Mel* depluat, corpus tum quoque in Melle recondatur, vas bene tegatur, ligetur, & in loco temperato reponatur. In Unciis 12. *Mellis* utplurimum 45—50. Vermes condiri poſſunt. Si poſt aliquod tempus Mel reſiccatum adparet, aliquid Mellis recentis depurati addetur.

Ad *rabiem* caninam curandam depraedicari aſſerit quoque hocce Diſpenſatorium, nunquam vero patria ejus edocta eſt hacce hujus remedii efficacia; exſtant enim efficatiora & magis aliorum quoque experientia probata remedia, uti Editor harum paginarum ipſe expertus eſt.

MERCVRIVS ALCALISATVS BVRTON, ſ. *Mercurius* cum *Lapidibus Cancrorum praeparatis contritus.*

Rec. *Mercurii vivi depurati* Unc. 1.
Lapidum ſ. *Oculorum Cancrorum* Unc. 2.

Mixta terantur intime in mortario lapideo, uti *Aethiops antimonialis Huxhami*, ad extinctio-

nem globulorum mercuralium plenariam, ne microſcopii ope detegendorum. *Piderit, Guy & Mellin.*

VIS *detergens* & *exſiccans*, *haemocatharctica*, mucoſitates *reſolvens*, *anthelmintica.*

USUS ad *ulcera* difficulter *ſananda* inſpergenda; ad *impuritates* humorum *venereas corrigendas*; *gonorrhoeam*, *bubones* & alia *inquinamenta.* In *viſcerum obſtructionibus*, *lentore humorum*, & *accumulatis humoribus pituitoſis.*

Externe mundificans, *detergens*, *exſiccans.*

DOSIS a Scrupulo dimidio ad Drachm. 1/2. & ne *ſalivatio* excitetur, *purgantia* e. g. *Reſina Jalappae* ei addenda ſunt. *Piderit.*

OBS. 1) *Mercurius acetatus Plenck* eſt Mercurius calcinatus, l. praecipitatus per ſe, Aceto ſolutus, ob *vim haemocatharticam-reſolventem*, *purgantem-diureticam* commendat praecipue in *lue venerea*-in *depravatis humoribus*, *Plenck.*

MERCVRII CALX,

paratur, ſi *Hydrargyri* & *Aquae fortis* partes aequales miſcentur, digeruntur in phiala ſuper arenam, ut fiat ſolutio limpida. Solutio haec leni igne tum evaporet in maſſam albam ſiccam, quae aſſervanda eſt. Ph. *Herbipolitan.*

USUS ad varia praeparata *chemica* mercurialia.

MERCVRIVS CALCINATVS SIMPLEX,

ſ. *Mercurius Praecipitatus* per ſe

oritur ſi in cucurbita vitrea alta, lata, longiſſimi colli, anguſti orificii, charta leviter obtecta, ne ſordes illabantur, detinetur *Mercurius depuratus*, in modico & continuo balnei arenae calore l. ſolis, per plures menſes, donec in *pul-*

verem rubrum redactus ſit, & aëre *dephlogiſticato* imbutus. Ph. *Suecica*, *Fuldenſ.* *Londinenſ.* & *Plenck.*

VIS *antivenerea*, *haemocatarctica.*

USUS ad *ſummum luis venereae gradum.* *Leviſon.*

DOSIS a Gran. 1 — 2 — 3. ſenſim datus. *Plenck.*

OBS. Plura vide *Mercur.* praecipitatum *rubrum*, ſ. *Calcinatum corroſivum rubrum.*

MERCVRIVS CINEREVS VEL NIGER, ſ. *Mercurius Praecipitatus Cinereus Saunder.*

Rec. *Mercurii dulcis*,
Alcali volatil. e *Sale Ammoniac.* praeparati, ana partes aequales.

Miſce diligenter in mortario vitreo, l. marmoreo, diu Aqua pura lavetur, donec prorſus inſulſus appareat, exſiccetur primum ſuper lapidem cretaceum, dein in loco ſicco reponetur uſui. *Halyt.*

VIS *purificans*, *haemocatarctica*, *reſolvens.*

USUS in *ſiphylitide*, ſ. *lue venerea*, *gonorrhoea*, *Angli* permultum eo utuntur & inprimis *Saunder* ad *Mixturam* ſuam *antiſiphyliticam*, & ad *Pilulas* ejus *antivenereas*, uti ad *Unguentum* ejus *mercuriale*: quae hocce modo praeparantur,

Mixtura antiſiphyliticaSaunder conſtat ePulver. *Mercur. Ciner.* Gran. 12. — *Gummi Arabic.* — *Mell. optim.* ana Drachm. 2. — *Aquae Fumariae* l. alius Unc. 8. Miſce detur mane & ad veſper. Cochlear. 2.

Pilulae antiſiphyliticae Saunder e Pulver. *Mercur. Ciner.* Drachm. 1. — *Sapon. Venet.* Scrupul. 1. Miſce & cum *Mucilagin. Gumm. Arabic* fiant *Pilul.* Nro. 40. De quibus mane & ad veſper. ſumat aeger Pilul. 1 — 2.

Unguentum mercuriale Saunder, e Pulver. *Mercur. Ciner.* Drachm. 1. — *Axung. porcin.* Unc. 1. Miſce fiat *Unguent.* in inguine illiniendum, in *ſiphylitide*, *gonorrhoea.* Vid. *Will. Saunders* Append. ad *Plenck.* tract. de ſolubili Mercurio. London. 1772.

MERCVRIVS CORALLINVS, vide *Mercurius praecipitatus ruber.*

MERCVRIVS CORROSIVUS ALBVS, vide *Mercurius ſublimatus.*

MERCVRIVS CORROSIVUS FLAVUS, vide *Turpethum minerale.*

MERCVRIVS CORROSIVUS RVBER, vide *Mercur. Praecipitatus Ruber.*

MERCVRIVS COSMETICVS, vide *Mercurius praecipitatus albus.*

MERCVRIVS DVLCIS SEV CALOMEL, ſ. *Panacea Mercurialis*, ſ. *Aquila alba*, ſ. *Mercurius ſublimatus ſaturatus Mercurio vivo.*

Rec. *Mercurii ſublimati corroſivi* Unc. 12. In mortario vitreo l. lapideo, cum adſperſis interdum *Aquae* guttulis quibusdam, terantur in pulverem, quibus dein addantur

Mercurii vivi depurati Unc. 9—10. qui intime ſenſim miſcentur terendo, & ſub tritura cum *Spirit. Vini* hinc inde parumper humectentur, (ne pulvis tam ſubtilis - leviter avolans nares nimium feriat, & hinc noceat praeparatori,) nil impediens combinationem; & ſollicite permiſcentur ita, ut globuli nulli amplius appareant mercuriales, ſed *pulvis* tantum *nigricans*, evitato pulvere volatili.

Pulvere hoc vitra impleantur potionibus medicis dicata, ſ. phialae oblongae ne quid parietibus adhaereat, ita quidem, ut 2—3. partes eorum vacuae relinquantur, haecque tunc in cupellam ferream l. crucibulum *Arena* impletum imponantur; ad ſublimationem, cui dein ignis levior gradus admoveatur, ſenſim vero is magis augeatur, usque dum *Mercurius* plane ſit elevatus, in forma cryſtallina. Ad *humidi* plenariam expulſionem, & affuſi *Spiritus Vini* remanentis forte, aperta relinquuntur orificia vitrorum, tum charta convoluta clauduntur.

Sublimatione finita, vitra, panni ope, eximuntur & panno Aqua humectata tum involvuntur, ut eo levius frangi poſſint: qua corpus tum albicans ponderoſum, *Mercurius dulcis ſuperius* a *Mercurio vivo* adhaeret, & a *partibus flaveſcentibus rubentibus* lateraliter, provide eſt abjiciendus, ſeparatus eximitur, *nigrore* ſuperiore loco adhaerente abjecto, & addita de novo.

Mercurii vivi depurati Unc. 1. iterum ſecunda vice ſublimatur, eodem modo, quo ante tractatur, & hoc 3—4 ter rurſus ſublimetur, & pulveriſetur tum tenuiſſime.

Altera hac ſublimatione *Mercurius dulcis* jam ſatis purus, & ſin forte reſtaret ſaporis metallici aliquid, praeſtabit illum *Aqua* deſtillata ſimplici edulcorare, quam ſaepius ſublimando debilitare, purus redditus ita fuit, & reiterata *ulterior ſublimatio*, qua *ſuperflua* poteſt conſiderari. *Piderit.* Ph. *Herbipol. Würtenb.*

Mercurius hic rite *dulcificatus* cum *Aqua Calcis*,

l. *Oleo Tartari* per *deliquium* tritus non flaveſcit, ſed nigreſcit; nec ſaporem habere, nec in *Aqua* frigida ſolubilis eſſe debet.

Mercurius dulcis ſexta l. ſeptima ſublimatione defunctus vocatur, ſed immerito *Calomel*, *Calomelas*. Cujus VIS *mitior* eſt. Hoc vero cum *Spiritu Vini* diu digeſtum, vel quindecies ſublimatum, immerito vocatur *Panacea mercurialis*, reiterata ſublimatione enim ſublimatus Mercurius ſeſe diſſolvit, pars Mercurii ſeſe amittit, & Reſiduum ſit corroſivum.

VIS *antivenerea, haemocatarctica, abſtergens, alterans, anthelmintica, reſolvens* potenter *mucum, ſalivationem excitans*, & in majori doſi *alvum* laxat, aliasque *excretiones* promovet. Caeterum qua *abſtergens*, *ſubcorroſivum*, *minutiſſimos obſtructos tubulos* ac meatus reſerat.

USUS *Purgantibus* addita quaedam Grana *Mercurii dulcis* effectum eorum augent, ad *venereos morbos; luem ipſam*, *fluorem album malignum*, *pertinacem gonorrhoeam malignam*, *ſcabiem veneream*, aliaque inquinamenta *venerea*, in *morbis* variis chronicis ab *obſtructione glandularum* & *viſciditate lymphae* ortis; ad *arthritidem chronicam*, ad *cancrum*, *cataractam*, ad *infarctus*, *obſtructiones viſcerum*, *ſcirrhos*, *ſcrophulas reſolvendas*, ad *vermes necandos*; qua *reſolvens* multo efficacius, quam *Calomel* alias praeparatum.

In *hydrophobia* a *morſu canis rabidi* orta, conjunctis aliis congruis remediis; uti in *hydrope*, ad *infarctus* & *obſtructiones* non ſolum qua *reſolvens*, ſed *viſcidos* & *tenaces* quoque *hu-*

mores incidens, & *excretiones* per *urinam promovens;* ſic in febre quartana diuturna.

Interius aſſumtum blandum eſt *purgans*, *lympham* potenter fundit, pituitam tenacem *incidens* & *expellens*, nec non ſalivationem interdum *excitans*. *Obſtructiones* reſerat, a *viſcido glutinoſo*, ſanguinem depurat, & in *vermibus* maxime convenit.

Adhibetur cum uſu in *obſtructione menſium* pertinaci, *hydrope*, *febre* quartana, *morbis venereis:* ad *ſanandam luem veneream* infantum nutricibus propinari ſolet: Caeterum confert quoque in *gonorrhoea virulenta*. *Bicker.*

Maritatur cum *abſorbente* quodam v. c. Conchis praeparatis ſ. *Magneſia alba;* Doſis Grana 3—6. & ultra, ſi *ptyaliſmum excitare mens* eſt, ad Grana aliquot cum *Sacharo*, & addit. Rad. *Jalapp.* & *Mercur. dulc.* efficaciſſimum tum exhibet remedium ad expellendos *lumbricos* & *aſcarides*. *Bicker.*

Externe confert *Mercur. dulcis* ad *ulcera venerea* purganda-ſananda, inprimis circa *glandem* & *praeputium* membri virilis, & in *genitalibus* mulierum, atque ita ut Drachma 1. cum *Aquae Calcis* Unc. 8. miſceantur.

Externe in omnibus *morbis venereis*, in *fiſtulis inveteratis thoracis*, *abdominis*, *lumborum*, *perinaei*, & *vaginae* cum exitu *urinae;* in antiquis *ulceribus cruris*, in *auri fluxu foetido*, in *ſpina ventoſa*, *eryſipelate chronico*, *angina gangraenoſa*, & *membranacea*, in *hydrocephalo* interno: in *chronica gonorrhoea*. *Plenck.*

Forma *pulveris* inſpergitur *ulceribus verminoſis* & *venereis caſeoſis*. — *Morbos venereos* curat,

ſi quotidie Gran. 3. cum ſaliva humectata digiti ope l. apicis linguae internae buccarum ſuperficiei infricentur. *Solutio* applicatur *ulceribus*, injicitur ſinubus fiſtuloſis. — Ad *bubones reſolvendos*, *tophos* aliosque *tumores*, cum *axungia* in *Linimentum* redactus. *Plenck.*

In *maculis corneae Mercurii dulcis* & *Aloes* ana Grana 3. — *Sachari candi* Drachm. 2. ad pulverem ſubtiliſſimum rediguntur: Oculo cum penicillo madido applicatur. *Plenck.*

DOSIS eſt utplurimum a Grano 1—2. ſemel vel bis in die in forma pilulari l. omni trihorio Granum 1. in ſolutione aquoſa; — *Aquae* Unc. 2. ſolvunt Gran. 1. — *Mercurii dulcis.* Scopo *alterante* confert a Grano 1—3. Scopo purgandi dantur *Mercurii dulcis* Grana 3 — 6—10. Qualis Doſis, addito ſemper Grano, ita augetur & continuatur, usque dum *ſalivatio* ſit excitata, qua orta, ita Doſis ejus ſenſim ſenſimque, uti aucta fuit, minuitur.

Salivatione vero hacce via excitata utplurimum corpus ab ea magis laeditur, quam a morbo ipſo, quem auferre debet, dum alio modo eundem praeſtat effectum *Mercurius dulcis*; Methodus haec hinc plane eſt improbanda ob *ſuffocationis* metum, aliaque gravia ſymptomata ſalivatio valde eſt incommoda; uti & ob *Mercurii* nimis celerem elapſum e corpore valde incerta & inefficax; & ob *Mercurii* facilem metaſtaſin ad varia corporis loca, valde timenda. *Salivatio* vitetur itaque, niſi ob ſymptomata maxime urgentia, & ubi ex largiori *Mercurialium* uſu, & *morbi venerei* gradu inſigniori, in quo facilius, quam alibi ſalivatio movetur, ea evitari nequeat.

Adhibetur itaque optime *Mercurius dulcis* a Grano 1-2-4-12. & pro ſtatu morbi adhuc majori quantitate; ita vero, ut ſi ſalivatio quaedam apparuerit, per aliquot dies, *Mercurius* non porrigatur, & ſi hoc non ſufficit, eccoprotice *laxans* quoddam addetur. *Camphora* interdum l. *abſorbentia*, l. *ſulphurea* utiliter adduntur, l. exceptis idoneis decoctis *ſanguinem purificantibus*. Pro quovis morbi ſtatu tam diverſo *Doſis* vel minuenda l. augenda eſt.

OBS. Caeterum *nocet Mercurius*, ſi ſub ejus uſu *diarrhoea* oritur; *Mercurius* enim hic uti per ſalivationem nimis cito e corpore expellitur, ita in *debilitatis viſceribus*, & *alvo* ſemper *laxa Mercurialia* interne nocent, hinc inunctio *Mercurii* in eis praeferenda eſt.

DOSIS *Mercurii dulcis reſolvendi* ſcopo in *pulvere*, a Grano 1—4—12. in commoda *Sulphur. aurat. Antimon.* l. *Kermes mineral.* conjunctione confert, vel cum Extr. quodam laxante, *Jalapp.* in forma *pilulari*, vel cum *Conſerva Roſarum*, aut alia, in Boli forma, aut Pulvere ſalino abſorbente. *Scopo anthelmintico* vero confert *Mercurius* infantibus a Grano 1—3. cum idoneis purgantibus: crebrior vero Mercurialium uſus teneris iſtis nocet. Adultis ſcopo *laxante* a Granis 5—13. cum idoneo alio *laxante*, uti radic. *Jalapp.* rec. *reſinoſ.* ſcopo *catharctico* ad Grana 15. pro doſi.

OBS. Ad faciliorem *variolarum* decurſum, ante earum eruptionem ad Grana quaedam, eadem valent, quae de *Aethiope antimoniali* ſupra jam ſunt dicta.

OBS. 1) Nocet *Mercurialium* uſus in *variolis ma-*

lignis: in omni *humorum* nimia *ſolutione*, *ſcorbuto*, ſaburra acida atque auſtera, in *primis* viis obvia: uti & in affectibus *arthriticis*, *podagricis*, debiliori nervorum ſyſtemate praeditis, *hyſtericis*, *hypochondriacis*, *gravidis*. &c.

Frequentiori caeterum *Mercurialium* uſu & longiori *dolores* facile oriuntur *rheumaticici* & *arthritici*, a reſtitante Mercurio in corpore orti. *Cautus* itaque requiritur *Mercurii dulcis* uſus.

OBS. 2) In *Mercurialium* uſu *abſtinere* ſemper debet aeger ab omnibus *acidis*, *auſteris*, *ſalſis*, difficilis concoctionis & *aëre frigido;* primae viae antea eccoproticis ſunt purgandae, in *plethoricis* vena ſecanda; & per aliquot dies, *acres humores corrigentia* e. g. ſerum lactis, decocta demulcentia. Ne *corroſivam* accipiat indolem *Mercurius dulcis*, cum *Salibus* minime eſt miſcendus. Ob dentium facilem laeſionem, *pilularis* forma omnibus aliis eſt praeferenda.

OBS. 3) *Mercurius dulcis* eſt magis *acris* & *penetrans*, in quo partes acres *Mercurii ſublimati* non plenarie ſaturatae, & mitigatae ſunt, uti in *Calomel*, multo mitius, repetita ſublimatione, quo propriam vim amittit, & magis qua *diaphoreticum* efficit. — Egregium remedium caute, in non nimia doſi, quod in omnibus morbis a *ſpiſſitudine* humorum tenuiorum oriundis, cum ſucceſſu datur. *Catharcticos* quoque edit effectus; ſecure infantibus exhibetur, & vanus quorundam metus, in praeſentia acrimoniae in primis viis infantum. — Qua potentiſſimum *reſolvens nocet* in *putridis morbis*, & in *ſcorbutica* diſpoſitione humorum, — ſi febris fuit conjuncta, profuit jam, *ſalivationem* mox promovendo. *Selle.*

Qua remedium leniter *corrodens*, *ulceribus venereis lardaceis* ſ. *caſeoſis* inſperſum cito puritatem adfert. *Aqua* dilutum egregie *ulcera venerea* curat.

OBS. 4) Ph. *Auſtriac.* praeſcribit partes aequales *Mercurii ſublimati corroſivi*, & *Argenti vivi*.

Ph. *Roſſica* vero *Mercurii corroſivi albi* partes 27. ad *Mercurii vivi* partes 22.

Ph. *Suecica* ſimplicem hancce ſuppeditat compoſitionem, e *Mercurii vivi* depurati, — *Acidi Nitri diluti* ana Unc. 6. In cucurbita vitrea mixta, poſt digeſtionem aliquot horarum ut coquantur, vas ſubinde agitando ad *Mercurii* plenariam ſolutionem. Liquor adhucdum *fervens* decantetur in vas vitreum, cui antea ſit inditus alius Liquor *fervens*, qui habet *Salis communis* Unc. 4. — *Aquae deſtillat.* Unc. 96. Liquor tum effundatur limpidus *ſupernatans*, ſi pulvis prius albus ad fundum vaſis ſit praecipitatus, & pulvis *remanens* affuſa ſaepius *Aqua* calida abluitur, donec plenarie inſipidus ſit. Charta bibula exceptus leni calore tum ſiccetur.

Ad Pharm. *Würtenberg. Mercurii ſublimati corroſivi & vivi* anaticae partes praeſcribuntur: Caeterum uti ſupra praeparatio inſtituenda eſt valde accurate & omni cura. *Acidum* enim *Salis* in *Mercurio corroſivo* contentum, ut omni, quem recipere poteſt, *Mercurio* ſit ſaturatum, neceſſe eſt: & etſi Unc. 9. — *Mercurii vivi* Unc. 12. *Mercurii corroſivi* ſaturandis plerumque ſufficiant, praeſtat tamen praeſcriptam anaticam portionem ſumere, Mercurius enim ſuperfluus in ſublimatione ſub

forma materiae nigricantis, altius ſublimatae, ſeparari poteſt.

Goettling in praeparatione *Mercurii dulcis* commendat, ut *Mercurio ſublimato corroſivo*, nondum plenarie *Mercurio vivo ſaturato*, portio quaedam *Mercurii vivi* admiſceatur, & de novo ſublimetur: *Mercur.* hic ſublimatus vulgo ſatis edolcoratus, ſ. *Mercurio ſaturatus* eſſe cenſetur, ſi in parte ſuperiori vaſculi ſublimatorii globuli adhuc quidam *Mercurii vivi* deprehenduntur, ad quod requiruntur vulgo *Mercur. ſublimati* partes 4. ad partes 3. *Mercurii vivi.* Poſt primam ſublimationem ob intimiorem commixtionem repetitio ſecunda requiritur.

Ad plenariam convictionem, ne ullus *Mercur. ſublimatus* amplius inſit, ſuperfunduntur hinc *Mercurio ſublimat.* partes quaedam *Aquae commun. fervidae*, per noctem, cui addi quoque poteſt ad *Beaume*, parum *Salis Ammoniaci.*

Scheele commendat, uti & Diſpenſat. *Fuldenſe*, aliam commodam quoque *praeparationem* ſine *ſublimatione*, via quidem humida; ut *Mercur. vivi* — *Aquae fortis* ana Unc. 6. miſceantur, in cucurbita, roſtro longo & epiſtomio chartaceo praedita, quae balneo arenae relinquenda eſt in igne leni prius, dein aucto ad punctum coctionis per 3—4. horas, tum denique ad plenariam coctionem Liquoris, cui ſolutio *Salis Culinar.* pur. Unc. 4. & 1/2. in *Aquae commun.* Unc. 3—4. fervide, in vaſculum figulinum priori ſolutioni Mercurii miſcentur, ſub perpetuo motu.

Praecipitatione facta liquidum decolatur, cui

praecipitato *Aqua* calida affunditur, & toties edulcoratur, usque dum Aqua ſupernatans plane inſipida appareat; filtrantur omnia chartae ope bibulae, exſiccatur reſiduum leni calore, quod eſt *Mercurius dulcis*, unica ſublimatione intimius junctus inter ſe, *Aquam Calcis nigreſcens* dein. Qua via *Mercurius vivus* facilius adhiberi poteſt, non tam leviter *mangoniſandus* quam *Mercurius ſublimatus*, aliasque adhibetur ad *Mercurium dulcem.*

Quaedam pars *Mercurii* ſoluti, praecipitato *Mercurii dulcis*, hac via praeparati, ſupernatans, in Aqua ad decantandum affuſa decolari poteſt, & huic ſolutioni pars tantum quaedam *Salis Ammoniaci* ſoluti addi poteſt, quae *Oleo Tartari* per *deliquium* tum praecipitari poteſt, praecipitatum hoc vero *Aqua* pura edulcorari, exſiccari & ad *Mercurium* praecipitatum album adhiberi poteſt. *Goettling.*

Hagen commendat ad praeparationem *Mercurii dulcis*—fumendi *Mercurii ſublimati* corroſiv. partes 12. iis ſuperfundendi *Mercurii vivi* part. 9. quo tum ambo ſe intime uniunt, ſi in vapores mutantur, & quo modo praeparationi tam periculoſae ſuperſedere tum quivis poteſt, ſine ulla jactura bonitatis Mercurii dulcis, etſi ubivis alias commendatur *Mercurium ſublimatum* cum *Mercurio vivo* tamdiu *trituratione miſcendi*, usque dum nulli globuli mercuriales amplius apparent.

Iis vero, qui huic intimae commixtioni trituratione adhaerent, ſuadet *Hagen*, ad laboris levitatem, & ad omnem halitum ſubtilem pulverulentum evitandum, methodum *Bail-*

leau, *Mercurium ſublimatum* prius *Aquae* ope ad *paſtam* formandam, & tum *Mercurium vivum* intermiſcendi trituratione, quo modo tum per 1/2 horam plane enecatur Mercurius tam nocivus ſublimatus.

Beaumé obſervavit quemvis *Mercurium dulcem* aliquid a *Mercurio corroſivo* retinere, etſi portio *Mercurii vivi* haud exigua ei additur, hinc ſuadet, ut *Mercurius dulcis* bene teratur, cui *Aqua* calida eſt ſuperfundenda, ut pars adhuc *remanens Mercurii ſublimati* extrahetur.

OBS. 5) *Mercurii dulcis probitas* hocce modo eo certior fit, ſi recipiuntur *Mercurii dulcis* Unc. I. quae pulveriſata teratur cum *Salis Ammoniaci* Drachm. I. in ſufficienti copia *Aquae fontanae* ſoluti. *Aqua* a pulvere per chartam bibulam ſeparetur, pulvisque *Aqua fontana* abluetur, & iterum ſiccetur. *Piderit.*

Color niger, qui oritur, ſi cum *Aqua Calcis vivae Mercurius dulcis* miſcetur, non ſemper de *probitate Mercurii dulcis* teſtatur; *Aqua* enim *Calcis vivae* cum *Mercurio ſublimato corroſivo* mixta, *Arſenico* inprimis adulterata, & a *Batavis* proveniente, eundem induit colorem *nigrum.* Si *Mercurii dulcis* commixtio cum *Aqua Calcis* non *nigrum* colorem acquirit, tum non ſtatim *Mercurius* iſte *dulcis* eſt cenſendus, ex *Aqua* enim *Calcis* non genuina, facile id fieri poteſt. *Piderit.*

Ph. *Auſtriaca* & *Würt.* probitatem *Mercurii dulcis* hocce modo indicant, ſi *Mercurius dulcis* rite dulcificatus cum *Aqua calcis* l. *Oleo Tartari* per *deliquium* tritus non flaveſcit, ſed nigreſcit, nec ſaporem habet, & omnis metal-

lici ſaporis expers eſt; nec plane ſolubilis in *Aqua frigida*: nec ſolvitur, ſi *Aqua fervida* coquatur, quod *Oleo Tartari* per *deliquium* poteſt praecipitari.

OBS. 6) Ph. *Würt. Edit. nova* commendat *Methodum Scheele* per *viam humidam Mercurium dulcem* praeparandi, & quidem e *Mercurii depurati*-*Aquae fortis* ana Unc. 6. quae immittuntur in Cucurbitam colli longioris, epiſtomio chartaceo tegendam, & in balneum arenae ponendam. Poſt aliquot horas augeatur ignis, ut ſolutio ad coctionem quam proxime accedat, & ſic ſub cucurbitae ſubinde inſtituenda agitatione per 3 — 4. horas continuetur, donec *Mercurius* ſolutus ſit, & tandem ſolutio ad ipſam ebullitionem, igne aucto perducetur.

Solutio haec fervens limpida mercurialis in aliud vas, in quo Muria pariter fervens ex Unciis 4 & 1/2. *Salis commun.* depurat. & *Aquae fontanae* Unc. 96. conficiendam, parata habetur, ſub continua agitatione ſucceſſive infunditur. Praecipitabitur ſic pulvis albus, a quo poſt ſufficientem quietem liquor ſuperſtans limpidus decantetur.

Pulveri praecipitato toties *Aqua pura* fervida adſundetur, donec ea plane inſipida redeat, & ſic pulvis pro edulcorato haberi queat; qui tunc ſuper charta bibula exſiccandus, *Mercurium dulcem*, octo cum dimidia Uncias ponderantem, & omni nota bonum exhibet, ut ad intimiorem *Acidi Salis* cum *Mercurio* combinationem ſublimatio, quam unica vice ſuper addendam nuper *Goetling*. ſuaſit, vix neceſ-

neceſſaria ſit, cum experimenta a Scheelio capta demonſtrent, *Mercurium dulcem via humida* ſollicite paratum, omnes requiſitos *bonitatis* caracteres habere.

Praeparari quoque poteſt e Liquore ſuperſtante, qui poſtquam Mercurius dulcis praecipitatus ſubſedit, *Mercurius albus*, ſi ſolutio *Salis Ammoniaci Aquae* ope facta admiſcetur, & *Oleum Tartari* ſucceſſive inſtillatur.

Mercurius dulcis qua egregium & optimum remedium, accuratam tamen diligentem expoſcit tam praeparationem, quam rationem adhibendi circumſpectam & providam. *Acidum* enim *Salis* in *Mercurio corroſivo contentum*, ut omni, quem recipere poteſt, *Mercurio* ſit ſaturatum, neceſſe eſt; & quanquam *Mercurii vivi* Unc. 9. —*Mercurii corroſivi* Unc. 12. ſaturandis plerumque ſufficiant, praeſtat tamen praeſcriptam anaticam portionem ſumere, quia Mercurius ſuperfluus in ſublimatione ſub forma materiae nigricantis, altius ſublimatae, ſeparari poteſt.

OBS. 7) *Hagen* commendat *Mercur. ſublim. corroſiv.* part. 12. ſuperfundend. *Mercur. vivi* part. 9. Communis praeſcriptio ei non arridet, Mercur. ſublimat. cum *Mercur. vivo* tamdiu terendi, usque dum nulli appareant globuli; loco hujus laboris moleſtae, ſine detrimento Mercurii dulcis, *Mercurio ſublimato* pulveriſato *Mercurius vivus ſuperfundendus* tantum eſt, ubi tum ambo aeque bene inter ſe accurate uniuntur, in forma vaporum mutati.

Quibus *conſueta* arridet *methodus Mercur. ſub-*

limat. & *Mercur. viv.* conterendi, iis ſuadet *Hagen* ad majorem laboris levamen, & noxium evitandi pulverem ſubtilem ad *Bailleau*, *Mercur. ſublim.* prius *Aqua* ad pulticulam formandi, & tum terendo commiſcendi *Mercurium vivum*, quae duo corpora hoc modo dimidiae horae ſpatio intime uniuntur. Quo modo *Mercurius*, in balneo arenae ſucceſſive calefactus, mox albeſcit, & tranſit in *Mercurium ſublimatum dulcem*, qui requirit tantum ad ſtatum perfectionis ſuae unicam ſublimationem, uti *Lieblein* ſuadet.

OBS. 8) *Piepenbring* in parte 1. ad *Mercuriii dulcis* praeparationem communicat *Dolfus* methodum ex Unc. 10. *Mercurii*, retortae commiſſis, ſuperfundendi Unc. 12. & 1/2. — *Olei Vitrioli* anglici, reponendi balneo arenae, coquendi mixturam ad ejus evaporationem Unc. 2—3. Poſt refrigerium extrahitur *Vitriolum* hoc *mercuriale*, fili ope ferrei, in forma ſicca - alba - levi - rara ad Unc. 15. & 1/2. Miſcetur tum cum pari quantitate *Salis Culinar.* decrepitati, ſublimatur tum in vitris ordinariis cum Unc. 6 *Mercurii*, quo obtinetur Mercurius eximie ſublimatus, in ſuperficie ſua, ad certum ſignum, Grana quaedam Mercurii manifeſtans, ad Unc. 10. & 1/2. circiter in toto, cujus albedo elegans augetur, ſublimatione reiterata, uti *Dolfus* pluries deprehendit.

Haecce methodus variis incommodis eſt obnoxia, hinc antiquiorem methodum anteponit *Piepenbring*, ſi partes 8. *Mercurii corroſivi* cum partibus 6. *Mercurii* mixtae ſublimantur

conſueta methodo. — Sublimatum hoc corroſivum plane dulcificatum apparet certo, cum Mercurii quantitate ſufficiente, ſi in parte ſuperiore vaſculi ſublimatorii Mercurius adhuc quidam purus apparet. Quale ſignum *Dolfus* quoque putat qua certum, in congrua commixtione dulcificati ſublimati corroſivi mercurialis; corroſivitas enim quaedam ei ſemper adhaeret; hancce hinc plenarie eliminandam, ſuperfunditur tamdiu Aqua deſtillata fervida, usque dum ultimum ſuperfuſum non amplus ab Aqua Calcis turbeſcit. *Piepenbring.*

In parte 2. aliam viam qua multo leviorem & meliorem communicat *Piepenbring*, methodum *Delkeskamp* nimirum, in qua ſimul acquiſivit Mercurium dulcem, eximiae quoque virtutis. *Mercurii vivi* & deſtillatione depurati Unc. 12. ſolvendae ſunt in Unc. 18. *Acidi Nitri* rectificati, partibus anaticis Aquae commun. commixtis caloris balnei arenae ope. Cui calide adhuc guttatim inſtillandae ſunt ſucceſſive ſolutio *Salis culinaris* bene filtrata, usque dum nulla ſuccedit praecipitatio, ad quod plerumque requiruntur Librae 5. *Sal. culinar:* praecipitatum committitur filtro, charta emporetica obtecto, edulcoratur probe Aqua fervida, toties & tamdiu usque dum decantatum Aqua Calcis commixtum colorem non acquirit aurantium, nec e priori, Salis lixivioſi ope, praecipitatum evenit, quod dein exſiccandum Unc. 11. exhibebit.

Maioris ſecuritatis cauſa *Mercurius* hicce, ita acquiſitus, *dulcis*, denuo ſublimari poteſt.

Ad Mercurium adhuc ſolutum in phlegmate, per filtrum trajectum ad aliqualem adhibendum uſum, affunditur Sal vegetabile alcalinum ſolutum, usque dum nullum ſuccedit amplius praecipitatum, edulcorandum tum & exſiccandum, coloris fuſci, ponderis circiter Unc. 6. & Drachm. 6. eximie conducens ad Mercurium ſublimatum; quo tum ejus Unc. 6. commiſcendae ſunt cum Unc. 5. & Drachm. 5. Olei Vitrioli anglici: color fuſcus mox tum mutatur in amoene album, & ad pultaceam maſſam, ſimulac vero commiſcetur Unc. 4. & 1/2 Salis culinaris exſiccati, mixtum tum fit pulverulentum, commode vitro committendi.

Ad phlegma reſiduum adhibendum, inſpiſſatur in vaſculo ferreo ad cuticulam usque, filtratur, quieti committitur, quo tunc puri cryſtalli nitroſi oriuntur, ſemper ad detonandum & fuſionem utiles, quod toties reiterandum eſt, ac fieri poteſt.

Caeterum omnis opera adhibenda eſt ante praecipitationem Mercurii dulcis acquirendi Saturatum, (Saturat,) perfectum, tam neceſſarium in praeparatione hujus remedii.

Piepenbring.

OBS. 9) *Mercurius dulcis* in fruſtis magnis - valde gravibus - compactis acquiritur, (12,350.) in forma cryſtallina ſemi - pellucida, in ſpiculis amoene nitentibus - ſubalbeſcentibus & cinereis, inodoris, inſipidis, exhibet Mercurium, ſublimatione ſaturatum Acido Salis in copia non ſuperflua, cujus Librae 114. continent Mercurii Libras 97. & Acidi Salini Libras 16.

Quo magis eſt pellucidus, eo minus Mercurio eſt ſaturatus, & eo magis convenit ſublimato, enormes excitans vomitus: optimus albeſcit, non pellucet. In magnis fruſtis ſublimatum plerumque non tantum Arſenici continet, quam potius ſublimati nocivi, hinc ſi coquitur per horam cum partibus 10. Aquae commun. & ad quamvis Libram Mercurii dulcis, ſi Unc. 1/2. Sal. Ammoniac. ſolvitur in eo, liberatur tum a nocivo ſublimato hic Mercurius dulcis, qui addito Sale Ammoniaco facile fit ſolubilis, ad *Sal Alembroth* aptus, Sal leviter ſolubilis, compoſitus e Sale Ammoniaco & Sublimat. (Si quis ſcire cupit, an & quantum Sublimati in Mercurio dulci ante coctionem ſit contentum, affundet iſte tum Sal Tartari ſolutum ſolutioni, in qua coctum eſt, acquiſitum ita praecipitatum album, manifeſtabit *Sublimatum* in eo ſolutum. Grana 47. hujus praecipitati indicant Grana 48. ſublimati. — *Arſenici* forte quaedam abſentia manifeſtabit ſeſe, ſi tum inſtillatur in praecipitatum, & filtratum fluidum Sal Ammoniacum Cupri, & apparet, (uti in Sublimato jam indicatum eſt,) in praecipitato flavo-viridi, an *Arſenicum* in eo ſit contentum, in colore vero caeruleo permanente, an eo non ſit inquinatum.

Mercurius dulcis ſublimatus genuinus cum Spiritu Salis Ammoniaci cauſtico, l. Aqua Calcis contritus, ad *Mercurium cinereum* ſ. *nigrum Saunder* officin. facile poteſt reduci, (zu einem ſammetartig ſchwarzen Pulver,) quale ſignum non qua unicum eſt aeſtimandum; cum Sublimato & Aqua Calcis, ſ. Spiritu

Sal. Ammoniac. orti enim colores facile poſſunt per nigrum hunc ortum colorem Mercurii dulcis involvi; experimentum hoc hinc non qua incertum eſt aeſtimandum.

Si *Mercurius dulcis* rite praeparatus, coctione cum *Sale* ammoniaco eſt edulcoratus, ad ſummum tum gradum puritatis eſt reductus, & genuinus plane, tres l. 7. ſuſcepti ſublimationes ad generationem *Calomel*, l. 9 — 10.ties ſuſceptae ſublimationes reiteratae, ad *Panaceae* mercurialis officin. generationem, nil conferunt ad ejus meliorem ſtatum, ſed potius Mercurium dulcem decomponunt, pars enim quaedam *Mercurii metallici* facile diſrumpit, & reſiduum convenit multum ſublimato corroſivo. *Saunder* & *Hahneman*.

Ad *Mercurii dulcis genuini qualitates* refert quoque *Bindheim* & *Herold*, ut iſte in fruſtis adhuc magnis, cum corpore duro raſus flavi coloris ſtrias emittat, & ad pulverem ſubtilem tritus tranſeat in colorem ſubluteum, in lingua nullum producat irritamen, ſolis radiis expoſitum nigreſcat, uti & *Aqua Calcis* commixtus: Ab unica tantum ſublimatione ſplendeſcit in tenebris, quod toties apparet, ac ſublimatio reiteratur: quo apparet, quot ſublimationes ſuſceptae ſint Mercurio iſto dulci.

OBS. 10) E variis, quae adhuc dum exſtant *Praeparatis Mercurialibus*, praecipua ſunt, haecce duo. *Mercurius dulcis martialis Hartman*, qui ex una parte reſidui, a praeparatione Florum Salis Ammoniaci martialium, cum Mercurii dulcis partibus 2. teritur, & ſublimatur, in balneo

arenae aucto igne, ad adquirendum Mercurium ſublimatum martialem. *Haſſe - Wiegleb.*

Mercurius diaphoreticus Klein paratur e *Mercurii dulcis* ſexies ſublimat. — *Sulphur. Antimon.* aurat. ana Gran. 2—3. — *Camphor.* Gran. 1. pro Doſi dentur Gran. 1—2. qua *diaphoreticum* praecipuum, cujus Vis augetur, addit. Gran. 2—3. *Sal. volatil. Succin.*

MERCVRIVS FLAVUS EMETICVS, vide *Turpethum Minerale.*

MERCVRIVS GVMMOSVS PLENCK, ſ. *Solutio Plenckiana*, vide *Mucilago Mercurialis.*

MERCVRIVS NITROSVS, ſ. *Nitratus.*

Rec. *Mercurrii vivi* qu. plac. qui ſufficienter
Spiritu Nitri ſaturandus &
Mixtus aſſervandus eſt. *Selle.*

VIS fortiter *reſolvens*, *emetica*, *purgans* in fortiori doſi, in mitiori *diuretica.*

USUS *Interne* in *inveterata lue venerea;* morbis *oſſium* eximius; ad *Selle* obſervata, praeferendus *Mercurio ſublimato.*

Externe in *ulceribus* valde impuris *venereis*, uti interne in hisce affectibus ſimul. *Plenck.*

DOSIS a Guttis 3—5. *Aqua dilutus.*

OBS. 1) *Mercurius Nitroſus* eſt eſſentiale Eſſentiae mercurialis *Charas*, ſ. *Mercurii liquidi Pharmacopoeae Pariſienſis*, ſ. *Aquae gryſeae Gohlii, Liquoris Belloſti;* ſ. *Unguenti citrini Pariſienſis; Syrupi mercurialis Belloſti.* *Selle.*

Mercurius liquidus, ſ. *Aqua mercurialis Charas* ad uſus internos, conſtat e *Mercurii* revivificati Unc. 1. quae diſſolvantur in *Spiritus*

Nitri Unc. 1. & 1/2. ſolutioni addentur *Aquae fontanae* Unc. 30 & probe miſceantur, & adhibeantur in *lue venerea*, in cujus locum ſucceſſit quidem dein *Liquor ſiphyliticus Swieten.*

OBS. 2) *Spiritus Nitri* probe ſaturandus eſt Mercurio, diverſae ejus qualitates portionem diverſam ad Mercurium requirunt, accurate determinandam. Si in Uncia 1. *Spiritus Nitri*, Drachm. 2. & Scrupuli 2. Mercurii contenti ſunt, tum proportio eſt uti 1. ad 3. continent hinc Grana 3. ſolutionis Granum 1. Mercurii. Iſtius ſolutionis Guttae 2. in ſufficienti quantitate *Aquae* purae deſtillatae dilutae, ſufficiunt in initio mane & ad veſperam. Si duae guttae emeſin. ſ. purgationem efficiunt, gutta una ſufficit, aſcendendo ſenſim ad 4—5. guttas.

OBS. 3) *Aqua* ſufficiente diluta ſolutio haec, exbet egregiam *Aquam phagadaenicam.*

OBS. 4) Adipe mixta haec ſolutio, exhibet praeclarum *Unguentum* ſ. *Linimentum* ad *ſcabiem ſanandam.* *Selle.*

OBS. 5) *Hagen* commendat, ob tam diverſam inaequalitatem *Mercurii* ejusque puritatis, uti & *Acidi Nitroſi*, atque hinc ortam tam diverſimodam ſolutionem in tam diverſis pharmacopaeis, ut *Mercurius* rectificatus in *Acido Nitri* puro, in frigore, ſine calore, ſoluto cryſtalliſetur, & una pars horum cryſtallorum in partibus duobus *Aquae* deſtillatae plane diſſolveretur. Qualis ſolutio ita ſuſcepta, ubivis, & quovis tempore ſemper eadem eſſet, & Medicus hinc ea omni ſecuritate poſſet uti.

OBS. 6) *Sal* hoc *metallicum*, *Mercurius nitratus*, apparet in cryſtallis rhomboidalibus-oblique-cubicis, albedinis plane amoene-pellucidae; flaveſcentia a Turbith interdum oritur, qua in impuro *Acido Nitri* contentum *Acidum Vitrioli*, calide ſolutum, gignit. — In calore paratum, multo difficilius per Sal culinare decomponitur, quam in frigore, quod in 86000. Gran. Aquae, Gran. 1. Sal. culinar. per praecipitatum album detegit, quod continet Mercurii $\frac{8666}{100}$.

In calore paratus *Mercurius nitratus* exhibet idem praecipitatum album, majorem aciditatem vero continens, & Mercurii cujusdam ſublimati, quoad vero maximam partem Mercurium dulcem, — addito Acido Vitrioli ad *Turbith* praecipitatur, Sale alcalino vegetabili fixo coloris lateritii, (ziegelfarbig,) & cum minerali-acido aëreo ſaturatum, album gignit praecipitatum, ſi Mercurius nitratus in frigore erat paratus, in Aqua ſolubilis. — — Quidam Medici anteponunt hunc Mercurium nitratum-ſublimato, qua lenius efficiens, nec putredinem tantopere promovens, in Aqua ſolut. ad Gran. $\frac{1}{8}$—$\frac{2}{3}$. potu dilutus.

In forma ſalina pondus multo accuratius poteſt determinari, quam in ſimplici ſolutione Mercurii in Acido Nitri, cujus major l. minor virtus Volumen ſolutionis, & Doſin hinc plane indeterminatam reddit. — Pinguedine commixtum, exhibet *Unguentum citrinum* ad *ſcabiem*. *Sande & Hahneman.*

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS ALBVS, ſ. *Coſmeticus.*

Rec. *Mercurii vivi* depurati Unc. 4. ſolve in
Acidi Nitri, ſ. *Aquae fortis* Unc. 8. ſolutum diluatur
Aquae commun. deſtillat. Unc. 48. & ſenſim ei inſtilletur ſequentis ſoluti tantum, donec nil amplius pracipitabitur.

Recipe tum *Salis Ammoniaci* Unc. 2.
Salis Tartari depurat. Unc. 1. ſolve in
Aquae commun. deſtillat. Unc. 48. & filtra, ſi praecipitatio hac ſolutione finita eſt, ſolutioni tum mercuriali, ad perficiendam ulteriorem praecipitationem, inſtilla
Olei Tartari per *deliquium* quantum ſufficit, ad praecipitationem ſufficienter peragendam: Albiſſimus iſte *pulvis* ad fundum praecipitatus, filtro tum chartaceo immittatur, atque ita *Aqua* frigida affuſa edulcoretur, ut *Aqua*, qua cum *Mercurius* ablutus eſt, *Acetum Saturni* non turbet, ſi ei inſtilletur.

VIS *mitior* quam *Mercurii praecipitati rubri calcinati;* caeterum *corroſiva* in majori doſi, alias *ſialagoga*, *antivenerea.*

USUS non *interne*, ſine ſublimatione praemiſſa, qua irreſolubile in *humoribus* corporis humani; qua venenoſum - emeticum forte; omni quoque obſervata edulcoratione; ſecuriora enim, ad *internum uſum* exſtant remedia *mercurialia*, *ſialagoga antiſiphylitica.*

Externe mundificans - repellens - corroſiva.

Externe ad *Unguenta mercurialia*, in *morbis venereis* inprimis *oſſium*; in *ulceribus* & *bubonibus mundificandis*, *venereis*; in affectibus *oculorum venereis*, *maculis* & *varicibus corneae*; in *emolliendis tumoribus induratis*; in *tinea* & *ſcabie* vel aliis foedis *cutis inquinamentis*, in forma *Unguenti*, ſed caute. *Plenck*, *Piderit.*

In *lichenibus*, *pruritu*, *herpete*, in *ſerpiginoſis exanthematibus*, *ulceribus*, *ſcabie* a *ſcrophuloſa acrimonia ortis*, & in *tophis venereis*. *Selle.*

DOSIS Gran. I. cum Gran. 10. *Sachari* albi puriſſ. diu triti in mortario vitreo, detur omni trihorio. *Moench.*

OBS. 1) *Probitatis* ſigna vide *Mercur. praecipitat. rubrum.* — Caveatur ceterum a nimia ſecundae ſolutionis adfuſione, quae praecipitatum Mercurium rurſus diſſolvit.

A Pharmacopolis vitiatus *Amylo* vendi ſolet, l. *Terra*, quod ex levitate, & carboni poſt fuſionem relicto, poterit cognoſci. *Biedermann.*

OBS. 2) Alii ad ſolutionem *Mercurii* in *Spiritu Nitri* affundunt *Spiritum Salis culinaris*, cum quo Mercurius junctus fundum petit, inſtar Calcis, non tam valde corroſivi, in quo acida Salis culinaris pars leviter Mercurio cohaeret. *Selle.*

OBS. 3) Ph. *Auſtr.* & *Herbipol.* ſuadent *Mercurii ſublimati corroſivi* quant. plac. ſolve in *Aqua communis* calidae ſuffic. quantit. ſolutioni *Spiritum Salis Ammoniaci* vulgar. affunde ſucceſſive, donec deſinat praecipitatio pulveris albi, Aqua calida ſimplici in filtro aliquoties abluendi, & ſiccata uſui aſſervandi.

Goettling - Wiegleb, uti & Diſp. *Fuldenſe* ſuadent leviorem & ſimpliciorem hancce praeparationem, ut *Mercurii vivi* Unc. 4. ſolvantur calore leni- in quantitate ſufficiente *Aquae fortis*, quo ſolutio diluitur *Aquae commun.* Unc. 48. Quo dein ſolvuntur *Sal. Ammoniac.* puri Unc. 1. in *Aquae commun.* Unc. 12. & miſcetur haec ſolutio priori, quo dein omnis *Mercurius* ſolutus praecipitatur *Salis* ope *fixi ſoluti alcalini.* Simulac plenaria facta eſt praecipitatio, a praecipitato in fundo decolatur Lixivium ſalinum *ſupernatans; Aqua* tum edulcoratur pura praecipitatum, quamdiu saporem edit *ſalinum*, quo dein leni exſiccatur coctione. In hac praeparatione praecipue requiritur, ne nimium affundetur de hac ſolutione alcalina, ne flaveſcat praecipitatum. Qua praeparatione acquiruntur facile Unc. 5. *Mercurii praecipitati albi.*

Ph. *Roſſica* compoſitionem ſuppeditat e *Mercurii corroſivi albi*, & *Salis Ammoniaci* aequalibus partibus in *Aqua* ut ſolvantur, & e ſolutione filtrata, infuſo *Lixivio Lignorum* praecipitetur pulvis *albus*, qui *Aqua* tum edulcoretur & abluetur ad perfectam dulcedinem.

Ph. *Edinburgenſ. Mercur. ſublimat. corroſiv.* quant. plac. ſoluto in *Aqua* calida, addendum praeſcribit *Spiritus Salis Ammoniaci* quantit. ſufficientem, donec deſinat dejici pulvis *albus*, qui ſaepius abluatur *Aqua* calida, filtretur per chartam bibulam, exſiccetur leni calore.

OBS. 4) *Piepenbring* commendat *Martii* methodum ex Unc. 8. *Mercurii* ſolvendi in quantit. ſuffic.

Spiritus Nitri qua frigide, diluendi ſolutionem cum Aquae deſtillatae Unc. 88. — Separatim tum ſolvendi Unc. 4. *Sal. Ammoniac.* & Unc. 2. *Sal. Tartari* depurat. in *Aquae commun.* Unc. 88. filtratam miſcendi ſolutionem hanc ſalinam ſolutione *Mercurii.* — Ita acquiſitum praecipitatum in fundo haeret, clarum ſupernatans decantatur, & praecipitatur tum ex ea omnis in eo contentus ſolutus Mercurius, *Olei* ope *Tartari* per *deliquium.* Poſt abſolutam praecipitationem edulcoratur quodvis praecipitatum, & ſinguli exſiccantur. Primum praecipitatum eximie albeſcit, ultimum vero magis flaveſcit.

In Parte 2. commendavit *Piepenbring* decantato Liquori a *Mercurii dulcis* praeparatione relicto, Lixivium alcalinum vegetabile affundendi, usque dum nulla ſuccedit amplius pracipitatio, tum edulcorandi, & exſiccandi;

In parte 3tia mutata parum ſuadet methodum, ut Liquor reſiduus a Mercur. dulc. praeparatione proportionatim cum ſolutione *Salis Ammoniaci* miſceatur, & praecipitetur tum tota Mercurii copia ſolutionis ope Cinerum Clavellatorum, edulcoretur & exſiccetur, quod exhibet tum *Mercurium praecipitatum album.*

OBS. 5) *Mercurius praecipitatus albus*, officinalis, qua Calx Mercurii junctus praecipitatione cum $\frac{1}{8}$ Acidi ſalini pari ſemper modo aequalis, ejusdem generis oritur, conjungetur ſolutio Mercurii nitrati, ſublimati, cum $\frac{1}{5}$ Salis Ammoniaci, ſolutione Cinerum Clavellatorum dein praecipitati, ſ. ad ſolutum Mer-

curium nitratum Acidum Nitri, ſ. Sal. culinare ſolutum adfundetur, l. ad ſublimatum ipſum ſolutum Alcali volatile inſtilletur, rite edulcoratus, ad Mercurium dulcem per ſe ſublimabile, & ſemper *Signum* bonum genuinae praeparationis, ſi apparet inprimis qua pulvis gravis inſtar nivis albidus, in acidis non ſolubilis, addita Aqua Calcis non nigreſcens, & plenarie edulcoratus, nec odorem nec ſaporem ſpirans.

Corroſio Mercurii praecipitati albi non *rite parati* disquiritur uti Mercurii dulcis. — *Mangoniſatio* cum *Ceruſſa* vel cum *Bismuti* praecipitato; (Blanc d'Eſpagne,) miſcetur tum pulvis, ab evaporatione praecipitati ſpurii in cochleari ferreo remanens, cum parte quadam Picis, quo tum gignitur prunis globulus (Korn,) ulterius disquirendus. — — Farina Amili, (Staerkmehl,) quaedam admixta, prunam relinquet, caeterum tale praecipitatum multo eſt levius, quam genuini. — Admixta Creta cum Aceto efferveſcet &c.

Sande & Hahneman.

Ad *Bindheim Mercurius praecipitatus albus genuinus* in crucibulum immiſſus, & alio clauſus, in igne vehementi nil relinquit, ſed plane avolat.

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS CINEREVS,
vide *Mercurius Cinereus.*

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS RVBER,
ſ. *Mercurius Calcinatus* per ſe *Londinenſium.* ſ. *Arcanum Corallinum.* ſ. *Mercurius Corallinus.* ſ. *Mercurius Corroſivus ruber.*

Rec. *Mercurii vivi* depurati Unc. 4. ſolve in

Acidi Nitri ſ. *Aquae fortis* Unc. 8. Per *balneum Arenae* lento igne in cucurbita vitrea evaporetur ad ſiccitatem. Maſſa haec ſicca, alba, pulveriſata, in crucibulo vitreato ignis debito gradu, cum perpetuo ſpatulae ligneae motu, tamdiu calcinetur, ſ. torreatur ſenſim aucto igne, donec parum cochleari vitreo exemptum, & refrigeratum, *ſquamulas* nitidas *rubras* referat; Materia vero aſſidue bacillo vitreo agitetur, ut omnes ejus partes aequaliter calefiant, & mutationem dictam ſimul ſubeant, qua apparente tigillum ab igne ſubito amoveatur, ne coloris nitiditas pereat. Ph. *Auſtriaca, Edinburg.* & *Piderit.*

VIS *corrodens*, *acris*, *ſeptica*, *eſharotica:* dilutus *abſtergens ſcrophuloſa ulcera: reſolvens tumores duros; purificans externe, eſcharotica:* caeterum fortior quam praecipitato albo.

USUS *externe* ad *carnem luxuriantem* abſumendam; ad *excreſcentias carnoſas;* ad *ulcera venerea ſordida calloſa* & *fiſtuloſa* purganda, eorumque *ſuppurationem* promovendam; ad cutis defoedationes, ad *Unguenta* ophthalmica in affectibus *oculorum venereis:* & ad *Balſamum ophthalmicum rubrum.*

Caeterum in *morbis venereis*, *cancro venereo*, & in *maculis corneae*, confert Granum 1. ad Adipis Scrupul. 1. — Globuli rubri non ineſſe debent ne irritent. Ad *ulcera ſordida mundificanda, ichorem venereum* & *carnem luxuriantem abſorbendam,* — *ſpecificum* in *ophthalmia*, in qua materia puriformis e glandulis palpebrarum exſudat.

In complicatione *morbi venerei* cum *diatheſi humorum ſcorbutica*, qua ſpecificum *Hundertmark* laudat combinationem *Cortic. Winterani*, ob *vim balſamicam*, putredini reſiſtentem, illamque coercentem, ne amplius & latius ſerpat, *pituitam incidentem*, & valentiori motu vaſis, humores vehentibus, blandius irritatis, impreſſo, materiam morbidam per ſudorem l. urinam l. exſcreationem e corpore ejicientem.

Mercurius eſt quoque cauſticus, non tam facile ac ſublimatus abſorbetur, hinc forma *Adſperginis*. l. *Unguenti* ad *morbos venereos*, & *carnem fungoſam* adhiberi ſolet. *Plenck.*

OBS. 1) *Genuini*, & non *adulterati* calcinatione, *Mercurii praecipitati rubri* cum *Minio*; uti & albi cum *Ceruſſa* l. *Magiſterio Marcaſitae* Notae ſunt praecipuae, ſi in cochleari ferreo, ſupra ignem, plane nullis partibus remanentibus deflagrat. *Piderit.*

Mercurius praecipitatus ruber & *albus* nec non *Saturninis* partibus corrupti proſtant ſaepe ſaepius; & *Mercurius* quidem *albus Ceruſſa*; *ruber* autem *Minio*; cujus color rubicundus admixtione Minii longe pallidior evadit ac antea.

Optime hoc *adulterium experies*; ſi tertiam Cinerum clavellatorum partem, cum una ſuſpecti praeparati mercurialis, commixtam & crucibulo infuſam tamdiu torres, donec fumus non amplius edatur, & miſcela liqueſcat. Igne jam crucibulo ſubacto, ſi quid antea admixtum fuerit *plumbi*, forma metallica fundum crucibuli tum occupabit.

Mercurius praecipitatus ruber, cum *Cinnabari* com-

commixtus, *detegitur* igni appoſitus, editis vaporibus enim crebrioribus hoc additamentum *apparet;* & ſublimatione etiam a Cinnabari Mercurius purgari ſolet. — Nonnunquam etiam *Latere*-pulveriſato, *Vitriolo Martis* ad rubedinem calcinato, & *Croco Martis* adulteratus venditur. Hanc eodem modo atque *Minii* corruptionem prodere poteris.

Biedermann.

OBS. 2) Si quis illum interne exhibere velit, *Spiritu Vini alcoholiſato* aliquoties deſuper abſtrahat, quo mitior evadet; hinc iſto modo praeparatum *Mercurium praecipitatum rubrum*, ob colorem vocant quidam *Arcanum corallinum.* Alias interne per ſe adhiberi nequit, ob *Vim* ejus tam *acrem*, in parca Doſi Grana 2. cum Decocti *Bardanae* Unc. 48. emeticam leviter, in *forma pilulari* commodius ad *morbos venereos-chronicos*, *pertinaces obſtructiones*, *tumores oſſium.*

OBS. 3) Ph. *Herbipol.* praeſcribit *Calcis Mercurii* quant. plac. In crucibulo gradatim eousque calcinetur, donec ex albo in fuſcum, tum in flavum tandem auctiore igne in *pulverem* eleganter *rubrum* abierit.

Mercurium calcinatum, Ph. pauper. *Hamburgenſ.* ſ. *praecipitatum rubrum*, ita praeſcribit, e *Mercurii vivi purificati* quant. plac. In cucurbita vitrea lata, cum longiſſimo collo, cujus orificium leviter tectum ſit, ne ſordes illabantur & parvam aperturam habente, ponatur in igne arenae per plures menſes, donec in *pulverem rubrum* calcinatus ſit. DOSIS octava Grani pars ad Granum 1.

Ph. *Roſſica* cupit tantum ut ſolutio *Mercurii* in *Acido Nitri Aqua diluto*, evaporata & exſiccata, igne continuo ſub motu urgeatur ad colorem *rubrum*.

Ph. *Suecica* vero *Hydrargyri* Unc. 2. ad *Acidi Nitri diluti* Unc. 3.

OBS. 4) *Mercurius praecipitatus ruber D. Bonz* ad *Elwert Magazin*, paratur e *Mercur. vivi* depurati Unc. 36. immiſſis in retortam vitream menſurarum duarum, cui ſuperfunde *Aquae fortis* concentrati Unc. 60. digere per 2. dies quo menſtruum prius turbidum clareſit. Solutionem hancce adhuc calidam immitte in retortam amplam arenae balneo, & deſtilla ad ſiccitatem. Quo tempore digeruntur in alio apparatu *Mercurii vivi* Unc. 36. cum *Aquae fortis* Unc. 60. quae ſolutio ſuperfunditur ſuperiori ſicco praecipitato, de quo tum deſtillatur *Aqua fortis*. Abſtracta haec *Aqua fortis* ad novam ſolutionem adhibetur; addita tantum ad quasvis Unc. 12. *Aquae fortis* purae Unc. 3.

Ad ſolutionem hancce requiritur cineritium e ferro, ſex retortas continens, in quibus ſolvantur *Mercurii vivi* Unc. 36. in 6. dierum ſpatio, in tribus retortis calcinandae, adaptatis ſingulis furnis. *Mercurio* quant. libet hoc modo ſoluto, & deſiccato impletur furnus carbonibus, adaptatis in eo retortis, clauſis accurate omnibus aperturis, & continuato igne per tri-horium, flores ſublimantur ſucceſſive in parte retortae ſuperiori. Poſt 3. horarum ſpatium denuo furnus impletur carbonibus, & ſublimatio continuatur per 3. horas, in

quo tempore flores mercuriales, ulterius tranſeunt in partem anteriorem colli retortae.

Tertia vice furnus impletur carbonibus, non omnibus vero clauſis aperturis, in tanto ignis gradu & tanta fixitate Mercurii, ut retortae color appareat flavus, tum *aurantius* & denique *Cinnabris* inſtar *ruber*. Quo dein ignis gradus plane minuitur, & in retorta deprehenditur poſt refrigeſcentiam optimae notae *Mercurius praecipitatus ruber*, coloris valde nitentis, & omnes continentis qualitates. *Aqua fortis* vero in receptaculo, calcinationis tempore, coloris fit coerulei a partibus forte arſenicalibus Mercurii, plane dein evaneſcentibus. (Plura *Elwert* Magazin für Chemiſten.)

OBS. 5) *Mercurius praecipitatus per ſe*, paratur e *Mercurii vivi* puriſſ. Unc. 4. In phiala vitrea pura fundi plani, orificii patuli, colli eousque longi, ut *Mercurius* aufugere nequeat, immittatur igni *Arenae*, ignito catino, qui gradus caloris per 2—3. menſes protrahatur eousque, donec *Mercurii ſufficiens* portio in *Calcem rubram vivo Mercurio* incumbentem abierit, quae collecta ſervetur.

Ad multiplicandam operationem variae phialae, Mercurio onuſtae, eodem tempore eidem balneo longo, committantur. Ph. *Herbipolitan.*

OBS. 6) *Dolfus Mercurium praecipitatum rubrum* parat ex Unc. 48. *Mercurii* ſoluti in Unc. 72. *Spiritus Nitri* puri-fortis, & deſtillatis, quo ſuperfluum Acidi Nitri tranſit. — — *Spiritus* hicce *nitroſus* optime paratur e partibus 2. *Nitri* depurati, cum parte 1. *Olei Vitrioli*, in retorta ſat ampla, quo tum mox receptacu-

lum vaporibus rubris phlogiſticis Nitroſis impletur, mox evaneſentibus. — Simulac Acidum nitroſum ita abſtractum eſt, ut nil phlegmatis amplius in retorta appareat, receptaculum de novo impletur tum vaporibus nitroſis phlogiſticis per bihorium.

Nitrum hocce *Mercuriale* per quadrihorium calore ignis leni, plane clauſo, non perflagrante calcinatur, quo tum in initio calcinationis, adhibito ferreo cineritio, arena impleto, lamina ferrea imponitur cineritio, & prunis candentibus ſupra impoſitis incaleſcit. Flores merculiales mox tum ſupra apparebunt in lamina, & ad roſtrum retortae usque, colore amoene-purpureo-ſemper conſtante. — In hocce ſtadio non amplius tranſit Acidum nitri, & Calx hicce mercurialis, ad rubedinem calcinatus, omni Acido nitroſo plenarie eſt privatus.

Aër tranſiens dephlogiſtiſatus expellit vapores phlogiſticos in recipiente, qui nunc plane eſt pellucidus, quo tum labor totus plenarie ſucceſſit, & tum omnis ignis auferendus eſt e furno deſtillatorio. — Si in retortae roſtro apparet vapor mercurialis plane debilis, refrigerium tum ſubitaneum furni eſt ſuſcipiendum.

Hacce via acquiſitus *Calx mercurialis* nullas plane continebit qualitates quasdam venenatas acres, ſed qua plane purus eximios edet fructus, rite a medico adplicatus.

Dolſus — Piepenbring.

In Parte 2. communicat quoque *Piepenbring* Signa finitae congruae operationis, Batavos

nempe ſubito finire operationem Calcis Mercurialis rubri, ſi vaſculum praeparatorium colorem acquiſiverit amoene alte rubrum lateritium, (hochziegelroth,) ubi tum recipiens vas caute amovendum eſt, uti & ignis ſubditus, omnia tum refrigerio committenda ſunt. *Piepenbring.*

In Parte 3. commendat methodum *Delkeskamps* aliis anteponendam. Rec. *Mercurii vivi* rectificat. — *Aquae fortis* ana Unc. 12. Solve leni calore digeſtionis, quo cryſtalli apparent, ſolutione ſeparandi, edulcorandi, in crucibulo tum calcinandi. Si hicce labor per breve tempus continuatur, eximium tum exhibebit Mercurii calcem rubrum cryſtalliſatum, ſimpliciſſima via paratum. *Piepenbring.*

OBS 7) *Herold* ſuadet *Mercurii vivi* depurat. Unc. 8. in *Aquae fortis* commun. Unc. 9. ſolvend. in retorta balneo arenae prius immiſſa, leni calore deſtillandi, quo acquiritur *Calx Mercurii*, cujus partes Acido Nitri circumdatae ſunt, commiſcendi *Sal culinare* & *marinum*, torrefactum cum *Colcotharis Vitrioli* ana Unc. 8. terend. bene materiam in mortario vitreo, commiſcendi hocce mixtum cum calce Mercurii in retorta iſtius magnitudinis, ut ad tertiam impleatur partem, cum collo amplo, ad leviorem ejus obſtructionem avertendam, leni igne per 2—3. horas immiſſo, quo tum acquiritur Phlegma, nubeculae rubrae, Spiritum Nitri exhibentes; ſi aucto igne iſtae non amplius apparent ad incandeſcentiam plenariam cineritii, ſublimatio tum Mercurii inchoabit, in forma Salis in collo retortae;

omnibus refrigeratis, diffringe collum retortae, ſepara cultri ope ſublimatum Mercurium compactiorem a leviori, quod denuo eſt ſublimandum.

Hacce methodo acquiſivit *Herold* ab Unc. 8. *Mercurii - ſublimati* Unc. 9 & 1/2. quo ſeſe conjunxit Unc. 1. & 1/2. acidi Salis culinaris, & in retorta remanet maſſa rubicunda, & in recipiente *Spiritus Nitri.*

OBS. 8) *Mercurius ſublimatus Arſenico* ſaepius *adulteratus* frivole ſubito patet, ad *Herold*,

1) Si iſte in *ſolutione Cinerum Clavellatorum* pura, praecipitatum exhibet coloris nigri, quum genuinum exhibeat alias coloris aurantii:

2) *Prunis* immiſſus *genuinus* exhibet *vapores albos; adulteratus - virides* & *nigros* cum *odore alliaceo:*

3) *Genuinus* ſolubilis eſt in Spiritu Vini plenarie ſine ſedimento ullo, in *adulterato* remanet *Arſenicum* in fundo.

4) Si Unc. 1/2. *Mercurii ſublimati* cum Sale alcali fixo & prunorum pulvere immittitur cupro fundenti, nec ejus color mutatur, Mercurius tum hicce ſublimatus eſt genuinus.

OBS. 9) *Mercurius praecipitatus ruber* rite paratus aequat plane *Mercurio praecipitato* per ſe. Officinal. ſublimatus in fortiori igne, in forma florum eximie rubrorum apparet, in acido Nitri ſolvitur cum calore, ſine effervescentia vero; in acido Vitrioli ad Mercurii Vitriolum tranſit. Acidum Salis commutat hunc Mercurium praecipitatum rubrum, ad Mercurium praecipitatum album. In Acidis vege-

tabilibus vero eſt indiſſolubile: Cum Spiritu Vini deſtillatum exhibet ſic dictum *Arcanum corallinum*, format ſquamulas ſplendentes valde rubras, in die per tempus fuſceſcentes, caeterum inſipidas, ſaporis acris ſubcorroſivi-metallici eſt non rite paratus, genuinus enim eſt inſipidus, in cochleari ferreo-candente plane evaporans, quo differt a *Minio* mangoniſato, alias ſaturnino-flaveſcens deponit ſedimentum: Caeterum confert eximie *externe* qua pulvis, ad *labia vulnerum* eximie *purificanda;* Unguento vero commixtum, confert ad *ſcabiem* & *inſecta nociva.*

Sande & *Hahnemann.*

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS VOGLER *Fuſcus.*

Rec. *Aquae fortis* optim. quant plac.

Argenti vivi puriſſimi quant. ſatis.

Exponantur calori, ut fiat ſolutio ſaturata, quae filtrata diluatur,

Aquae commun. deſtillat. l. nivalis qu. ſuffic.

Miſcelae huic, quae Liquorem *Belloſti* conſtituit, adfundatur ſucceſſive

Olei Tartari per deliquium, l. ſolutionis *Cinerum Clavellatorum* concentrator. qu. ſuffic.

Quo dein praecipitabitur *pulvis fuſcus*, ponderoſus, in praecipitationis principio *flavum colorem* oſtendens, qui, repetita adfuſione & decantatione *Aquae* fontanae purae calidae probe edulcoratus, in charta emporetica ſuper inverſum cribrum leni calore exſiccetur.

Vogler.

Eſt *Mercurius praecipitatus Würzii*, *Turpethum rubrum Paracelſi.* Ab Acidis vegetabilibus

lubenter ſolvitur, ideoque ad praeparationem *Aquae vegeto-mercurialis Preſſavini* - & *Pilularum Keyſeri* recipitur. — cum Acidis mineralibus v. c. *Acido Vitriolico* - *Nitri* & - *Salis* infinite & toties effervefcit, quoties inſpergitur, multumque ſedimentum luteum exhibet, eaque acida difficulter ſaturat. *Mercurius nitroſus* inde paratus non corroſivus, ſed mitiſſimus eſt, & tolerabilis ſaporis, id quod etiam de *vitriolato* & *ſalito* valet. *Vogler.*

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS VIRIDIS,

ſ. *Mercurius* cum *Calce Cupri* intime mixtus.

Rec. *Mercurii vivi* puriſſimi Unc. 4.

Cupri Unc. 1/2. ſolvantur ſingula ſeorſim in qu. ſuffic. *Spiritus Nitri.* ſ.

Aquae fortis, miſceantur ſoluta, & *Aqua fortis* in vaſculo vitreo, igne *Arenae* evaporetur ad ſiccitatem.

Maſſae *ſalinae Aceti deſtillati* Unc. 12. affunde, digere & ſolve, *Acetum* abſtrahe, reſiduam maſſam viridem in pulverem tere & ſerva. Ph. *Würt. Brunſuic.*

VIS *ſeptica* fortis.

USUS *Externe* in *ulceribus venereis mundandis*, ad *venenum reſiſtendum*; & *ſepticum* ſi requiritur, confert qua *pulvis* eximie, caute tamen in partibus nervoſis applicandus eſt, ne ſpasmi oriantur.

Interne qua ſpecificum jam laudatum eſt in *gonorrhoea*, & aliis *morbis venereis* a quibusdam, ob *Vim* vero ejus valde *emeticam* & *draſticam interne* magis *nocet* quam confert.

MERCVRIVS SACHARATVS.

Rec. *Mercurii* depur. — *Sachari albi* ana Unc. 1ſ2,

Olei deſtillat. Tanacet. Gutt. 16. In mortario vitreo eousque tere, donec globuli mercuriales diſpareant, ne armato quidem oculo conſpicui. Ph. *Herbipolit.*

USUS ad *vermes*, ad *obſtructiones* glandularum *meſenterii*, & ad alios morbos, in quibus uſus *Mercurii* indicatur.

DOSIS Drachm. I. aliquoties in die.

OBS. Quidam uti *Pfingſten* ſine *Oleo deſtillato Tanaceti* praeſcribunt.

MERCVRIVS SVBLIMATVS CORROSIvus, ſ. *Corroſivus albus.*

Rec. *Mercurii vivi* depurati, Unc. 4. in cucurbitam vitream immiſſa ſolve in

Acidi nitri ſ. *Aquae fortis* Unc. 8. & evapora ſolutionem in maſſam - albam - penitus ſiccam, tum adde cautione ſufficienti, in mortario vitreo l. lapideo.

Vitrioli communis calcinati,

Salis communis probe *ſiccati* ana Unc. 8.

Sublimatio tum hoc mixto ſuſcipitur, aucto per gradus igne, per 6—7. horas, in phiala ad tertiam partem impleta, ſeu Vitris medicis dicatis ad dimidiam impletis, *Mercurio dulci*, arenae ita impoſitis, ut cucurbita fundum cupellae adtingat, orificium vaſis ſublimatorii apertum relinquatur ad omnem humiditatis exhalationem; tunc charta contorta obturetur.

Finita ſublimatione, refrigeratis prius vitris

maſſa eximetur albiſſima, ſplendens, cryſtallina, compacta, parti ventris cucurbitae ſuperiori adhaerens, quae probe aſſervanda eſt. Sublimatio alias repetenda eſt, ut hanc indolem acquirat. *Piderit.*

VIS praecipua *antiſiphylitica; veneni diriſſimi cauſtica* in minori efficaciſſima; multa nempe *Aqua abſtergens*, *ſolvens*, *reſolvens*, *incidens*, *ſtimulans*, *antivenerea*, *coſmetica.*

VIS *Praeparati* hujus *mercurialis*, *Acido Salis* concentrati divitis, in ſenſilibus ſalivationem excitat.

USUS *Interne* in *morbis venereis*, *Swieteniana* methodo. *Spiritus mercurialis Swietenii*, ſi *Mercurii ſublimati corroſivi* Grana 12. ſolvuntur in *Spiritus Frumenti* Unc. 24. de qua Mixtura datur mane & veſperi l. de die Cochlear 1—2—3. plenum, ſuperbibendo Unc. 6—12. Decocti cujusdam demulcentis: *Hordei* l. *Bardanae* &c. in copia maxima: quo modo *morbi venerei*, aliis mercurialibus rebelles, plane ſunt ſublati, cum hiſce praecipuis commodis, ut, (quum *Mercurius ſublimatus* nullas ſenſibiles excretiones per cutim excitet;) raro ſalivationem, nec talis non cogatur, ſe hypocauſto calido includere, ſed exeuns ſimul rebus ſuis commode vacare poſſit. Valide caeterum per *urinam* efficit; & curatio modo *primo* jam *menſe* abſolvitur, modo vero usque ad tertium.

Placet aliis *Mercurii* ſolutio loco *Spiritus Frumenti* in *Spiritu Vini;* aliis ſolutio *aquoſa;* aliis tandem *Pilulae Jacobi* l. *Hoffmanni.*

Solutionem *Mercurii ſublimat. corroſiv. aquoſam* omnibus aliis exhibendi modis praefert *Bicker*, ſenſibilibus quoque ſine moleſtia.

Confert quoque eximie usus *Mercur. ſublim. corroſiv.* in *carcinomate*, inprimis methodo *Swieteniana*, per *diuturnum* quoddam tempus, ſi *Mercurii ſublimati* Grana 4. in *Spiritus Frumenti* Unc. 48. ſolvuntur, atque ita & mane & veſperi ad Unciam 1. cum Decocto quolibet demulcenti, diapnoico porrigitur. Caeterum confert quoque in *vehiculis aquoſis* & *mucilaginoſis* ſ. in pilulari forma ſ. cum mica panis. Confert quoque eximie in *arthritide* cum *rheumatiſmo* juncto, *Vogel.* — In *ulceribus pedum, hydrope, ſcirrhis*, & ipſo *cancro* tam occulto quam aperto, in *ſtrumis* & *ſcrophulis.* *Spielman.*

Externe forma adſperginis non adhibetur, qua *Sal* ſumme *cauſticum*, producit enim *gangraenam*, *convulſiones*, *mortem;* in pauca vero quantitate *Aqua* l. alio liquido ſoluta tuto adhibetur externe, ad *injectiones* varias in *vulneribus* &c. & aliis externis affectibus. *Plenck.*

USUS *externus* caeterum eadem reſpicit, quae jam ſupra dicta ſunt de *Aqua phagadenica* & *Aqua ophthalmica*, quorum eſt ingrediens.

In *morbis venereis* inprimis *oſſium* & *vaſorum* minimorum; in *maculis corneae*, *herpete* & *ulceribus* chronicis crurum, aliarumque partium; in *vitiis* variis *cutis*, & *lymphae inquinamentis.* *Plenck.* — Raro caeterum *Mercurius corroſivus* in ſubſtantia *externe* adhibetur, & praeſcribitur ſolum. *Piderit.*

USUS *Mercurii ſublimat. corroſivi* caeterum eſt ad *ſolutionem ſublimati tenuem* ex *Aquae* Unc. 12. & *Mucilaginis Gummi Arabici* Unc. 1. & *Mercurii ſublimat. corroſivi* Gran. 1. & 1/2. qua egregium remedium in *gonorrhoea* urethrae, in *fluo-*

re albo vaginae, in *ozoena* naribus injecta. Forma *fomenti ulceribus*, *bubonibus*, *tophis venereis*; forma *gargariſmatis*, *ulceribus venereis faucium* applicatur cum uſu eximio, uti ad *ſolutionem Sublimati fortis* confert ex *Aquae* 1. *Eſſent. Maſtichinae* Unc. 2. — & *Mercur. ſublimat. corroſiv.* Gran. 6. ad *ulcera concreſcentia inguinum*, & *ulcera carioſa venerea ſordida*, *cruſtoſa*, ad *peſſima ulcera faucium*, ſi bis in die penicillentur; ad *ulcera cacoëthea*, *corneae opacitatem*. &c.

Inſervit praecipue ad parandum *Mercurium dulcem*, & *Aquam phagadaenicam* e Mercurio ſublimat. corroſiv. & *Aqua Calcis vivae* parata; quae confert in *ulceribus venereis*, *calloſis*, luxuriante carne tumidis, in *excreſcentiis venereis*. *Bicker.*

DOSIS Granum medium *Mercurii ſublimati* in Unc. 2. alicujus Decocti bis de die datur.

OBS. 1) *Mercurii ſublimati corroſivi uſus nocet* in aegris, affectis *tuſſi ſicca*, aut quibus ſolutio *ardorem circa pectus* excitat; uti & *haemorrhagiis narium* ſubjectis; debilibus, ſenſibilibus, & in quibus *ſitim*, *cephalalgiam* & *tormina* creat.

OBS. 2) *Ratione diaetae*, & praeparationis corporis, eadem quoque probe obſervanda ſunt, & valent, quae ſupra diximus de *Mercurio dulci*; ſimulque ut jungatur *Decoctum demulcens*.

OBS. 3) *Mercurius ſublimatus corroſivus*, ac *dulcis corrumpitur* ſaepe *Arſenico*, hinc Pharmacopoeo cuique *cavendum* eſt, ne Mercurialia externis locis praeparata emat, ſed potius quantum illi horum medicamentorum in officina opus eſt, ipſa debet elaborare.

Nequitia iſta ita patet, ſi de ſuſpecto *Mercurio ſublimato*, in *Aqua bulliente* ſolvitur, ſolutio

Alcali fixi pellucidi tum admiſcetur, qua materia quaedam nigra praecipitatur, *Arſenicum* continens; *praecipitatur* autem quid coloris *citrini*, nihil tum *Arſenici* continet.

Cavendum autem eſt probe, ne fraus quaedam oriatur in abſentia *Arſenici*, ſi ſolutio *Salis alcalini nimis* ſaturata eſt, & Mercurius ipſe antea citrinus, nigreſcens praecipitatur.
Biedermann.

Mercurium ſublimatum ſuſpectum in ignem conjici jubent quidam, quo facto adulteratus *fumum* & *odorem alliaceum edit.* Si tertia pars pulveris flor. *Sulphuris* ei admiſcetur, in igne fucatus omnino apparet Mercurius. Si pariter *Mercurius ſublimatus*, *corroſivus* vel *dulcis*, in mortario vitreo, cum duplo pulveris *Fluxus nigri* & *Limaturae Martis* ſubtiliter miſcetur, & tum vaſi fuſorio, ad ardeſcentiam exponitur, ad colorem usque album, & tunc nec inter fundendum, nec poſtea ulla mutatio, in *Limatura Martis* percipitur, mercuriale tum hoc praeparatum ſincerum, *nec* cum *Arſenico adulteratum* eſſe, exploratum habeas. *Biedermann.*

OBS. 4) Multum *nauſeoſae* ſuae indolis amittit *Solutio mercurialis*, ſequenti modo commixta, ſi recipiuntur *Mercurii ſublimati corroſivi* Gran. 12. quae ſolvendae ſunt in *Spiritus Vini* concentratiſſ. Unc. 6. — *Aquae Cinnamom.* ſpirituoſ. Unc. 6. ut *metallicus* vero *nauſeoſus Mercurii* ſapor obnubiletur ſ. involvatur; praeſcriptionis tum tempore, quaelibet ſolutionis Unc. 1. cum Drachm. 2. *Syrupi emulſivi* miſcetur. Non tantopere enim timenda eſt Solutio haec mercurialis, mane & veſperi ad

Cochlear 1. datum, quod Syrupo admixto, nondum Grani quartam partem de *Mercurio* continet, *Mercurii* enim corroſiva indoles jam *Spiritu Vini* & *Aqua Cinnamomi* moderatur, & tum admixto *Syrupo* adhuc magis obvolvitur.

Laeſio ventriculi cum continua *nauſea* & *ardore* ſi forte *Mercur. ſublim. corroſiv.* excitetur, tum melius eſt ab interno uſu hujus remedii abſtrahere, & in alio quaerere medicamine, juvamen nec alia ſub forma Venenum iſtud ingurgitare.

Caeterum *Mercurialium uſus*, & inprimis hujus praeparati mercurialis uſus requiritur cautus.

OBS. 5) *Plenck* praeſcribit *Mercur. vivi* Unc. 60. cum *Olei Vitrioli anglici* Unc. 36. abſtracto per retortam liquore ad ſiccitatem, maſſae reſiduae albae in mortario vitreo, admiſceantur, *Salis marini decrepitati* Unc. 54. ſublimentur in cucurbita capaci, alembico inſtructa.

Ph. *Roſſica* & *Wittwer* praeſcribunt ut *Mercurius* in *Acido Nitri* ſolutus, aequalibus partibus *Aquae* dilutus, ſolutione evaporata & exſiccata cum aequali portione *Salis muriatici* decrepitati ſublimetur.

Ph. *Suecica* ſuadet ut *Mercurii depurati*, & *Acidi Vitrioli* concentrati ana Unc. 6. in vaſculo vitreo coquantur ad ſiccitatem; maſſa *remanens* vero pulverata miſceatur cum *Salis communis* ſicci pulverati Unc. 9. & e cucurbita vitrea, ad tertiam tantum partem repleta, ſublimetur, calore ſenſim aucto: quo maſſa cryſtallina alba, ad ſuperiora cucurbitae haerens, a ſcoriis purgata ſervetur. Simulac maſſa haec ſatis

cryſtallina non apparet, *Salis communis* parum addito, ſublimatio iterum ſuſcipitur, donec cryſtallina & pura fiat.

OBS. 6) Solutio *Mercurii ſublimati* in *Spiritu Vini* debili exhibet *Spiritum Swieten.*

OBS. 7) *Hagen Arſenico adulteratus Mercurius* mox apparet, 1) carbonibus inſperſus ſi edit *odorem alliaceum*, & *vapores* obſcuros fuſcos, quum in genuino vapores ſint *albi.*
2) In *Mercurio ſublimato mangoniſato*, ac alcoholiſato, in Spiritu Vini dein ſoluto, praecipitatur *Arſenicum* in eo contentum.
3) Si *Mercurii ſublimati* Unc. dimidia cum totidem *Alkali fixi* & *Carbonum* aliquid miſcetur, ac cupro fuſo inſpergitur, color tum cupri non mutatur a Mercurio ſublimato non mangoniſato.

OBS. 8) *Mercurius ſublimatus* per praecipitationem paratus, ſ. *Mercurius corroſivus cryſtalliſat.* ad Diſpenſat. *Fuldenſe* paratur e *Mercur. vivi* depurat. Unc. 12. immiſſis vaſi vitreo, adfundatur *Aqu. fort.* qu. ſuffic. Solutioni in loco calido addentur *Sal. culinar.* Unc. 18. — *Aquae commun.* fervid. qu. ſuffic. ad ſolutionem Salis. — In ſolutionibus hiſce calidis commixtis exſurgent ſtatim vapores rubri, & ſimul copioſum praecipitatum, a Liquore ſupernatante poſt breve tempus iterum ſolvend. in miſcela refrigerata per tempus quieſcente, in fundo- lateribusque vaſis ſe adponent Cryſtalli prismaticae - trilaterales - acuminatae, — qua *verus Mercurius ſublimatus*, eandemque *Mercurii vivi quantitatem*, ac *Mercur. corroſivi* per *ſublimationem* parati cryſtalli in ſe re-

condunt. — Liquor cryſtallis ſupernatans, decantatus, evaporatur tum ad cuticulam, exhibet cryſtallos uti priores.

Si Cryſtalli non amplius adparent prismatici, l. tantum in ſocietate Nitri cubici vaſis, parietibus ſe adfigunt, Cryſtalli tum Mercurii corroſivi nonniſi per ſublimationem a Nitro cubico ſunt ſeparandae.

Vis ſemper venenata per ſe ſine commodo vehiculo, in eo vero dilutus, efficaciſſimum exhibet *reſolvens* in morbis *ſiphiliticis*, aliisque *lymphae impuritatibus*, tam interne quam externe. Diſpenſ. *Fuldenſ.*

OBS. 9) *Keupp* hancce facillimam methodum *Mercurium ſublimatum corroſivum* parandi commendat; ſi *Mercurius* cum *Oleo Vitrioli* in maſſam albam ſalinam redactus, cum *Salis communis* aequali pondere ſublimatur. — Ordinario modo autem ſic praeparatur.

Rec. *Hydrargyri*, — *Acidi Nitroſi* tenuis ana Unc. 4. — *Salis marini* calcinati, — *Vitrioli calcinati* ana Unc. 5. — Solvantur Mercurius in *Acido Nitroſo*, & evaporetur ſolutio in maſſam albam penitus ſiccam; tum adde *Salem marinum* & *Vitriolum*. Bene contrita & commixta indantur phialae, quam fere dimidiam impleant, & ex arena, primum leni igne, dein ſenſim aucto ſublimentur. — — Inter praeparata Mercurialia jure princeps habendus. — Archiater monaſterienſis *Hoffmann* Scrupul. 1. *Mercurii* hujus in *Aquae commun.* vel alius deſtillatae, bene odorae, Unc. 8. ſolvendum, & in *ſcabie*, & *venereis* diverſis malis *externe* ad *lavandum* commendat,

dat, methodus, quae inter praecipua recentiora inventa primarium tenet locum.

OBS. 10) *Fiedler* methodus, *Mercurium ſublimatum* parandi, a *Piepenbring* commendata, ita ſonàt, *Mercurii* Libra 1. l. plures ſuperfundùntur cum *Aqua forti* rectificata, in proportione uti 2: 1. deſtillatur tum ea ad maſſam albam-ſiccam-ſalinam. Deſtillatione acquiſitum ſuperfunditur pluries reſiduo ad plenariam Mercurii calcinationem. Una pars reſidui nitroſo-acidi-mercurialis miſcetur accurate cum *Vitrioli* calcinati partibus 2. & totidem *Salis* culinaris decrepitati, implentur eo, 4. vaſcula ſublimatoria, (interne politura obducta,) - cylindriformia in longitudine 18. pollicum, & in diametro 8. pollicum, ad dimidium, (qualis proportio requirit *Mercurii* Libras 8.) reponuntur tum furno fuſorio, in igne aperto, quo modo acquiruntur Librae 10. *Sublimati* plenarie *corroſivi*, in eleganti forma cryſtallina.

Piepenbring commendat in Parte 3. reſiduum *Liquorem mercurialem* a praeparatione *Mercurii praecipitati rubri* praecipitandi ſolutione *Cinerum clavellatorum*, tum edulcorandi-exſiccandi. Praecipitati hujus fuſci ſicci pondus miſcetur cum totidem *Vitrioli* commun. ad dimidium calcinati, & totidem *Salis culinaris*, in vitris ad tertiam partem impletis, ſublimantur omnia congrue, quo obtinetur ſublimatum, cum Aqua Calcis paratum coloris aurantii, peculiaris plane virtutis.

OBS. 11) *Hermbſtaet* ſuadet retortae vitreae immiſſis, *Mercurii vivi depurati* Unc. 4. ſuperfun-

dendi totidem *Olei Vitrioli fortis*, cujus gravitas ſpecifica non ſub 1,500. eſſe debet, omni apparatu rite adaptato, ignis fortis adplicetur, tamdiu usque dum mixtura ad maſſam albam ſiccam mutata eſt, quae continet Mercurium acido - vitriolicum. — In mortario terreo haec contrita, commiſcenda ſunt ſub tritura cum *Mercurii vivi* Unc. 2 & 1/2. & *Salis culinaris* decrepitati Unc. 4 & 1/2. Igne enim ſublimatorio vergit ſurſum ſublimatum, aliquid Mercurii vivi adhuc ſecum vehens, de novo teritur, & ſecunda vice ſublimatur, ubi tum eximie albeſcit, in Cryſtallis duris apparens, ponderis Unc. 6.

Mercurius ſublimatus dulcis ita plane eſt ſaturatus *Mercurio*, & ſecure plane poteſt adhiberi. — Haecce methodus valde facilis eſt, & proficua magis, quam conſueta via, connubio *Mercurii ſublimati corroſivi* cum *Calce viva:* hacce enim via ſemper lucraretur ſecure paratus, & in effectibus ejus conveniens Mercurius dulcis, in quo nulla mangoniſatio quaedam Arſenico, l. alia quadam materia noxia metuenda eſſet. *Wa.*

OBS. 12) *Mercurius ſublimatus corroſivus*, Sal Mercuriale ſalino - acidum continens, ſublimationi paratum; vapores mercuriales, & acidi Nitri, ſub ſublimatione occurrentes, Sal hoc generant conſtans, e pellucidis - ſplendente albeſcentibus ſpiculis, valde compactis - inodoris - ſaporis rodentis, cujus Librae 69. continent Libras 50. Mercurii; — Libr. 17. Acidi ſalini ſicci; — & Libras 2. Aquae cryſtalliſationis.

Sublimatum hoc mercuriale eſt ſolubile in Aqua frigida (50°.) uti 1 : 16. in ebulliente vero, uti 92 : 320.) in Spiritu Vini frigido, uti 2:5. — in ebulliente, uti 106: 120. — Ab *Aqua phagadaenica* affuſa exhibet praecipitatum fuſco-rubrum, a *Sale alcali fixo* rubro-flavum, & ab *Alkali fixo* album; ab *Oleo Vitrioli* vero nullum evenit praecipitatum; aër hepaticus vero gignit fuſcum, ſubito eximie albeſcens, quo mox Arſenici mangoniſatio apparet, nam coloris tum eſt aurantii e ſublimato ſpurio, ſoluto in Aqua, Spiritus Salis Ammoniaci cauſticus affuſus omnem calcem mercurialem praecipitat, & fluidum tum filtratum cum Sale ammoniaco cupri ſi miſcentur, color tum caeruleus manet, nil Arſenici in eo continens, ab exigua enim Arſenici quantitate praecipitatum tum prodit, cupro mixtum, coloris flavo-viride, (ſcheelig grün:) prunis inſperſum Allium redolens, & per nares pulmonibus inſpiratum, valde nocivum.

Soluto *Sublimato ſpurio* ſi Alcali fixum, vel volatile cauſticum inſtillatur, nigreſcit tum ab Arſenico, in eo contento, etſi coloris rubroflavi fit, uti ſine Arſenico.

In forma pulveris, *venenum* citiſſime necans, cujus *antidota* ſunt *Sal alcalinum* & *Sapo.* — In Aqua ſolutum eſt optimum vulnerarium; interne in magna copia Decocti purificantis $\frac{1}{10}$ ad $\frac{1}{3}$ Gran, (diaphoreticis junctum remediis ſubitaneam efficit opem, in levi initio luis venereae, ſi nulla ſuſpitio adeſt haemoptyſeos, l. reſolutionis & inflammationis humorum.

In *Spiritu Vini ſolutum*, cuti applicatum, ſubito veſicas producit nocivas, hinc in ejus pulveriſatione ſemper caute muniendi ſunt oculi- os & nares, & inſtituenda ea eſt in mortariis vitreis - l. ab Agate, l. Porphyrite paratis, nunquam in marmoreis, ferreis l. metallicis. *Sande* & *Hahneman.*

OBS. 13) *Mercurius corroſivus albus fortior* ad *Alſton* Materiam medicam, eſt *ſolutio Mercurii* in *Acido Nitri* per *Alkali* volatile praecipitatum, & praecipitatum hoc ſolutum iterum in *Acido Sal. Culinar.* —— *Doſis* Gran. $\frac{1}{18}$. eſt multo laevius ſolubile & efficacius, quam Mercurius ſublimatus corroſiv. melius combinari poteſt Decoct. & Syrup. ad Pharmacop. *Monro.*

OBS. 14) *Mercurii ſublimati corroſivi qualitates* praecipuae - *genuinae* ſunt, ut in vaſe clauſo, igne leni plane in altum ſeſe elevet, vel plenarie ſublimetur; in *Aqua Calcis* recenter parata *flaveſcentem colorem* edat, nec *nigrum*, alias eſt *mangoniſatus*, cum *Sale Tartari* ſoluto praecipitatum coloris *aurantii*; ſi *mangoniſatio* quaedam cum *Arſenico* facta eſt, praecipitatum tum fit *coloris cineritii*, & prunis ardentibus immerſum, *odorem alliaceum* edit, probe hinc inquirendum eſt, antequam adhibetur hicce *Mercurius* ad *Mercurium dulcem.* *Bindheim*, *Herold.*

Caeterum *Mercurius ſublimatus Arſenico adulteratus* triplici apparet modo, 1) *odore alliaceo*, & *vaporibus obſcuris*, prunis candentibus immiſſus, genuini enim vapores plane ſunt albi; — 2) *Spiritu Vini* affuſo praeci-

pitatur *Arſenicum*; — 3) *Mercurius ſublimatus genuinus*- commixtus *Alkali fixo*, & prunorum pulvere, immiſſus tum *Cupro* fuſo, ſ. candenti, colorem ſuum non commutat.

MERCVRIVS SVBLIMATVS SATVRATVS *Mercurio vivo*, vide *Mercurius dulcis.*

MERCVRIVS CVM SVLPHVRE, vide *Aethiops mineralis.*

MERCVRIVS TARTARISATVS.

Rec. *Mercurii vivi* part. I. —*Cremor. Tartari* part. 2. Miſce accurate & tere probe in mortario marmoreo ad aequalem maſſam: ob

VIM *haemocatarcticam*, commendat *Selle.*

USUM in affectibus *venereis;* in humorum acrimonia *ſcorbutica.*

OBS. 1) *Mercurius* hic *Acido Tartari* mechanice combinatus, cum *Manna* & *Gummi Arabico* junctus, exhibet *pilulas* celebr. *Kayſeri antivenereas.*

OBS. 2) *Plenck Mercurium tartariſatum* e *Mercurio vivo*, *Sulphure* juncto, commendat, qua *attenuans*, *antivenereum*, *anthelminticum*, in *ſcabie*, *ſcrophulis*, *lue venerea*, *phtiſi venerea*: ad Scrupl. I. quotidie pro Doſi.

MERCVRIVS VIVUS,

ſ. *Hydrargyrus depuratus*, ſ. *Argentum vivum purificatum.*

Igni ſubmiſſo *Mercurius* in excipulum tranſcendit, qui finita deſtillatione ſeparetur & uſui ſervetur. — Cavendum probe eſt, ne ignis ſit tam *vehemens*, ut *Mercurius* quidquam ſecum in ſublime rapiat. Ph. *Suecica. Piderit.*

VIS *ſalivationem excitans* & *alvum; antiſiphylitica reſolvens; anthelmintica.*

USUS in *humorum impuritatibus*, *obſtructionibus*, *variis* & *affectibus venereis*, pilularum maſſis a Granis 4—12—20. & ultra additur.

Caeterum ad *Emplaſtra* & *Unguenta* varia confert, uti & ad varios labores chemicos.

OBS. 1) Ph. *Londinenſ.* ſuadet ut *Mercurii* quant. libet, deſtilletur, e retorta, dein ſordes *Aqua* ſalſa l. *Aceto* abluantur. — In nova Editione ſuadet *Mercurii* - *Ferri ramentorum* ana Unc. 48. tere ſimul, & deſtilla e vaſe ferreo.

Ph. *Roſſica Mercurii depurationem* ita ſuadet, ut *Mercurius* depuretur l. *preſſione* per corium, l. *lotione* cum *Aceto*, l. *Spiritu Vini*, l. *Lixivio*; a metallo admixto ſeparetur deſtillatione, data in vas recipiens Aqua.

Ph. *Brunſuicenſis Mercurii depurationem* optima ſuadet methodo, ubi cum Sale *Alcali*, l. *Calce viva* deſtillatur, trajectio enim per corium non ſufficit.

OBS. 2) *Mercurius vivus*, qualis plerumque *venalis* proſtat, uſui medico minime idoneus eſt; pharmacopolae enim emunctores, ad pondus ipſius augendum *plumbum* vel *ſtannum* admiſcent, qua viliora metalla ille ſolvit, & in ſe recipit, eadem manente fluiditate.

Adulteratio autem haec mox ita apparet, *Mercurius* nempe ille *vivus*, qui pellicula quaſi textus ſpiſſe fluit, filumque quaſi trahit, ſuſpectus eſt, & impurus, qui dein *Aceto* tritus, ſaporem dulcem recipit. Facilius autem deſtillatione, utpote quae *Mercurium* hoc addi-

tamento liberat, & uſibus medicis magis accommodat, fraudem detegere, immo faciliime quantitatem admixti metalli reperire poteris, quod detracto *Mercurio* fundum retortae occupat. Alii etiam *Mercurium* corio percolantem examinant, qui magna metalli copia in corio remanet. *Spielmann.*

Alii *Mercurium ſuſpectum* in cochleare, vel aliud vas infundunt, ignique imponunt, tunc & *Mercurio* conſumto, materies aliena in cochleari remanet; quale optimum ſane experimentum eſt, valorem *Mercurii* dijudicandi. *Mercurius* enim *vivus Biſmuti* ope ita poteſt adulterari *Saturno*, ne quidquam quisquiliorum, colando in corio remaneat. *Biedermann.*

OBS. 3) Ph. *Würt. Edit nova* hancce commendat depurationem Mercurii vivi.

Rec. *Mercurii vivi* quantum placet, immittatur retortae terreae in balneo, Arenae poſitae, & apponetur excipulum, Aqua replendum. Igne ſucceſſive aucto *Mercurius* in excipulum tranſcendit, unde colligendus & pro uſu aſſervandus eſt.

Quo modo *Mercurius* ſufficienter depuratur, ut pretioſiore *Mercurio*, e Cinnabari ſuſcitato non opus ſit. — Iſta contra *depuratio*, qua trans *corium* tantummodo premitur, nequaquam ſufficit, cum *fraudulenta arte Plumbum* & *Biſmutum* ita admiſceri queant, ut ſimul per corium tranſeant, & ſic *Mercurium* uſui interno deſtinatum noxium reddant.

OBS. 4) In *Ileo Mercur.* depurat. ad Unc. 12. adhibendi, ſemper *improbandum* eſt, uti & modus *Amuleti* more, geſtandi *Mercurium*, ad *Lac* in nutricibus l. prohibendum l. augendum.

OBS. 5) *Mercurii rectificatio Weſtrumb*, a *Piepenbring* quoque commendata, ob tam levem mangoniſationem, caute ſemper a quovis pharmacopaeo eſt inſtituenda.

Implevit retortam non magnam - collo 1 & 1/2. pedum longo munitam, tubuli ope chartacei, cum Libris aliquot *Mercurii*, ad dimidium, immiſit eam crucibulo haſſiaco, (heſſiſch. Schmelztiegel,) 4 Menſuram *Aquae* continenti, arenam circumtexit, collum vero in medio charta bibula, recipiens vas tum adaptavit, ad dimidium Aqua impletum, totum tum apparatum furno anemii commiſit, ita ut ad 3. pollices emineret, crucibulo ſuperimpoſuit tum ignem, & ejus gradus auxit, tamdiu ac Mercurius transgreditur, quo tum non amplius ignis gradum auxit, ſed eum ſemper continuo obſervavit. Quo modo *Weſtrumb* in ſpatio 6. dierum rectificavit Libras 12. quae contra retortae tantum, & balneo arenae commiſſa, jam in 3. l. 4ta hora operationis cum multa noxa laborantis abiiſſent. *Piepenbring*.

OBS. 6) *Mercurius currens*. ſ. *vivus* ad *Uſum internum* plane *purificatus* eſſe debet, quod optime deſtillatione ſuſcipitur, e retorta vitrea, quo partes fixae heterogeneae impurae - alienae remanent. *Bindheim*.

OBS. 7) Diſpenſator. *Fuldenſe* ſuadet *Sulphur. citrini* Unc. 6. liquefiant in mortario ferreo, fluentisque *Mercurii vivi* venalis Unc. 24. bacillo ligneo aſſidue agitando immiſceantur, donec Mercurius diſpareat, quo maſſa nigricans, quae minera Mercurii ſ. Cinnabaris

eſt factitia, refrigerata & in pulverem tenuem trita, miſceatur cum *Calcis vivae* pulveriſat. Unc. 18. Omnia probe mixta e retorta ferrea l. terrea, l. vitrea loricata probe igne forti deſtillantur, in excipulum, Aqua prius eo usque repletum, ut Mercurius guttatim decidens latera excipuli non tangat, ſed immediate in Aquam depluat; cavendo ne Aquae ſuperficies ad ipſum retortae roſtrum pertingat.

Mercurius vivus venalis, utplurimum *Stanno*, & *Bismuti* ope, *Plumbo adulterari* quum ſoleat, hinc prius *caute* eſt *depurandus*, ante Uſum medico-pharmaceuticum. Diſpenſat. *Fuldenſe*.

MILLEPEDES SEV ASELLI PRÆPARATI.

Rec. *Millepedes*, qui panno cannabino rariori incluſi ſuſpenduntur, in vaſculo clauſo ſuper *Spiritum Vini* calefactum, ut a vapore necati friabiles reddantur.

Ph. *Edinb. Londin. Danica.*

VIS *alterans*, *aperiens*, *reſolvens*, *abſtergens*, *diuretica*, *alcalina*.

USUS *externe* in *ophthalmia*, *palpebrarum inflammatione*, in *amauroſi* & *cataracta* incipiente, in *ulceribus cacoëthicis* & *tumoribus mammarum*, in *hydrope*, *ictero*, *ſtranguria*, *calculo*.

In *ſcrophulis* & *ſtrumis reſolvendis*, cum *Teſtis Ovorum* calcinatis angli praeſcribunt cum uſu multoties. *Bicker.*

In *febre* quartana, *ictero*, *aſthmate*, *hydrope*, *ſpaſmis*, in *urina pellenda*. *Plenck.*

DOSIS *Succus* ex 100. Inſectis exprimatur, & cum Juris Unc. 12. detur. *Pulvis* minus eſt efficax. A Scrupul. 1. ad Unc. 1/2. porrigitur in connu-

bio Squillae, l. abſorbent l. in Succo expreſſo, l. Infuſo vinoſo. *Plenck.*

OBS. 1) *Millepedes* recentes ſunt meliores, efficatiores, quam antiqui, hinc tempore hyemali *Conſerva* magis conducit, & *Succus* tempore aeſtivali.

OBS. 2) Ad Ph. *Würt.* ab omni immunditie repurgati *Millepedes* impraegnentur *Vino* albo, & leni calore exſiccati ſerventur.

Ph. *Brunſuicenſ.* praeſcribit tantum ſine *Vino*, ut ad uſum ſerventur.

OBS. 3) *Hagen* commendat, ut attendant praecipue Pharmacopaei *Aſellos rotundos* exſiccatos, qui non mortis obiere naturalis, alias enim longe eliminandi ſunt.

OBS. 4) *Millepedes Vino albo acido lotae*, & a ſordibus adhaerentibus repurgatae, immittendae ſunt ad Diſpenſat. *Fuldenſe* in vas vitreum obturatum, & vel in calore radiorum ſolis, l. prope fornacem eousque ſiccentur, ad pulveriſandum ſubtiliter.

MINIVM

Paratur e *Ceruſſa citrina* ad rubedinem calcinata.

USUS ad varia *Emplaſtra.*

MIVA CYDONIORVM,

vide *Panis Cydoniorum.*

MIXTVRA ANTISCORBVTICA DRAWIZ,

vide *Spiritus antiſcorbuticus.*

MIXTVRA ANTISIPHYLITICA SAVNDER,

vide *Mercurius Cinereus.*

MIXTVRA ASTHMATICA BRVNER.

Rec. *Gummi Ammoniac.* puriſſimi Drachm. 2.
ſolvuntur in
Aquae Hyſſopi cohobat. Unc. 4.
Vini Rhenani l. alius genuini, Unc. 2.
Terantur & miſceantur. Ph. *Brunſuicenſ.*

VIS & USUS e titulo patent.

OBS. 1) Aliae compoſitiones quae exſtant in aliis *Diſpenſator.* ſunt nimis compoſitae, e variis *Aquis* deſtillatis, ſuperfluis.

OBS. 2) *Mixtura aſthmatica Saunder* paratur ex *Aquae Menthae vulgar.* Unc 2. — *Aquae Piper.* Jamaic. ſpirituos. — *Oxymell, ſquillit.* ana Unc. 1. Miſce. *Doſis* Cochl. 1. ſaepius ſumtum.

MIXTVRA MINERALIS ANTIVENEREA,

vide *Liquor Siphyliticus Turner.*

MIXTVRA SALINA VOLATILIS,

vide *Alacli Ammoniacum acetatum.*

MIXTVRA SIMPEX.

Rec *Spiritus Tartari*, e *Tartaro* purificato deſtillati Unc. 12.
Spiritus Vitrioli rectificati Unc. 3.
Mixta deſtillanda ſunt per retortam ad ſiccitatem; *Spiritus prodiens volatilis*, *ſulphureus* & *anodynus* probe commiſcendus eſt cum *Spirit. theriacal. camphorat.* Unc. 20. & in vitro probe clauſo ſervandi ſunt. Ph. *Würt.*

VIS *diaphoret. alexipharmaca, carminativa, anodyna.*

USUS in *febrib. acutis*, *exanthematicis*, *rheumaticis*, *variolis*, ubi leniter tranſpiratio promovenda eſt; in morbis *pectorum*, cum *tuſſi* non proficui.

DOSIS Guttae 60—80—120.

OBS. 1) *Mixtura* exſtat quoque *ſimplex camphorata*, non rectificata, & rectificata, e *Spiritu theriacal. camphor.* & non camphorato conſtans; vel e ſimplic. *Spirit. camphorat.*

Herold hancce communicat *Mixturam ſimplicem camphoratam*, e *Camphorae* Unc. 1/2. — ſoluta in Unc. 12. *Spiritus theriacalis* — Unc. 7. *Spiritus Vini* rectificati — *Spiritus Vitrioli* Unc. 2 & 1/2. Miſcendi probe, & in vaſe clauſo aſſervandi.

OBS. 2) Ph. *Roſſica Mixturam* quoque *ſimplicem*, ſub cognomine *Diatrion* communicat, e *Spiritu Vini camphorat.* Unc. 5. — *Acidi Tartari* deſtillati Unc. 1.

Piepenbring vero e *Spiritus theriacalis* Unc. 10. — *Tartari rectificat.* Unc. 8. digerendi per triduum leni calore.

Mixtura ſimplex parari quoque poteſt e *Spiritu Camphor.* Unc. 5. — *Spirit. Vini* Unc. 3. — *Acid. vitriolic.* dilut. Unc. 1. Mixta filtrandi.

Eſchenbach.

MIXTVRA TONICO - NERVINA STAHL.

Rec. *Spirit. Cornu Cervi* rectificati Unc. 1.

Tinctur. Antimon. acris ſ. *tartariſat.* Unc. 2.

Miſceantur & ſerventur uſui in vitro probe claudendo. Ph. *Würtenb.*

VIS potenter *reſolvens*, *aperiens*, qua *Tinctura alkalina*, *antiſpasmodica*, *diaphoretica*, *diuretica*, non *nervina* & *roborans* immediate, ſed ſingulo vaſculo tantum ſe expandente, ſublata iſta obſtructione, uſus hinc in morborum chro-

nicorum *declinatione*, poſt excretiones quasvis graviores, & viſcerum oppletiones: ad *infarctum* &c.

Ad *reſerandas* viſcerum abdominalium *obſtructiones*, & reſtituendum ipſis *tonum* confert.

DOSIS bis in die ad Guttas 20—50.

OBS. *Melius* per Species praeſcribitur haec *Mixtura*, ut *Liquor Cornu Cervi* Drachm. 1. cum *Tinctur. Antimon. acri* Drachm. 2. intime miſceantur.

MIXTVRAS VARIAS

A) Diſpenſator. *Fuldenſe* communicat

1) *Acidam*, - ex *Aquae commun.* deſtillat. Unc. 10. inſtilland. ſucceſſive *Olei Vitrioli albi* Drachmam 1/2. Mixturae addantur *Oxymellis* ſimplic. Unc. 2. Mixtam adhibendi eam qua *antiſepticum* - *ſanguinem condenſantem* - *refrigerantem*, ac *ſitim levantem*: Cochleatim ſumta.

2) *Acidam anodynam* - ex *Aquae commun.* deſtillat. Unc. 6. — *Spiritus Vitrioli* Drachm. 1. *Tinctur. thebaicae* Scrupul. 2. — *Syrup. Violarum* Unc. 1. Miſcend. uſui qua *antiſepticam*, ſanguinis reſolutioni *reſiſtentem*, *ſitim ſedantem*, *ſpasmos mitigantem*.

3) *Aperientem* - e *Salis Ammoniac. depurat.* Scrupul. 4. ſolvend. in *Aquae* florum *Chamomill.* Unc. 10. ſolutioni addendi *Vini Antimoniati* Drachm. 1. — *Oxymell. ſimplic.* Unc. 2. Miſcendi uſui, qua *fibras languentes ſtimulans*, *tenacia incidens* - *reſolvens* - obſtructa *aperiens*, motum periſtalticum augens.

4) *Diaphoreticam* - e *Roob Sambuci* Drachm. 6. ſolvendi in *Aquae commun.* deſtillat. Unc. 8.

ſolutioni addend. *Spiritus Mindereri* — *Oxymell.* ſimplic. ana Unc. 1. Miſcendi uſui qua *antiphlogiſticum reſolvens*, *diaphoreticum.*

5) *Laxantem antiphlogiſticam* - e *Pulpae Tamarindorum* depuratae Unc. 1. cum 1/2. — *Salis mirabilis Brunſuicenſ.* Unc. 1. ſolvend. in *Aquae bullient.* Unc. 9. ſolutioni addend. *Syrup. Mannati* Unc. 1. Mixtum adhibendi qua *refrigerans*, *ſolvens*, ſine ſtimulo *alvum movens.*

6) *Reſolventem ſpirituoſam* - e *Tincturae Antimonii* nigrae Unc. 1. — *Pimpinellae* albae Drachm. 6. — *Succin.* Drachm. 3. — *Saponis alicantic.* raſi Drachm. 2. — Mixta quae exſerunt *virtutem incidentem - ſtimulantem*, *balſamicam*, *reſolventem*, *antiſpasmodicam*, *nervinam*, *tonicam*, *diaphoreticam*, *diureticam* abſente febri. a Gutt. 40 — 70.

B) *Vogler* commendat quoque *varias* quasdam eximiae virtutis *Mixturas.*

1) *Mixtura analeptica Vogler.* Rec. *Aquae Rubi* Idaei l. fontan. puriſſim. Unc. 6. — *Elixir. Acidi* mei Gran. 60 — 80. (conſtantis e *Spiritus Vitrioli acidi*, — *Nitri dulcis.* partib. aequalib.) — *Syrup. Papaver.* erratic. Unc. 1/2.

Miſce Uſui in vitro probe clauſo.

VIS & USUS praecipuus, *nervos roborat*, *vires* dejectas reſuſcitat, debilem naturam reficit, *putredini* reſiſtit, hinc eximie confert in *animi deliquiis*, &in ſumma virium proſtratione, nervorumque debilitate, febribus malignis ſic dictis nervoſis familiari: nec non in languente eruptione variolarum, aliorumque exanthematum acutorum, quae moderate & ſecure ea expellit.

Infantibus ac *pueris* ſufficit dimidia Mixturae pars, adultis praeſcribatur integra portio, & capiant altera quaque hora Cochlearia 2. illi dimidium aut integrum. *Vogler.*

2) *Mixtura antalgica Vogler.*

a) Rec. *Aquae florum Acaciae* l. *fontan.* puriſſ. Unc. 3. — *Nitri depurat.* — *Cryſtallor. Tartar.* pulverat. ana Drachm. 1. — *Extr. Opii* l. *Opii* crudi Gran. 2. — *Syrup. Papaver.* errat. aut *Violar.* Drachm. 2. Miſce.

b) Rec. *Aquae Rubi Idaei* l. fontan. puriſſ. Unc. 3. — *Laudan. liquid. Sydenh.* Drachm. 1/2. *Syrup. Rub. Idaei* — *Papav.* errat. aut *Violar,* Drachm. 2. Miſce.

VIS & USUS. Opportune datam hancce *Mixturam* in *cardialgia* & *colica* varia, non ſolum valde proficuam ſaepiſſime deprehendit *Vogler*, ſed etiam *partu difficili* laborantibus non paucis, & quidem ſubjectis nimium irritabilibus, ſenſibilibus & ad ſpasmos pronis, jam dudum intrepide praeſcripſit, caeteris paribus & praemiſſis lotionibus mollientibus eccoprotricis quoque &c. indeque mirabiles - gratiſſimosque effectus, *foetus* nimirum facillimo negotio, actutum & ſponte quaſi *excluſos* vidit *Vogler*, caſibus, quibus embryulcus praeter neceſſitatem non raro accerſiri, & magno cum gravidarum detrimento adhiberi ſolet.

DOSIS omni hora l. bihorio Cochlear. 1.

Mixturae ſecundae Cochlearia bina, lotionibus praedictis addi, & in alvum dari queunt, ſummo cum fructu & perquam ſecure; tunc autem Mixtura ore parcius ſumenda, l. haec ingeſtio plane ſuperflua eſt. *Vogler.*

3) *Mixtura diuretica Vogler.*

a) Rec. *Aquae fontan.* puriſſ. Unc. 7. — *Gumm. Ammoniac.* depur. Drachm. 2. — *Nitri depurat.* Drachm. 1. & 1/2. *Salis Ammoniac.* puriſſ. opt. ana Drachm. 1/2. — Pulv. *Squill.* ſimplic. Scrupul. 2. — *Magneſ. Nitri* optimae Scrupul. 1. — *Sulphur. aurat. Antimon.* Gran. 5. — *Syrup. Altheae* l. *Capilli vener.* Drachm. 6. Miſceantur.

b) Rec. *Aquae fontan.* puriſſ. Unc. 7. — *Gumm. Ammoniac.* depur. — *Nitri* depur. ana Drachmae 2. — Pulv. *Squill.* ſimplic. Scrupul. 2. *Oxymell.* ſimplic. Drachm. 6. Miſce.

c) *Aquae fontan.* puriſſ. Unc. 7. — *Nitri depurat.* Drachm. 2. — Pulv. *Squillae* ſimplic. Gran. 40—60. Syrup. *Rub. Idaei* l. *Oxymell. ſimplic.* Drachm. 6. Miſce.

VIS & USUS. Iisdem ac *Electuarium viſcerale* Mixturae hae pollent virtutibus, non tam ingrati ſaporis. *Doſis* Cochlear. 1. quavis hora, l. 2. omni trihorio, concuſſo prius vitro.

In *apoplexia* & *paralyſi* magis confert haec *Mixtura* quam *Solutio Tartari emetici*, - *Arnicae Decoctum* &c. ſanguinis detractione pro re nata ſimul in auxilium vocata.

In *hydrothorace* & *anaſarca* promtius ſecurius & certius juvant, quam *Digitalis purpurea* - *Pilulae Bacheri* & - *Janini*, *purgantia draſtica* aliaque hic adhiberi ſolita; & in *aſcitide incipiente* aliquoties valde proficuas vidit *Vogler.*

OBS. 1) Sat exploratum nunc & cognitum habeo, primarium earum ingrediens *Squillam*, (non toſtam, ſed leni calore ſiccatam,) egregium

gium, fidum, ſecurum, ac certum praeſtare medicamentum, in affectibus *rhevmaticis*, *arthriticis*, *ſcorbuticis*, *aſthmaticis*, *oedematoſis*, *leucophlegmaticis*, *hydropicis*, *ſpasmodicis*, *apoplecticis*, *paralyticis*, ſeroſis-pituitoſis-chronicis, etiam praeſente phlogoſi, modo temperantibus junctum ſit, ſine ullo metu periculi, quin imo cum certiori ſpe venturae ſalutis a medicis adhibendum.

Inter *ſcorbuti Antidota Squilla* e praecipuis eſt, ad *Werlhof.* — ſanguini ejusque ſero liberiorem fluxum conciliat, & oris vitiis medetur, nervos liberat-ſolutosque excitat, & uti inter emmenagoga, ita inter haemorrhoidagoga eminet.

Senſibilem palatum habentibus aegrotis, qui perferre quoque recuſabant ſaporem Mixturae primae & ſecundae, earum loco medicamenta bina ſequentia antiballomena uno eodemque tempore praeſcripſi, inquit *Vogler.*

Rec. *Aquae fontan.* pur. Unc. 7. — *Nitri* depurat. Drachm. 1. & 1/2. — *Sal. Ammoniac.* pur. Drachm. 1/2. — *Syrup. Violar.* Drachmas 6. Miſce.

Rec. Pulv. *Squillae* compos. — *Gumm. Ammoniac.* depur. ana Drachm. 2. — *Arcan. duplic.* Drachm. 1. & 1/2. — *Magneſ. Nitri* — *Sapon. venet.* l. vegeto-mineral. *Gravenhorſt* Drachmam 1/2. — *Sulph. aurat. Antimon.* Scrupul. 1/2. Miſce fiat cum *Syr. Altheae* qu. ſuffic. Pilul. 200. Mixturae Cochlearia 2. pilularum autem 10—12. ter-quater de die alternatim capi juſſit *Vogler.*

4) *Mixtura eccoprotica, Vogler*, conſtans ex *Aquae*

fontan. purae l. florum *Acaciae* Unc. 3—4. — *Rhabarbar.* elect. pulverat. Scrupul. 2. — *Nitri* depurat. Scrupul. 4. l. *Sal. Friederician.* Drachmis 2. — *Syrup. Roſat. ſolutiv.* Drachm. 2—3. Miſce.

VIS & USUS feliciſſimo & exoptatiſſimo ſucceſſu Mixturam hanc praebuit *Vogler* in *febribus intermittentibus*, - *acutis* tam *continuis* quam *remittentibus* ſic dictis *gaſtricis*, inprimis *bilioſis;* in *ardore ventriculi*, *nauſea* & *vomitu*, *cardialgia*, & *colica ſanguinea* haemorrhoidali, *menſtruis* aliisque; in *vomitu cruento; haemorrhoidibus caecis;* & veſicae urinariae earumque molimibus, tam felici quam torpente alvo; in *epilepſia acuta*, ſeu ſic dicta *ecclampſia;* in *ictero*, *arthritide* & *rheumatiſmo* acuto; in *ulceribus* & *exanthematibus* acutis & chronicis; in *cephalalgia; ophthalmia - otalgia, odontalgia;* in malo *hypochondriaco* & *hyſterico; ventriculi* & *inteſtinorum imbecillitate*, *alvi* & *urinae ſuppreſſione*, *ſtranguria.* &c.

Sanguinis orgaſmum temperat, *motus febriles ſedat*, mitiſſime *alvum ducit*, primas vias & urinarias *roborat*, & a bilioſis - pituitoſis aliisque impuritatibus ſecurius & praeſtantius aliis laxantibus *liberat.*

Capiant aegroti omni bihorio *Cochlearia* 2. bene agitato prius vitro.

5) *Mixtura paregorica Vogler*, conſtat ex *Aquae fontan.* purae Unc. 4. — *Specieb. Diatragacanth.* — Pulver. *Maſtich.* elect. ana Scrupul. 2. — Rad. *Ipecacuanh.* Gran. 2. — *Spirit. Vitrioli acidi.* Scrupul. 1. Miſce.

Capiant adulti omni hora l. bihorio Cochlear.

1. Infantes dimidium, probe concuſſo l. agitato prius vitro.

VIS & USUS. *Acrimoniam* in *inteſtina* contractam *involvit;* diſpendium muci naturalis reſarcit, & eroſa inteſtina rurſus obducit; *ſpasmos*, *ventris fluxum* & *tormina*, *ſtranguriam* & *tenesmum* mitigat, *tranſpirationem* cutaneam, & *ſudorem* movet; hinc in *diarrhoeis* acribus, in *dyſenteria catarrhali* & *rheumatica*, praemiſſa ejus *Mixtura antidyſenterica*, (conſtante ex Aquae florum *Acaciae* l. *fontanae* Unc. 4. — Pulver. *Rhabarbar*. Drachm. 1/2. — Rad. *Ipecacuanh*. Gran. 4-6. — *Specierum Diatragacantae* absque Seminibus oleoſis paratarum Gran. 40—60. — Syrup. *Altheae* l. Papaver erratic. Drachm. 2. Miſce.)

Millies adhibuit *Vogler*, plerosque aegrotos medicamento hoc illico - tutoque ſanavit.

In graviori & pertinaciori morbo *Extract. Opii* l. *Opii crudi* Gran. 2—3. l. *Laudan*. liquid. *Sydenham*. Scrupul. 2. addantur oportet.

Opulentioribus caeterum *Aqua* flor. *Sambuc*. aut *Chamomillae*, loco *Aquae fontan*. recipi poteſt.

Ingrediens *Maſtix* electa blande *roborat*, leviter *adſtringit*, abſtergitque, & *balſamicam* vim poſſidet, unde in *debilitate* & *ulceribus* inteſtinorum *dyſentericis*, qua tutiſſima merito pronunciatur a *Degnero*.

6) a) *Mixtura ſedativa Vogler* paratur ex *Aquae* florum *Acaciae* — *Rubi Idaei* ana Unc. 3. — *Aceti vulnerarii vegetabil. Dippelii*, l. *Aceti* deſtillat. ſimplic. — *Syrup. Papav*. errat. ana Drachm. 6. — *Nitri* depurat. Scrupul. 5. — *Pulver*. Granor. *Kermes* Scrupul. 1. — Extract. *Opii* Gran. 3. Miſce.

b) Rec. Aquae flor. *Acaciae* Unc. 6. — *Nitri depurat.* Scrupul. 5. — Pulver. Gran. *Kermes* Scrupl. 1. — *Opii* crud. Gran. 2—3. — *Aceti Rubi Idaei* — *Syrup. Papav. erratic.* ana Drachm. 6. Miſce.

VIS & USUS *certiſſimum, ſecurum* & *exploratiſſimum medicamentum* eſt in *ſanguinis profluviis* nimiis, *haemoptyſi - narium* & *uteri haemorrhagia*, a Venaeſectionis neglectu, *ſpasmis*, *haemorrhoidum* & *menſium ſuppreſſione* & *emanſione* oriundis, omni bihorio Cochlearia 2. — Si pauperibus praeſcribitur, loco Aquarum deſtillatarum, Aquae fontanae purae Unc. 6. recipiantur.

7) *Mixtura* ſ. *Spiritus antiſcorbuticus Drawitz*, a *Piepenbring* correctus paratur e *Spiritu Tartari* Unc. 12. — *Cochleariae* Unc. 6. Mixta deſtillandi ad reſidui ſiccitatem.

C) *Riemer* in *Pharmacop.* caſtrenſi *boruſſica* hasce *Mixturas*, peculiaris virtutis communicat.

1) *Mixturam acidam* ex *Acidi Vitrioli* fort. alb. Drachm. 1. *Aquae fontan.* deſtillat. Unc. 20. — *Oxym. ſimplic.* Unc. 4. Miſce. *Doſis* vaſculum 1/2. omni bihorio.

2) *Mixturam alexipharmacam* e *Spirit. Minderer.* — *Vini* albi gallici ana Unc. 4. — *Eſſent. Valerian.* compoſit. Unc. 1/2. Miſce. *Doſis* Cochlear 1. quavis ſecunda - tertiave hora.

3) *Mixturam antiphlogiſticam* - e *Sal. Alcal. citrat.* Drachm. 2. — *Aquae fontan.* Unc. 8. — *Nitr. depurat.* Drachm. 2. — *Syrup. Aceti* Unc. 1. Miſce. *Doſis* Cochlear. 1. omni bihorio.

4) *Mixturam camphoratam* - e Camphor. ma 1/2. — in *Spirit. Vini* rectificat. Drach-

Drach-

mis 2. ſolut. — *Gumm. arabic.* Unc. 1/2. Miſce terendo cum *Aquae fontan.* deſtill. Unc. 8. adde *Syrup. Aceti* Unc. 1. Miſce. *Doſis* Cochlear. 1. ter quaterve in die.

5) *Mixtura demulcens* - ex *Olei Amygdal.* dulc. Unc. 1. — *Gumm. arabic.* Unc. 1/2. — *Aquae ſimplic.* Unc. 8. rite mixtis adde *Syrup.* de *Althea* Unc. 1. *Doſis* uti antecedens.

6) *Mixtura diaphoretica* - e *Spirit. Mindereri* — *Aquae ſimplic.* deſtillat. ana Unc. 4. — *Roob Sambuc.* Unc. 1. — *Eſſent. Angelic.* Unc. 1/2. Miſce. *Doſis* Cochlear 1. ſecunda aut tertia hora.

7) *Mixtura laxans antiphlogiſtica* - e *Pulp. Tamarindor.* Drachm. 6. — *Nitri depur.* Drachma 1/2. ſolve in Aquae bullient. qu. ſuffic. Colatur. Unc. 3. adde *Syrup.* de *Manna* Drachm. 6. Miſce detur pro Doſi ſemel.

8) *Mixtura nitroſa* cum *Gummi arabico* - e *Gumm. arabic.* Unc. 1. ſolve in *Aquae fontan.* Unc. 12. adde *Nitri* depur. Unc. 1/2. — *Syrup. Altheae* Unc. 2. Miſce. *Doſis* Cochlear. 1. ſecunda aut tertia quaque hora.

9) *Mixtura ſolvens* - e *Sal. mirabil.* Unc. 1. — *Aquae fontan.* Unc. 8. — *Tartar. emetic.* Gran. 2. — *Mellis* depur. Unc. 1. Miſce. *Doſis* omni hora Cochlear. 1.

10) *Mixtura temperans* - e *Nitri* depur. — *Oxymell. ſimplic.* ana Unc. 1. — *Aquae fontan.* Unc. 12. Miſce. *Doſis* omni ſingula - ſecundave hora Cochlear 1—2.

MOSCHATÆ NVCIS PRÆPARATIO.

Rec. *Moſchat. Nuc.* quant. plac.

In taleolas ſciſſa loco nonnihil calido exſiccetur, ut in pulverem redigi poſſit. Ph. *Herb.*

MORSVLI ANTHELMINTICI,
ſ. *ad Vermes.*

Rec. Pulver. Semin. *Cinae* — *Muſci Corallin.* ana Unc. 1/2.
Aethiop. mineral. — *Jalapp. reſinoſae* ana Drachm. 3.
l. *ReſinaeJalappae*, Pineis exacte tritae Scrupl. 2,
Cinnamomi Scrupul. 4. Miſce pulveriſata
Sachar. albi in *Aqua Roſarum* ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati cocti Unc 7.

Fiant Morſuli. Ph. *Herbipol. Würtenb.*

VIS & USUS e nomine - ad *infantes defraudandas*, qui remedia reformidant *anthelmintica.*

DOSIS *infanti* a Drachm. 1—2.

OBS. 1) Quaelibet Uncia habet *Aethiopis mineral.* Scrupul. 1. & totidem *Jalappae.*

OBS. 2) Conditum *Semin. Cinae* ſaepius interdum magis prodeſt, quam *Morſuli* iſti *anthelmintici.*

OBS. 3) Diſpenſat. *Fuldenſe* commendat *Sachari* albi Unc. 8. — *Aquae commun.* Unc 4. coquend. ad conſiſtentiam tabulati, ante plenarium refrigerium addend. Flor. *Tanacet.* Unc. 1. — *Aethiop. antimonial.* — *Radic. Jalapp.* ana Drachm. 3. — Flor. *Caſſiae* Drachm. 2. Miſcend. & conficiend. l. a *Morſulos anthelminticos*, *laxantes*, *reſolventes*, pro ratione aetatis, a Drachm. 1 — 6.

MORSVLI ANTIMONIALES KVNKEL.

Rec. *Sachari albi* Unc. 6. coque in
Aquae ſontan. Unc. 4. ad conſiſt. tabulati adde

Antimon. Crudi puriſſimi ſubtil. pulver. Unc. 1.
Flor. *Caſſiae* groſſe trit. Drachm. 1. l. ejus loco *Cinnamom.* acuti minutim inciſi Scrupul. 4.

Effunde tum ſub perpetuo ſpatulae ferreae motu, ne *Antimonium* in fundum ſecedat, in formam huic rei dicatam, & tum divide in Tabulas ſ. Morſulos Drachm. 2. ponderis.

Ph. *Herbipolit.* — *Fuldenſis* — *Piderit.*

VIS & USUS ex *Antimonii crudi ſimplic.* qualitatibus patet: *reſolvens*, ſpiſſos & acres humores *corrigens*, *eliminans* e corpore, ad varios *adfectus chronicos*, ex *ſeri* ac *lymphae* vitiis pendentes. Magnae tribuuntur *vires haemocatarcticae* his morſulis, ad acrimoniam & ſpiſſitudinem *lymphae*; ad *ſcabiem ulceroſam*; ad reliquias a variolis; *gonorrhoeam* male-tractatam, affectus *convulſivo* & *ſpaſtico-arthriticos*, & *rhevmaticos* rebelles.

Delicatioribus ad *corrigendam maſſam* humorum, in variis morbis chronicis. In *triſmo* a *ſcabie* retropulſa *Bicker.*

DOSIS a Drachm. 2—4. quavis die & veſpera ante ſomnum Morſuli 1. l. dimidium bis l. ter in die, in combinatione cum *Decoctis Lignorum* l. alio adpropriato.

OBS. 1) Quidam addunt *Amygdal. Cardamon.* uti *Diſpenſat. Würtenb.* & *Spielmann.*

OBS. 2) *Antimonium* confert in morbis *lymphae*, ubi *Oleoſa*, ubi *Amygdalae* non tantum conducunt, & ubi tum *Sulphur Antimonii auratum* in exigua doſi magis confert variorum practicorum obſervat.

OBS. 3) *Mellin* hocce modo praeſcribit *Morſulos Antimon. Kunkelii* ex *Antimonii crudi* —

Amygdalar. dulc. excortic. ana Unc. 1/2. — Condit. *Cortic. Citri* Drachm. 2. fiant cum ſuffic. quant. *Sachar.* in *Aqua ſolut.* lege artis *Morſuli,* dividendi in 8. partes, ad Drachm. 1. ponderis.

OBS. 4) *Morſulos Antimoniales Kunkel*, qua commoda forma Antimonium interne ſumendi, ſimplicem hancce communicat ex *Antimonii crudi* ſubtiliſſime pulveriſat. Unc. 1/2. — *Sachar. alb.* Unc. 8. poſt mixtionem dividendi in partes 16. *Piepenbring.*

OBS. 5) Alii uti *Dert*: commendant ad *Morſul. Antimonialium* praeparationem — *Sachar. albi* Unc. 12. — *Antimon. crud.* Unc. 4. intime alcoholiſat. — *Cortic. Citri* condit. Unc. 2. — *Cinnamon.* Unc. 1. concis. minutim *Amygdalar. dulc.* Unc. 1. — ſolve *Sacharum* in *Aqua Roſarum*, coque ad conſiſtentiam, contuſa & conciſa, omnia miſce accurate, & ultimato *Antimon.* adde, probe miſcendum, qua frigide concidend. ad formam Morſulor. tabulatam.

OBS. 6) Curandum probe eſt in *praeparatione Morſulorum Antimonialium*, ut partes ejus conſtituentes intime miſceantur, tam partes *antimoniales*, quam reliquae, ad aequalem proportionem cum *Sacharo*, ad conſiſtentiam tabulatam ſemper coctae, poſt refrigerium facile congelaſcentes, hinc intime ante refrigegerium commiſcendae ſunt omnes partes conſtituentes - admiſcendae ad hosce Morſulos antimoniales, uti recte monet *Mönch.*

MORSVLI AROMATICI.

℞ec. *Amygdalar.* dulcium decorticatar. & minutim conciſarum

Conditi *Corticis Aurantii* conciſi,
— *Corticis Citri* ana Unc. 1.
Cinnamomi Unc. 1/2 — 1.
Zingiberis Scrupul. 1—2. Miſce conciſa
Sachari albiſſ. ad conſiſt. tabulati cocti Unc. 12.
Fiant Morſuli. Ph. *Roſſica.*

VIS *ſtomachica*, qua ori gratum remedium.

USUS in *debilitate ventriculi*, *Aquas minerales* bibentibus.

OBS. 1) Diſpenſat. *Würtenb.* ſuppeditat *Morſulos Imperatoris* e *Cinnamom.* acut. Drachm. 2. — *Specier. Imperator.* pro Morſul. groſſe inciſis Drachm. 6. — *Cortic. Aurant.* conditor. — *Carnis Citri* condit. ana Unc. 1. — *Amygdal.* dulc. Unc. 1. & 1/2. Condita & *Amygdalae* mundatae minutim incidantur, & tum cum *Sachari* in *Aqua Roſarum* ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati cocti Unc. 16. mixta fiant *Morſuli.*

OBS. 2) *Morſuli aromatici Ph. Suecic.* conſtant e *Sachari albiſſimi* Unc. 12. cum *Aquae* tantillo incoque, donec Gutta inde extracta indureſcat. Tum adde — *Amygdalar. dulcium* decorticatar. minutim conciſar. — *Conditi* Cortic. *Aurantii* conciſi, ana Unc. 1. — *Cinnamom. ceylanic.* pulverat. Unc. 1/2. — *Zingiber.* pulverat. Scrupul. 1. fiant *Morſuli.*

OBS. 3) Diſpens. *Fuldenſe* ſuadet *Sachar. alb.* Unc. 16. — *Aqu. fontan.* Unc. 8. — Pulver. *aromatic.* Drachm. 12. (conſtantis e *Nuc. Moſchatae* Unc. 1. — *Cortic. Canell. alb.* — Radic. *Zingiber.* ana Unc. 1. & 1/2.) — *Amygdalar.* dulc.

depilatar. & conſciſſar. Unc. 2. — *Cortic. Citri* minutim conſciſſ. — Pulver. *Radic. Galangae* ana Unc. 1/2. commiſcend. l. a. ad *Morſulos ſtimulantes - calefacientes - incidentes - roborantes - ſtomachicos.*

MORSVLI CARMINATIVI & LAXANTES.

Rec. *Amygdal. dulc. excorticar.* Unc. 1.
Cort. Aurant. cond. Unc. 1/2.
— *Citri rec.* Scrupul. 4.
Pulv. *Cremor. Tartari* l. *Sal. polychr. Seign. Rhei ver.* — *Chin. elect.* ana Drachm. 3.
Sachar. alb. in *Aqua* Menthae piperitid. l. *Roſar.* ſolut. Unc. 8.

Coque ad ſuam conſiſtentiam, & adde pulveres mixtos, fiant tum Morſuli divid. in 24. part. aequal.

VIS & USUS e titulo patet.

MORSVLI CITRI.

Rec. *Sachari* albiſſimi pulverati Unc. 4. leniter calefacto adde
Succi Citri concentrati Unc. 1/2.
Fiant Morſuli. Ph. *Suecica.*

USUS ad *guſtum* delectandum, *ſitim* fallendam, *viresque* refocillandas.

OBS. 1) Pharm. *Spielmanni* praeſcribit *Carnis Citri* conditae inciſae, — Flavedin. *Cortic. Citri* recent. ana Unc. 1. — Quintae Eſſent. *Citri* Scrupul. 1. — Succ. *Citri* Unc. 1. immiſceantur, — *Sachari canarienſis* Unc. 16. in *Aqua ſolutis,* ad conſiſtent. tabulatam ſpiſſiorem coctis, & ſub perpetua agitatione ſemirefrigeratis, conficiantur lege artis *Morſuli.*

OBS. 2) Diſpenſat. *Fuldenſe* communicat *Morſulos* *Aceti* e *Sachari albi* pulveriſat. Unc. 4. modice calefacto addendi *Aceti Vini* concentrat. Unc. 1. Miſcendi & conficiend. ad Morſulos: qua ſuccedaneum *Morſul. Citri* conſiderand. qui *putredini* reſiſtunt; *ſitim ſedant*, egregium exhibent *analepticum* medicamentum, guſtui gratiſſimum. a Drachm. 1—4.

MORSVLI CHINATI.

Rec. *Sachari albi* Unc. 12. coque in
Aquae fontan. Unc. 6. ad conſiſtentiam tabulati, & adde
Cortic. Peruvian. pulveriſat. Unc. 3.
Cortic. Aurantior. conditor. in Tabulas ſector. Unc. 1.
Specier. pro *Morſulis Imperatoris* Drachm. 3. effunde tum in idoneam formam, ut fiant juſto refrigerationis gradu *Morſuli* ponder. Drachm. 2.

VIS & USUS convenit cum *Cortic. Peruv. ſimplic.* Caeterum *iis* conducunt qui *Pulverem* vel *Electuarium* e *China reformidant*, & inprimis ubi magna Doſis requiritur.

In uſu *Acidularum* qua *ſtomachicum* egregium confert, & quotidie 2—3—4. uti & qua *roborans*, *antiſepticum*. *Pfingſten.*

Infantibus ad *Vermes* necandos. Diſp. *Fuldenſe.*

MORSVLI IMPERATORIS.

Rec. *Sachari albi* Unc. 16. coque in
Aquae fontan. Unc. 8. ad tabulati conſiſtentiam, & adde

Succi Citri recent. expreſſ. Unc. 1/2.

Amygdalar. dulc. excorticat. & in fruſtula ſecatar. Unc. 2.

Cortic. Aurantior. in fruſtula ſecatar. Unc. 1.

Cortic. Citri conditi, in fruſtula ſecatar. Unc. 1.

Specier. pro *Morſulis Imperatoris* Drachm. 3.

Miſce fiant Morſuli uti *Morſuli chinati. Piderit.*

VIS *ſtomachica, carminativa.*

USUS ſub uſu *Aquarum Soteriarum*, & in genere ad *ſtomachi vires* ſuſtendandas & roborandas.

Aliae compoſitiones quae exſtant, ſunt nimis compoſitae e variis aromatibus.

MORSVLI MARTIALES.

Rec. *Sachari albi* Unc. 6. coque in

Aquae fontan. ſ. *Roſarum*, Unc. 4. ad conſiſtentiam tabulati, & adde

Limatur. Martis depurat. ſubtiliſſime pulveriſat. Unc. 1.

Florum Caſſiae groſſe pulveriſator. Drachm. 1.

Caeterum fiant uti *Morſuli Kunkelii Antimonial. Piderit.* Diſp. *Fuldens.*

VIS & USUS convenit cum *Martis* qualitat. ſimplic. qua *roborans, antacidum, aperiens, antiverminoſum.*

Morſuli 1—3—4. per diem dantur, in morbis, in quibus *Martialia*, & *Extract. Martis* confert.

OBS. 1) Ph. *Brunſuicenſis* compoſitio nimium Aromatis continet e *Cinnamomo*, *Cardamomo*, Flaved. *Cortic. Aurantior. Amygdal. dulc.* non ſemper tam proficuis.

MORSVLI MENTHÆ PIPERITIDIS.

Rec. Herbae *Menthae piperitid.* pulveriſat. Unc. 1.
Amygdalar. dulc. longitudinal. diſciſſar. Drch. 6.
Specier. Imperator. Drchm. 2. (qua ſuperfluum,)
Sachari albi in *Aqua Menth. piperitid.* ſoluti ad conſiſtent. incocti, & ſub perpetuo motu refrigerat. Unc. 12. in quo momento effuſionis adduntur
Olei deſtillat. Menth. piperitid. Drachm. 1. quale mixtum ad formam Morſulor. conformandum eſt. *Pfingſten.*

Sic ſufficiunt ad *Sachar.* Unc. 12. — *Olei Menth. Piperitid.* Drachm. 1/2.

VIS *diſcutiens*, *reſolvens*, *antiputredinoſa*, *antiſpasmodica*, *nervina*, *roborans*, eximie univerſum ſyſtema nervorum & viſcera *ſtimulans*.

USUS in *ſpasmis*; *convulſionibus*; affectibus *uteri*-*ventriculi*; in *debilitate*-*ſpasmo*; in *febrib. intermittent*; *chloroſi*; *intumeſcentia*; *diarrhoeis* & inteſtinorum debilitate.

DOSIS bis quaterve in die 3—4. Morſul. pro morbi conditione.

OBS. 1) *Mitior* compoſitio praeparari poteſt, ſi ſumuntur tantum — *Sachari canar.* Unc. 12. ad *Olei Menthae piperitid.* Drachm. 1/2. & ſi loco *Aquae Menthae piperitidis* ſumitur tantum *Aqua fontana ordinaria.* Coctione enim multum avolat partium volatilium Menthae piperitidis.

OBS. 2) Diſpenſat. *Fuldenſe Morſulos Menthae piperitidis* parandos jubet ſimplici via, e *Sachari*, ad tabulati conſiſtentiam cocti, Unc. 6. — Pulver. *Herb. Menthae piperitid.* Drachm. 6. pro-

be mixtis, & ſub perpetuo motu ſufficienter refrigeratis, in ipſo effuſionis momento admiſcendi — *Olei Menthae piperitidis* Gutt. 30. ad conficiendos l. a. *Morſulos* Numero 30.

OBS. 3) *Amygdalae* poſſunt iis commode omitti, qui eas ferre nequeunt.

OBS. 4) Ph. *Brunſuicenſis* & *Spielmann.* ſpeciales haſce duas communicat *Morſulorum Species.*

a) *Purgantes Morſuli* e *Reſinae Jalappae* Drachm. 1. quae teratur optime cum *Amygdalar. dulc.* excorticatar. Drachm. 3. addantur terendo Pulv. *Cardamomi* minor. Scrupul. 1. — *Cinnamomi* acuti Scrupul. 2. qui omitti quoque poſſunt ad *Spielmann.*—*Sachari* in *Aqua Roſarum* ſoluti Unc. 8. Miſce lege artis, ut fiant Morſuli. Unc. 1. — Morſuli hi Grana 8. *Reſinae* circiter continent.

b) *Morſuli* de *Rheo* e Rad. *Rhabarb.* optim. pulveriſat. — Cryſtallor. *Tartari* ana Drachm. 2. — *Flavedin. Cortic. Citri* recent. Drachm. 1/2. *Sachar. albi*, — *Aqua* florum *Naphae* ſoluti Unc. 4. Miſce fiant lege artis Morſuli.
Ph. *Brunſuicenſis.*

MVCHARVM ROSARVM,
ſeu *Infuſum Roſarum.*

Rec. *Flor. Roſar.* rubrar. recent. Unc. 12. in *Aquae fontan.* Unc. 12. per aliquot dies digere, exprime, cola & ſerva. *Piderit.*

USUS conficiendis, etiam extra florendi tempus, *Syrupis* & *Melli roſato.*

OBS. 1) Foliis *Roſarum* in vitris longis collectis, ſuperfunditur Oleum, ad leviorem eorum conſervationem, ſi *Syrupus* debet praeparari

Oleum tum effunditur, ad eo meliorem Succi conſervationem - effervefcentiam avertendam praeſtat *Syrupus* de *Roſis* tam ſiccis, quam de antiquis.

Caeterum *Mucharum Roſarum* eſt *Extractum* de *Roſis*, in hyeme eo melius conſervandis.

OBS. 2) Ph. *Würt.* ſuadet ut *Florum Roſarum Damaſcenar.* recent. Unc. 216. ſ. Libr. 18. infundantur & macerentur, horis 24. in *Aquae clarae* ferventiſſimae totidem Libris, tum eximantur, & in vaſculis anguſtioribus, oblongis collis praeditis, ſuperaffuſo *Oleo Olivarum* modico ſerventur.

MVCILAGO CYDONIORVM SEMINVM.

Rec. *Seminum Cydoniorum* contuſor. Drachm. 1.

Aquae commun. l. Flor. *Roſar.* Unc. 1. affuſa, coque leni igne, donec *Aqua* fere inſtar Albuminis Ovi lenteſcat, ad emulſum mucilaginoſum, tum per pannum linteum trajice. *Piderit.*-*Plenck*-Ph. *Londin.* *Fuldens.*

VIS *demulcens*, *involvens*, *obliniens*, *obtundens*, *inviſcans*, *refrigerans*, *involvens*.

USUS in *inflammatione* & *excoriatione* - *oculorum* (a ſolis aeſtu,) - *palpebrarum* l. - *papillarum* in *mammis*, ab *ambuſta Plenck.*

OBS. 1) Eodem modo paratur *Mucilago* ſemin. *Pſyllii* — *Gummi Arabic.* — Radic. *Altheae.*

OBS. 2) *Mucilago Camphorata*, Rec. *Camphorae* Unc. 2. — *Mucilaginis Gummi Arabici* Unc. 12. diligenter terendo miſceantur. USUS ad *ulcera putrida* - *gangraenoſa* & *calloſa*, *Collin* & *Plenck.*

OBS. 3. *Mucilago Ophthalmica*, Rec. *Mucilagin.*

Sem. Cydonior. Unc. 6. — Flor. *Zinci* Drachmam 1. Miſce fiat Mucilago. USUS ad *ophthalmiam* curandam & *excoriationem* a decubitu natam. *Plenck.*

OBS. 4) *Mucilago majori puritate & claritate* acquiritur, ſi ſemen non contunditur, ſed tantum in *Aqua* maceratur, & tamdiu quieti relinquitur, usque dum mucilaginis quantitas ſufficens ſit extracta, & omnis quantitas Aquae ſuperfuſae plane eo perfuſa.

MVCILAGO MERCVRIALIS PLENCK, ſ. *Mercurius gummoſus Plenck.*

Rec. *Mercur. vivi* puriſſimi Drachm. 1.
Gummi Arabici Drachm. 2.

Miſce, tere in mortario lapideo, affunde dimidium Cochlear *Aquae deſtillatae*, continuo motu, donec Globuli mercuriales omnes in mucilagine plane diſparuerunt. Ph. *Würt. Fuldenſis.*

USUS Hoc modo *Mercurius ſimplex* cum *Aquis deſtillatis - Syrupis - Extractis*, (in forma pilulari omni mane & veſpera Grana 10.) & *Unguentis* commode poteſt miſceri, & novam conſtituit methodum, *morbos venereos - vermes*, aliosque, quibus Mercurialia opponuntur, bono cum ſucceſſu, & quidem plerumque ſine *ſalivationis metu* tractandi; tunc addentur, ſi placet, *Syrupi Diacodii* ſ. *Cichorei* cum *Rhabarbaro* Unc. 1/2. quo tum omnia accurate iterum trituratione nova miſcentur, donec Mercurius penitus in mucilaginem ita ſit mutatus, ut nec minimam ejus particulam immutatam detegere liceat.

Decocta ſanguinem purificantia pro more con-

jun-

junguntur; obſervat. *Plenck.* — Qui *externe* ad *lotiones* feliciſſime adhibuit, ad *phymoſin*, *ophthalmiam*, *ozoenam* cum lacte coctus, forma fomenti, l. balnei; ad *anginam veneream* in forma *gargarismatis;* In *gonorrhoea* & *fluore albo* in forma injectionum. *Selle* & *Plenck* obſervat.

In *tetano* a laeſione nervi; in *morſu canis* rabidi; *ſpina ventoſa; tinea* capitis; *dyſphagia* a glandulis oeſophagi induratis; in *morſu* Viperae *italicae*, forma *Linimenti Plenck :* ad *lumbricos rotundos* expellendos, infantibus optime datur *Bicker.*

Externe ad *morbos venereos Aqua* l. *Lacte* dilutus, forma *Lavamenti*, *Peniluvii*, *Gargariſmatis* vel forma *Linimenti* adhibuit *Plenck.*

Pro *Gargariſmate* l. *Fomentatione* in *ophthalmia venerea* cum Lacte confert.

DOSIS una pars *Mercurii* cum partibus 3. *Gummi arabici* & *Syrup. Rhabarb.* conterantur in mucum, e quo addita Micae Panis albi Uncia 1/2. fiant Pilulae, quarum 10. mane ac veſperi aeger capiat, & ſic augendo, *Plenck.* obſervat.

Mercurii Gran. 3—6. bis de die ſufficiunt hocce modo: e. g. *Mixturae* e — Drachm. 1. *Mercurii* in mucilaginem redacti, cum *Aquae deſtillatae* Unc. 8—10. & — *Syrupi* Unc. 1/2. compoſitae, bis quotidie Cochlearia 2. ſumere licet.

OBS. 1) Eximie confert, ubi ob nimiam irritabilitatem Salia nocent, in *morbis oculorum venereis.* Ubi *Mercurii vivi* pars 1. & *Gummi arabici* partes 3. accurate miſcentur trituratione, & addito *Syrupo* de *Cichorio* cum *Rhabarb.* usque dum omnis *Mercurius* in mucum commixtus eſt: qui *crude*, l. cum *Aqua dilutus*, ſ. *Mica Panis* in forma *pilulari* ſumendus eſt,

Bbb

eſt, omni mane, & ad noctem Grana 10. ab initio ad plura. *Selle.*

OBS. 2) Confert haec Mixtio, - *Salivationem* citius praecavendam, quam aliis mediis: excepta Doſi fortiori, ſaepe ſine laxante ſalivationem excitare valet. Succedaneum *Mercurii dulcis.* Caeterum *Jacobi* methodus praefertur, *Mercurii* nempe *corroſivi* uſui, in combinatione Decocti, ſanguinem purificantis.

OBS. 3) Ph. *Suecicae* nova editio ſuadet *Mercurii* purificat. Drachm. 1. - *Gummi arabic.* Drachm. 3. — *Aquae Roſae* quant. ſufficit, ut Gummi diluatur in mucum. In mortario vitreo conterantur, donec *Hydrargyrus* prorſus disparreat, dein paulatim adde *Syrupi* ſimplic. Unc. 4. Miſce.

OBS. 4) Ph. *Edinburg.* & *Fuldenſis* communicant peculiariter haſce duas *Mucilagines.*

a) *Gummi Arabici mucilagin:* e *Gummi arabici* pulveriſati triti Unc. 4. — *Aquae fontan.* bullient. Unc. 6. diligenter terendo miſceantur ad refrigerationem, & per linteum expreſſa, in vitro probe clauſo ſervetur ad *Uſum pharmaceuticum*, tam *in-* quam *externum.*

b) *Gummi Tragacanthae mucilagin.* e *Gummi Tragacanthae* alb. Unc. 1. — *Aquae font.* frigid. Unc. 8. poſt macerationem per horas 12 - 24. dein miſceantur, diligenter terendo, & per linteum expreſſa ſervetur *uſui*, uti ſupra.

NAPHTHA ACETOSA SEV ACETI, ſ. *Oleum Vini acetatum.*

Rec. *Aceti radical.*
Spiritus Vini rectificatiſſ. ana Unc. 12.

Mixta digere per aliquot dies frigide, in vaſe probe clauſo, usque dum odor nec Acetum nec Spiritum amplius redoleat, ſed proprius & gratus; quo Liquor dein e phiala alta, alembico inſtructa, leniſſimo igne deſtilletur, ad dimidias circiter, Spiritui in recipientem transacto addantur

Alcali Lignorum, l. *Cineres Clavellat.* l. *Salis Tartari* Drachm. 2.

In *Aquae commun.* Unc. 3. ſolutae; commoto vitro, *Naphtha* ſecedet in vaſe probe clauſo ſervanda. Ph. *Fuldenſ. Roſſica.*

VIS hujus remedii tam pretioſi, hinc non ubique commendabilis, *antiſpaſmodica*, *antiſeptica*, *ſedans*, *leniens*. Praefertur ejus vis a quibusdam *Naphthae Vitrioli*: in morbis *inflammatoriis* a putrido ſtatu; in *dyſenteria* putrida; *variolis malignis*.

USUS in *ſpaſmis*, *convulſionibus* & *doloribus* iſtis concomitantibus. Quidam *Acetum Weſtendorf.* concentratum praeferunt. Confert eximie in *dyſenteria putrida*, *variolis malignis*, & *tuſſi ſpaſmodica* infantum. *Sande* & *Hahneman.*

OBS. 1) Plura vide *Acetum Vini concentratum Weſtendorf.* De quo *Aceto* concentrato Unc. 12. ut miſceantur ad *Pfingſten* cum *Alcohole Vini* totidem Unciis, & digerantur per quasdam dies in vaſculo probe clauſo, ſine igne ſ. calore, usque dum Mixtura acceperit, nec odorem *Aceti* nec *Vini*, ſed proprium ſui generis valde amoenum; qualis Mixtura tum igne leniſſimo ad dimidium deſtillatur, & in recipiente transgreſſo Spiritui affunditur, *Sal. Tartari alcalini* Drachm. 6. in *Aqua* frigida commun.

ſolut., quo dein vitrum percutitur perpetuo, & *Naphtha* a ſe ipſo ſe ſeparans, in vitro, probe clauſo epiſtomio vitreo, probe aſſervetur.

OBS. 2) Ad *Voigts* praeſcriptionem *Terrae foliatae Tartari* retortae immiſſis Unc. 16. Mixtura affunditur ex *Olei Vitrioli* electi Unc. 6. & *Alcohol. Vini* Unc. 12. ſucceſſive commixtis, leni igne deſtillantur Unc. 12. puram *Naphtham Aceti* continentes; quae ope affuſae Aquae, in qua aliquid *Salis Tartari* ſolutum eſt, ab adhaerente acido liberatur facillime.

OBS. 3) *Naphtha* ſ. *Aether Aceti* continet partes aequales *Aceti* radicalis, & *Spiritus Vini* intime mixtas, digeſtionis ope, tum ad dimidium deſtillata, Alcali ope vegetabilis, acida parte privata, exhibet Aetheris tantum, quantum dimidium Alcoholis Vini exhibuit — Unc. 16. *Terrae foliatae* — Unc. 6. *Olei Vitrioli*, — & Unc. 12. *Spiritus Vini* fortiſſimi ad *Voigt*, exhibent hujus Aetheris Unc. 12. uti partes 23. —*Sachari Plumbi* ſicci, & 23. partes *Olei Vitrioli*, & partes 32. *Alcoholis Vini* idem praeſtant.

Aether hic redolet Vinum rhenanum antiquum, magis tamen volatilis, & fortior, lenius comburens, quam Spiritus Vini, quo ſatis ſuperque differt a mangoniſato. *Sande — Hahneman.*

OBS. 4) *Naphtha* ſ. *Aether Aceti*, ad *Piepenbring*, paratur optime e *Sachari Plumbi* Unc. 8. fundend. in igne leni, ad remanentiam Unc. 5. & Drachm 6. Sachari iſtius Plumbi ita dephlegmati, retortae immiſſi, cui ſuperfunde *Olei Vitrioli* Unc. 5. & Drachm. 6. ſi iſtud antea guttatim commixtum eſt Unc. 8. *Spi-*

ritus Vini. Haecce mixtio incaleſcet, & vaporibus impletur vas recipiens deſtillationis ope, ſi eorum Unc. 1. acquiſita eſt, quae exhibet Spiritum Aceti debilem - dulcificatum, in aliud peculiare vaſculum vitreum aſſervandum. — Recipiente vaſculo hoc purificato - probe prius lutato - deſtillatio continuatur, usque dum Aether ceſſat tranſire, & ſtriae pingues apparent; in excipulo Aquae ſupernatans exhibet *Aether Aceti* bonae notae. — Unc. 1. a prima deſtillatione acquiſita, ſuperfundi poteſt reſiduo a deſtillatione ſecunda cum Unc. 3. *Spiritus Vini* recent. prius commixta; quo modo acquiritur major copia *Spiritus Aceti dulcis*, ad *Dollfus* obſervat. commendatas a *Piepenbring*.

In Parte 2. commendat *Piepenbring* inquirendi antea, quantum *Acidi Vitrioli* requiritur ad Sachari plumbi perfectam ſaturationem, & tum determinandi ejus pondus.

In Parte 3. communicat quoque *Aether Aceti aquoſum*, qua remedium eximium, tum ſi *Spiritus Vini* fortis non convenit, & multo melius, quam *Liquor anodynus* vegetabilis, vires easdem, tantum debiliores Aetheris Aceti, hinc in majori quoque Doſi convenit; ſi *Aetheris Aceti* Unc. 1. ſumitur, ad *Aquae deſtillatae* Unc. 9. probe mixta adhibentur. — Pari modo paratur *Aether Nitri aquoſus*, & *Aether Vitrioli aquoſus*, eximiae ſemper virtutis.

NAPHTHA NITRI, ſeu NITROSA, ſ. *Æther Nitri.* ſ. *Oleum Vini Nitroſum.*

Rec. *Spiritus Vini rectificatiſſimi* ſ. *Alcohol.* part. 2. adde

Nitri Acidi ſ. *Spiritus Nitri* concentrati part. 1. in vaſculo vitreo capaci, ſatis amplo, & probe clauſo. Aliquot poſt horas denuo adde exiguam portionem, (Drachm. 1. forte,) ejusdem *Acidi*, & quidem ter omni nychthemero, augendo ſenſim *Acidi* adfundendi copiam.

Naphtha, dehinc generata, ſuperius liquori innatat, ante adfuſionem novi *Acidi*, ſingulis aufertur vicibus, & ubi jam omnis collecta eſt, ex *Aqua* cum tantillo.

Alkali ammoniacalis ſ. *Sal. alkal. volatil.* rectificat. ſervatur tum in vitro probe clauſo.

Labor hic optime fit tempore hyemali, ob ſumme penetrantes qualitates. *Pfingſten.*

Poſt quaslibet inquit *Keupp* affuſiones, vitrum exactiſſime debet claudi, & in loco frigido, l. Aqua frigidiſſima detineri. Sub motu iſto inteſtino videbis *Oleum virideſcens* ſuperficiem liquoris petere, ſenſim ſenſimque augeri. Separatur hoc Oleum, & Liquori reſiduo denuo aliquot Drachmae Acidi affunduntur, & quod inde ſecedit Oleum, viridi colore conſpicuum ſeparatur, continuatur ita commixtio Acidi, usque dum nullum a ſuperaddito Acido ulterius Oleum ſecedit.

Oleum collectum affuſa Aqua, & addito *Alcali urinoſo*, (quod purpureo hinc tingitur colore,) ab acido adhaerente edulcoratum, iterumque ſeparatum, uſui ſervetur in loco frigido, & vitro bene munito, ſub titulo *Naphthae Nitri*, quae ita rectificata pondus ſubtriplum *Alcoholis* ad laborem recepti ſolet

aequare. Caeterum *vires* cum *Naphtha Vitrioli* conveniunt. *Keupp.*

VIS *excitans*, *exhilarans*, *nervina*, *diuretica*, *antiſpaſmodica.*

USUS in *ſopore*, *apoplecticis* affectibus.

DOSIS. Guttae 6—8.

OBS. 1) Praeparatio *Olei* hujus ſumme *volatilis*-artificialis, quamplurimum e *Spiritu Nitri* fumante & *Alcohole* conſtans, cauta commixtione ad *Göttling* praeſcript. tempore frigido optime praeparatur, ſed via nimis oneroſa & longa.

OBS. 2) Ad *Crell Nitri* puri ſicci Unc. 3. retortae ſiccae calefactae immittuntur, ſuperfunduntur iis ſucceſſive *Olei Vitrioli fortiſſimi* Unc. 1. & 1/2. infundibuli ope vitrei, cum roſtro longo curvo muniti, ne collum retortae conſpurcetur, circummovetur ſimul retorta, quae dein munitur recipiente probe lutato, *Alcoholis* Unc. 2. & 1/2. continente, quo tum deſtillatio ſuſcipitur gradatim ad ſummum ignis gradum.

Qua finita acquiritur Naphthae Unc. 1. & 1/2. per vitrum ſeparatorium facile ſeparandi, & e cujus reſiduo *Spiritus Nitri dulcis* genuinus poteſt deſtillari.

OBS. 3) De *Naphtha* ſ. *Aethere Nitri* eadem valent, quae de Vitrioli dicta ſunt, magis tantum coloris ſtraminei, poma ſic dicta *Boſtorfer* redolens, ſaporis amariuſculi; in aëre efferveſcit, & tantum continet elaſticitatis, ut lagenae ſaepius hac Naphtha impletae diſſiliant, & multum ſemper hinc avolat poſt quoddam temporis intervallum; flamma ejus

multo magis ſplendeſcit, quam Aetheris Vitrioli, relinquit carbones poſt combuſtionem.

Hujus *Aetheris acquiruntur* Drachmae 17. deſtillationis ope, ex Unciis 2. *Spiritus acidi Nitri fumantis*, & Unc. 3. *Spiritus Vini*. Separatione ſine deſtillatione e Libris 5. hujus acidi Nitroſi & Libris 6. Spiritus Vini acquiruntur *Naphthae Nitri* Librae 5. Acido liberae, l. tinctura Laccae ob colorem rubrum eſt mangoniſata ſaepius, quae patent uti Naphtha Vitrioli. *Sande* & *Hahneman*.

OBS. 4) *Naphthae Nitri* ſ. *Aetheris Nitri* praeparationem *Dollfus* ita commendat ex Unc. 4. *Nitri* probe ſiccati cum Unc. 2. *Olei Vitrioli* & Unc. 4. *Spiritus Vini* ſuperfuſis, rite deſtillatis; quo oriuntur in initio vapores rubri-acido nitroſi, fundum petentes, ſi Spiritus Nitri in vaporibus albis, (qua Spiritus dulcificatus Nitri condenſatus,) exire incipit. Priores 6. Drachmae transgreſſae, (qua Spiritus Nitri dulcificatus conſiderandus,) auferuntur, deſtillantur quoque leni igne Unc. 3. & rectificantur tum ſuper Aquam & Sal lixivioſum, quo acquiruntur Unc. 2. Aetheris Nitri. *Piepenbring*.

In Parte 2. commendat methodum aliam meliorem - ſimpliciorem, non tam ſumtuoſam, nec tam periculoſam in praeparatione, *Weſtrumb* nimirum. Immittendae ſunt Librae 5. *Alcoholis* optimi, e Spiritu Vini (Franzbrantwein,) acquiſiti, retortae vitreae, continentis Menſuras 6. Aquae, ad refrigerium usque relinquend. ſucceſſive tum Libr. 1. *Acidi Nitri fortiſſimi* in portionibus parvis admiſcend.

collum retortae purificandum tum eſt cum Unc. 12. *Alcoholis*, balneo arenae committend. adaptatis omnibus, congrue deſtillandi tum ad acquiſitionem Unc. 24. *Spiritus Nitri dulcis*, de quo ſeparavit pondus duplum *Aquae Calcis*, ſaepius ⅔, l. interdum 1/2. eximie *Naphthae Nitri*. Reſiduum exhibet ſemper in retorta, affuſo ſucceſſive *Alcohole*, Libras 12—15. eximii acidi Nitri dulcificati. *Weſtrumb.*

NAPHTHA VITRIOLI,

ſ. *Aether Vitrioli*, ſ. *Aether Frobenii*, ſ. *Oleum Vini.*

Rec. *Spiritus Vini rectificatiſſimi*, ſ. *alcaliſati*, Unc. 24.

Inſtillentur guttatim per vices, ne nimia oriatur phialae incaleſcentia,
Olei Vitrioli concentr. Unc. 6.

Obturata phiala, per menſem in loco frigido quieſcat Mixtura, deſtillanda in retorta vitrea, cum recipiente amplo bene lutato, leni ignis gradu e balneo arenae, ad Mixturae in retorta elevationem, aut ſaltem ad magnarum bullularum intumeſcentiam, & ad maſſae tranſitum inchoantem, vel donec odor ſulphureus percipiatur, quo deſtillatio deſiſtatur, & recipiens cum liquore deſtillato auferatur, deſtillatumque ſub nomine *Spiritus Vitrioli dulcis*, ſive *Liquoris anodini mineralis Hoffmanni* per *deſtillationem*, in vaſis optime clauſis adſervetur.

Reſiduo in retorta relicto de novo adfundantur *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Unc. 12.

& de novo inſtituatur deſtillatio leni igne, donec maſſa nigra in retorta in bullas elevetur, quo recipiens cum contenta Naphtha dematur, & denuo

Spiritus Vini rectificatiſſimi Unc. 12.

Reſiduo nigro in retorta relicto ſuperfundatur, & uti prima vice deſtillationi ſubmittatur. — Haec *Spiritus Vini* adfuſio & deſtillatio decies circiter bono cum ſucceſſu repeti poteſt, & quavis vice conſiderabilis Naphthae quantitas obtinebitur. — Si *Naphtha*, quae phlegmati, cum ea in excipulum transgreſſo, ſub forma olei innatat, & infundibuli ope ab eo ſeparanda eſt, albi coloris gratique odoris ſit, nec Sulphur redoleat, nec acidum ſaporem linguae imprimat, *bona* eſt, nec *depuratione* indiget; ſin *contra*, cum duplo *Aquae Calcis*, vel *Lixivii alcalini miſcenda*, & per aliquod tempus in vaſe clauſo relinquenda eſt, donec Naphtha, inſtar Aquae pellucida, Liquori ſupernatet; tumque ſeparatorii ope auferatur, & in parvis vitris optime clauſis, & inverſe in Aquam frigidam aluminatam repoſitis adſervetur. — *Naphtha Vitrioli* aeque ac *Naphtha Nitri* admodum inflammabilis & volatilis eſt, unde vapores ejus late ſe diffundunt, & a flamma e longinquo occurrente accenduntur.

Pharm. *Fuldenſis.*

Nota 1. *Phlegma*, a Naphthae ſeparatione reſiduum, tam odorem, quam ſaporem Naphthae adhuc poſſidet, & inſignem ejus partem adhuc ſecum vehit; ſi itaque conſiderabilis phlegmatis copia praeſto ſit, illa cum additione Alcali caute deſtilletur ad impetrandam Naphtham, in eo adhuc latentem; ſi vero phlegmatis copia ad laboris & ſumtuum ſolutionem non ſufficiat, illud in vitris clauſis adſervetur, donec ex alio labore ſufficiens ejus quantitas acquiratur. Si labor conſiderabili

Liquorum copia inſtituatur, & reſiduo primi laboris, dimidia ſemper Alcoholis portio in nonam vel decimam vicem adſundatur, atque e phlegmate Naphtha educatur, tunc tantum obtinetur Naphthae, ut illa dimidiam Alcoholis adhibiti partem aequet.

Nota 2. Si relicta poſt totidem deſtillationes maſſa nigra, ob multam ex Alcohole in ſe receptam aquam ad ulteriorem Naphthae ſeparationem inepta ſit, tunc illa iterum concentranda eſt; quod fit, effundendo Liquorem nigrum in vas vitreum lati orificii, illud tertia ſui ponderis parte Aquae diluendo, ac tamdiu in libero aëre relinquendo, donec ſulphureus ejus odor diſparuerit: tunc vero Liquor filtratus retortae immittatur, & moderato igne ſuperflua Aqua abſtrahatur. Cui vero haec dephlegmatio, vel nimis diuturna, aut incommoda videatur; ille liquorem hunc nigrum, *qui nihil aliud eſt, quam Acidum vitriolicum Aqua ex Alcohole attracta onuſtum*, Aqua dilutum & colatum, vel ad *Lactis Sulphuris*, vel ad *Sulphuris Antimonii praecipitationem*, vel denique ad *Vitrioli Martis praeparationem*, adhiberi poteſt.

Nota 3. Obtentus ex prima deſtillatione *Liquor anodinus mineralis*, ſive *Spiritus Vitrioli dulcis* multo praeſtantior reddi poteſt, ſi ſuper Alcali vegetabili depurato & ſicciſſimo rectificetur; hac enim ratione non modo ab adhaerente forſitan Acido vitriolico, ſed a ſuperfluo etiam phlegmate liberatur. Pharm. *Fuldenſis*.

VIS & USUS jam determinatus eſt ſupra, qua multo fortius & efficacius, ubi ſermo erat, de *Liquore anodyno minerali Hoffmanni*.

Caeterum VIS ejus fortior *exhilarans*, *excitans*, *animans*, *anodyna*, *analeptica*, *ſtomachica*, *carminativa*, *antiſpaſmodica*, *nervina*, *roborans*, *antiſeptica*, *diaphoretica*.

DOSIS a Guttis 6—12—15.

USUS praecipue *conveniens* cum *Liquore anodyno miner. Hoffmann*, & quidem in *moleſtiis ſpaſmodicis* - *hyſtericis*; morbis *putridis*; *humorum tenacitate* - *lentore*; in affectibus *ſoporoſis* - *apoplecticis* - *paralyticis*: ad varios *dolores*, *colicam*, *arthritidem*, *podagram*, *cephalalgiam*; *diarrhoeam*, *dyſenteriam*; ſaepius in connubio cum *Laudano Sydenhami* liquido, ſ. *Oleo animali Dippelii*, ſ. *Liquore Cornu Cervi* ſuccinato, puerperis *anodynum* - & *partum promovens*. *Piderit.*

Optimum *antidotum* exceptis emeticis, ad venenoſa ſpongia; — *Vis* ejus *calefaciens* inconcinne a quibusdam metuitur. *Sande* & *Hahneman*.

In *odontalgia* quoque, ſpecificum certiſſimum, ad *atrociſſimos* dentium dolores *ſedandos*, *goſſypio* exceptum, denti carioſo impoſitum: quo aegroti ſe frigus glaciale exinde ſentire dicunt. *Piderit. Sande.*

Caeterum in *tuſſi convulſiva*, *arthritide*, *rheumatiſmo*.

Plura vide *Liquor anodynus*.

OBS. 1) *Nitri Naphtha* cum *Vitrioli conveniens*, eodem modo paratur, commixtis tantum *Spiritus Vini rectificatiſſimi* in majori vitro contentis Unc. 12. — *Spiritus Nitri* concentrati Unc 6. ſenſim affuſis: & pari modo *Naphtha Salis communis* addito *Spiritu Salis dulci*, *Alcoholi Vini* concentrato, deſtillatione acquiritur, a ſuperiorib. vero differens.

OBS. 2) Ad *Naphtham* ſ. *Aether Vitrioli* acquirendum *Piepenbring* commendat Mixturam ex *Olei Vitrioli* Unc. 24. commiſcend. ſucceſſive guttatim cum Unc. 24. *Spiritus Vini* rectificatiſſimi, deſtillandi rite leni igne ad tranſitum Aetheris, quod exhibet Liquorem bonum - amoenum - ſuaveolentem - anodynum, probe aſſervandum in vaſculo clauſo; deſtillatio tum continuatur tamdiu, donec deſtillatum odorem acquirit ſulphureum, hinc vitra ſaepius commutanda ſunt: quo tum transgreſſum in excipulum *Aether* genuinus eſt; & phlegma quoque eximie Aether redolens. Deſtillatio tamdiu continuatur, ac nullum Aether, ſ. nullae ſtriae unguinoſae apparent, quo tum ultimum transgreſſum erit Aether, Sulphur redolens, iterum ſeparatim aſſervandus.

Reſiduum dephlegmatur, tamdiu ac Guttae leniter ſuccedunt: admiſcetur tum noviter tanta *Spiritus Vini* copia, quae reſiduum requirit ad congruam deſtillationem uti priorem. Operatio haec ſi ter- quater repetita eſt, in vitro contentum Acidum Vitrioli tunc intumeſcit, quo tum deſtillatio finienda eſt, etſi Sevi quaedam portio addita hanc inflationem impediret, obſervationibus quibusdam. — Melius vero proceditur, ſi cauſa aufertur inflationis, materia nempe nigra, ab acido, filtri ope, l. arena, l. vitri contuſi ope optime aufertur.

Rite omnibus hiſce prius obſervatis, deſtillatio ſi denuo eſt inſtituenda, reſiduum tum hocce iterum dephlegmatur, caeterum tum omnia, uti ſupra, ſunt inſtituenda; alias aſſervari quoque poteſt reſiduum ad praecipitandum, vel ad praeparationem alterius remedii.

Spiritus anodynus ex omnibus deſtillationibus obtentus commiſcetur probe,& adhibetur tum, qua Liquor anodynus. — Primum acquiſitus, non Sulphur olens, Aether commiſcetur quoque, more vero conſueto ſeparatur a phlegmate, rectificatur, ad eum plane ab acido liberandum, l. Alcali ope, l. Magneſiii, (Braunſtein;) reliquus quoque acquiſitus Aether, Sulphur redolens, pari modo liberatur ab hoc odore. *Piepenbring.*

OBS. 3) *Herold* cupit tantum *Spiritus Vini rectificati*, & *Olei Vitrioli fortis* partes aequales, commiſcendi caute ſucceſſive, concutiendo bene miſcendi, deſtillandi leni igne in retorta balneo arenae commiſſa, dein augendi omnibus antea probe lutatis, ad formationem bullularum magnar: l. ad ebullitionis adparitionem, quo tum haecce Mixtura immittitur in *ſolutione Sal. alcalini* in *Aqua*, & quo tum Oleum ſupernatabit, vitro ſeparatorio probe ſeparandum, reiterandum toties, usque dum odor ſulphureus plane diſparuerit.

In retorta remanens commiſcetur iterum cum *Spiritus Vini* rectificati Libris quibusdam, quo acquiritur iterum *Naphtha*, in parva quidem copia, Liquor anodynus eo ſuavior. — *Naphta* parari ſemper poteſt cum quovis alio Acido, uti *Vitrioli - Nitri - Salis - Aceti*, & *Urinae*, ſi ea tantum forti ſat modo poſſet parari. — Caeterum ſunt omnes hae *Naphtharum Species* multo volatiliores, quam *Olea* eſſentialia. *Herold.*

OBS. 4) *Naphtha.* ſ. *Aether. Vitrioli* officin. qua fluidum 0, 732. leve, ſumme pellucidum - ſua-

ve- valde ſubtile, forte tamen, & penetrans ratione odoris, ſaporis ignei & frigidi in lingua, inflammat ſeſe ſubito in diſtantia quadam flammae, comburit ſe cum flamma alba & magis lucida, quam in Spiritu Vini, alias conſueta, & relinquit quid fuliginis. — Ex omnibus Liquoribus quam citiſſime evaporat, Gutta enim quaedam ex alto delapſa, avolat ſubito & prius, antequam in terram cecidit, calefacta haec Naphtha ſolvitur plenarie in aëre quodam inflammabili, & relinquit $\frac{1}{8}$. phlegmatis, Aquae calidae immiſſa ſibilat.

Solvit Ambram haec *Naphtha*, Succinum, Petroleum, Phosphor. & Sperma ceti, iſtius generis Reſinas in quae Spiritus Vini nil efficit, quae inſpiſſatum mixtum continent Olei aetherei & ſqualidi, Copal &c. uti & lapides bilis ciſticae, ac omnia Olea expreſſa, conſtat ex Oleo aethereo ſubtiliſſimo, Spiritus Vini puriſſimis partibus inflammabilibus, (Feuerweſen,) mixtum, acquiruntur Librae 10. & Unc. 2. hujus Liquoris aetherei, reiteratis deſtillationibus e Libris 6. Olei Vitrioli & Libris 21. Spiritus Vini.

Ex anglia acquiſita, redolens vulgo empyrevmatice, plane eſt rejicienda, uti & Acidum Sulphuris redolens.

Aether in omni proportione a Spiritu Vini ſolubilis, mangoniſatio hinc eo vulgo fit, mox ſeſe manifeſtans, ſi partibus aequalibus Aquae miſcetur, quo tum Aether ſupernatabit, augmentum vero ita acquiſitum, indicat copia Spiritus Vini, commixta lucri cauſa miquo valde modo. *Sande. Hahneman.*

OBS. 5) Ph. *Roſſica* ſuadet *Spiritus Vini*, in *Aetheris vitriolici* rectificatione ſecundo loco acquiſiti, ut *Aqua* diluatur, quo tum a ſe dimittet *Naphtham.* Si reſiduum primae deſtillationis, e quo Aether fuit acquiſitus, novae deſtillationi ſubjicitur, addito ſabulo & *Aqua*, nova obtinetur *Naphthae* portio, addito pauco *Alkali Lignorum* rectificanda.

vid. Ph. Suecic. *Aether vitriolat.*

Piderit ſuadet *Acidi Vitrioli* concentrat. glacial. Nordhuſan. — *Spiritus Vini* rectificatiſſimi ſ. alcoholiſat. ana Unc. 8. deſtillandi uti ſupra, & reſiduo *Spiritus Vini* rectificatiſſ. Unc. 4. addendi.

OBS. 6) Variae adhuc exſtant in *Diſpenſator. Naphtharum* compoſitiones, ex tempore facile praeſcribendae l. non tanti *uſus ;* e. gr.

1) *Naphtha* — *Acetoſellae* ex acido *Acetoſellae Alcoholi Vini* mixta ;

2) *Naphtha Lignorum* ex acido *Ligni, Alcohole Vini* intime juncta ;

3) *Sachari* — *Sachari* cum *Alcohole Vini* juncta ;

4) *Nitri* — *Nitri* & *Alcohole Vini ;*

5) *Salis* — *Salis culnaris* & *Alcohole Vini ;*

6) *Urinae* — *Urinae* & *Alcohole Vini ;*

7) *Vitrioli* — *Vitrioli* & *Alcohole Vini*, uti in *Liquore anodyno miner. Hoffmann.*

OBS. 7) *Naphtha* ſ. *Aether Salis culinar.* ad *Piepenbring* eſt problema. Minime eſſe creditur *Oleum* iſtud grave flavum, in fine deſtillationis conſuetae Spiritus Salis dulcis acquiſitum, Naphtham Salis, uti quidam adhuc recentio-

res

res putarunt, ſed eſt *Oleum Salis*, ad *Weſtrumb*, qui ſigna diagnoſtica inter *Aether* & *Oleum Vini* accurate determinavit.

OBS. 8) In parte 2. *Piepenbring* communicat viam meliorem *Naphtham* ſ. *Aether*. deſtillandi & depurandi, qua multo celerius omnia peraguntur. — Retorta vitrea loricata igni aperto reverberii committenda eſt, ante mixtionem ita praeparand: magnum enim caloris gradum ea poteſt perferre, quo in minutis 4. tantum ad coctionem redigitur, munita tubo intermedio argillaceo, a tubulato receptaculo (Vorlage,) qui ſuſcipitur, cum incurvato tubo vitreo ſimul conjuncta, in lagenam Aqua impletam ſeſe vergens. Hocce modo operatio Librarum 12. finita jam eſt in horis $\frac{3}{4}$. Argillaceus tubus intermedius perpetuo poteſt refrigerio committi, quo impeditur plenarie, ut *Aether* appareat in forma aërea.

Si acquiſitum phlegma nondum plane eſt *purum*, tum huic conducunt ſcopo *Cineres clavellati* depurati, quo vero Acidum vitriolicum, (ante intimam ejus conjunctionem,) aërem fixum prius expelleret, quae tum ab Aethere exciperetur. Hancce incommoditatem in guſtu avertendam, adhibuit *Piepenbring* Terram amaram ſalinam, (Bitterſalzerde verkalchte,) ſuper quam Aether in balneo Aquae abſtraxit, quae eximie profuit.

NIHILVM ALBVM, SEV POMPHOLYX.

Eſt *Zinci* flos albus, inter fuſionem minerarum Zinci ſuperne lateribus camini adhaerens, atque inter fuſionem Orychalci, inſtar fumi albi, rimas fictilium penetrans.

USUS ad *Collyria* & *Emplaſtra exſiccantia;* ad *oculorum inflammationes* ob vires *exſiccantes* & *repellentes.* *Plenck.*

OBS. *Nihilum gryſeum* ſ. *Tutia* eſt *Zinci ſublimatum cinereum*, in praeparatione Orychalci inferne lateribus fornacum adhaerens.

NITRVM ANTIMONIATVM,

ſ. *Stybiatum*, vide *Antimonium diaphoreticum.*

NITRVM CRYSTALLISATVM,

ſ. *depuratum.*

Rec. *Nitri commun.* Unc. 36. ſolve in

Aquae fontan. fervid. Unc. 144. ſaltim in haud majori quant. quam *Aquae* ad ſolutionem neceſſariae, donec gutta in laminam vitream cadens, cryſtallinas habeat fibras: tum Liquor per nychthemerum quieſcens, adhuc calidus per chartam emporeticam, coletur, loco frigido reponetur, ad cuticulam prius evaporatus, ubi tunc ſtatim elegantiſſimae, puriſſimae a *Sale communi*, ſatisque denſae ac longae *Cryſtalli pyramidales* oriuntur, quae colligantur, ſupra chartam emporeticam in aëre libero ſiccentur, uſuique ſerventur, e quibus priores ſemper puriſſimi. *Piderit.* Ph. *Suecica. Herbipolitan.*

VIS *temperans, refrigerans, antiphlogiſtica, reſolvens, antiſpasmodica, antiſeptica, carminativa, relaxans* ſolida, *irritationem minuens;* hinc *temperans, diuretica,* leniter *laxans* in majori doſi.

Nitri nonniſi hac ratione depurati ad uſus internos, & quidem

USUS in *orgasmo ſanguinis*, in *ſanguine* denſo, morbis *inflammatoriis*, *febribus ardentibus:* in *varia-*

lis, *purpura*; uti & in *affectibus ſpasmodicis*, infimi inprimis *ventris* & *flatulentiis*, fibras eximie relaxando, debilitando, orgaſmum minuendo. — Cruditates in primis viis *incidens*, *bilem temperat*, *alvum ſtimulando* ſollicitat, convenit in *obſtructionibus* & *alvi ſegnitie*, ſpasmis inprimis l. ſumma fibrarum ſtrictura junctis: & quidem a Granis 20—60.

In *faucium* & *tonſillarum inflammatione* ad *Gargarismata*, & ad *Enemata*, ſcopo irritante ad Drachm. 3—6. & in *Aqua temperante*, ubi lenis temperies requiritur, in majori inflammatione, in cohaeſione fortiora requiruntur, uti Acida *Vitrioli*, & *Sulphur Antimonii auratum*.

In *morbis inflammatoriis* caute exhibendu eſt tempore criſeos, motus enim naturae ſalutares nimium compeſcit, & facile criſin turbat.

In initio *gonorrhoeae malignae*, & *fluoris albi maligni*, in emulſione cum ſeminibus *Cannabis* vel *Amygdalis* dulcibus. *Bicker*.

In connubio *Camphorae Tralles Nitro* utitur, & in omnibus *acutis* morbis larga manu utitur *Nitro*, omnibus aliis temperantibus praeferente.

Caeterum *externe* ad *gargarismata* & *clysmata antiphlogiſtica*. *Plenck*.

OBS. 1) *Nocet Nitrum depuratum* ob *vim* ejus valde *relaxantem*, & *debilitantem* fibras, in *febribus putridis* & *malignis*, uti quoque in *lentis* & *hecticis*; pari modo caute in *haemorrhagiis*, qua *temperans* inſigni fibrarum *debilitate* juncta; in *depravata digeſtione*; in *diarrhoeis*, *dyſenteriis*, *alvi fluxibus*.

OBS. 2) *Nitrum vitriolatum*, vide *Arcanum dupli-*

catum. Reſiduum poſt deſtillationem *Spiritus Nitri Glauberi* ſolve Aqua calida, per chartam cola, & *Sal* in cryſtallos redige. Ph. *Londin.*

OBS. 3) Exſtat quoque in *Diſpenſatoriis* quibusdam,

1) *Nitrum ammoniacale*, e *Nitri* acido cum *Sale* alcalino volatili ſaturato.

2) *Nitrum cachecticum*, e *Martiali* cum *Tartaro* vitriolato.

3) *Nitrum cauſticum*, e Regulo *Antimonii* martiali cum *Calce viva.*

4) *Nitrum cubicum*, e *Nitri* acido cum *Alcali* minerali.

5) *Nitrum flammans*, *fulminans* - *regeneratum-tabulatum.*

6) *Nitrum fixum* e *Nitro* detonato, *carbonibus.*

Partim *exoletae* officinales *praeparationes*, partim ad *uſum chemicum* deſtinatae.

OBS. 4) *Nitrum fixum* paratur vulgo a *Nitro* ordinario cum pulvere *Carbonum* deflagrato. Si vero Nitro ſufficiens quantitas *Alkali* addita eſt, & affuſo tum *Acido vitrioli, vapores* tum *albi* aſſurgunt in tali Nitro fixo; *rubri* vero *vapores*, ſi Acidum quoddam adhuc reſtat. *Lieblein* obſervat.

OBS. 5) Ph. *Fuldens.* cupit *Nitri crudi* Unc. 36. — *Sal. Alcal.* vegetabil. depurat. Unc. 1. ſolvend. in vaſe vitreo cum *Aquae commun.* ebullient. Unc. 72. ſolutionem calidam filtratam per chartam bibulam reponendi in loco frigido, quo cryſtalli magni puri oriuntur.

OBS. 6) *Nitrum ſaturninum* commendat *Keupp*, qua valde proficuum in *Gargariſmatibus* &

Collyriis, e *Nitri crudi* cryſtalliſat. Unc. 3. — *Sachari Saturni* Unc. 2. ſolvend. in *Aquae Roſar.* quantit. ſuffic. & in vaſe vitreo ad pultis craſſioris conſiſtentiam evaporandi, leni tum calore penitus exſiccandi.

OBS. 7) *Nitrùm depuratum* officinale indicat vulgo *Nitrum prismaticum*, ex Oſtindia acquiſitum, l. artificali praeparatione ex Acido nitroſo & - Sale alcalino vegetabili & phlegmate compoſitum, e columnis criſtallinis ſexangularibus ſtriatis; ſaporis frigeſcentis - acris-amari: ſolubile in Aqua commun. 50°. Gran. Reaum. in proportione, uti 23 : 24. in frigore forti inſignem imbibens copiam Aquae, ad plenariam ejus ſolutionem; Cryſtalli caeterum ejus ſicci & pellucidi manent in aëre, in fluorem caeterum transeunt in fluxione & coctione candente, multum aëris dephlogiſtiſati evaporant, ex Uncia circiter Nitri ad 80. Cubic - Zolle.

In Nitro candente addito corpore inflammabili Acidum cum motu diſſipatur, quod detonatio appellatur. Acida fixiora Salis ſedativi, - Arſenici - Vitrioli - Phosphori - Molibdaenae diſſolvunt Acidum Nitri ab Alcali vegetabili, quod dein exhibet Sal medium diverſi generis. Acidum Tartari praecipitat Alcali vegetabile, qua Cremor. — Variis Salibus heterogeneis adulteratum eſt Nitrum crudum, e quibus Sal culinare, Terra amara ſalino-acida - & acido - nitroſa, & calcarea eminet, uti & *Sal ammoniacum nitroſum.* &c. Humeſcit enim tum iſtius generis Nitrum, detonat in fluore candente, ſaporis eſt alieni, diſſolvitur addito Alcali fixo l. odorem Salis am-

moniaci, l. Terram praecipitatam decomponit Vitriolum Lunae ad Lunam corneam, &c. Coloris caeterum eſt rubeſcentis & ſqualidi.

Bonae notae Nitrum apparet in Cryſtallis magnis-nitide efformatis, inſtar Aquae pellucidis-ſiccis-ſonantibus, gravitatis ſpecificae 1,920.

Mangoniſatio cum Cryſtallis oblongis *Salis mirabilis Glauberi*, (ſi non tam forte Lixivium Salis Glauberi ſubitaneo frigori magno exponitur,) ſolo aſpectu non tam facile apparet, multo facilius ſapore amaro non acri, & nulla ſubſequente detonatione - alias conſueta, prunis injectum. Iſtius generis Sal ſolutam Cornuam copioſe praecipitabit, uti & Terram gravem - acido - ſalinam, (Schwererde.)

Depuratio Nitri a *Sale culinari*, (Korn) fortiori coctione, dilutio Lixivii ſufficienter incocti cum triplo Aquae bullientis, & criſtalliſatio in frigoris gradu inſigni, ſub 32. Fahrenheit,) eſt ad *Hahneman* obſervata, methodus optima, uti & tam via humida, quam ſicca, & in magna Nitri copia, ſubitanea candeſcens fuſio Nitri, & decantatio a Sale culinari in fundo haerente. *Sande* & *Hahneman.*

NITRVM ANTIMONIATVM,

vide *Antimonium diaphoreticum.*

NITRVM VITRIOLATVM,

vide *Nitrum cryſtalliſatum;* &
vide *Tartarus vitriolatus.*

OCVLI CANCRORVM PRÆPARATI,

vide *Lapides Cancrorum praeparati.*

OLEVM ABSYNTHII DESTILLATVM
Viride, eſſentiale.

Rec. *Summitat. Abſynthii* recent. parum & modice ſiccatar. Unc. 300. Inciſae & conquaſſatae macerentur per triduum in

Aquae fontanae Unc. 900. additis

Salis communis Unc. 36. (quibusdam non tam neceſſarii,) deſtillentur dein e veſica, ad tertiam partem repleta, Aquae innatans caute ſeparetur, gradatim aucto igne, *Oleum* viridis coloris - & amari ſaporis. *Piderit*, Ph. *Danica.*

VIS *tonica*, *roborans*, *ſtomachica*, *ſtimulans*, *calefaciens*, *carminativa*, *antiſpasmodica*, *anodyna.* Cujus Olei inamoeni - narcotici - nauſeoſi, a *recenti* herba bona parat: coloris obſcure - *viridis*; a *ſicca* fuſco - *flavi*; a planta *humida flavi* plane coloris.

USUS in *languore* poſt febres, *concoctione depravata*; in *affectibus verminoſis*, *ſpasmis*, variis *evacuationibus praeternaturalibus*, *torminibus*, *ſingultu*, uti e. gr. ad *vomitus*, & infimi ventris *ſpasmos* ſiſtendos conducit *Mixtura* haec concentrata, omni 2—3 horio ad Guttas 15—20—30. ex *Olei Abſynthii deſtillati* Drachm. 1. ſolut. in *Spiritus Vini rectificatiſſimi*, & *Liquor. anodyni miner. Hoffmanni* ana Unc. 1/2, *Piderit.*

Externe in *doloribus ventriculi*, *diarrhoea*, & ad *lumbricos* necandos, abdomini illitum prodeſt.

Aſcarides in inteſtino recto necat, injectione tantum adplicatum. *Plenck.*

DOSIS Gutta 1—3. in congruo vehiculo.

OBS. 1) Conſueto more *Olea deſtillata*, ita propi-

nantur, ut, ſub *Elaeoſachari* forma, dentur ita, paucis exceptis, quae ſuis locis occurrunt, ad *Sachari canarienſis* Unc. 1. — *Olei deſtillati* praeſcripti Guttae 16—20. veniant, quae ad 4. Doſes plerumque exhibentur, ita, ut aeger in quavis Doſi, *Olei* Guttas 4—5. capiat. In varia Doſi adduntur *Elaeoſachara* haec, l. *ſola*, l. pro corrigendo ſapore; vel qua *coadjuvantia* aliis remediis, a pharmacopolis ad praeſcriptionem qua recentia parentur.

OBS. 2) Diſp. *Fuldenſe* cupit *Abſynth.* ſemiſiccati-conciſi, Unc. 72. — *Aquae fontanae* purae Libr. 18. tum uti ſupra deſtilland.

OBS. 3) Adulterantur *Olea Eſſent. deſtill.* triplici modo:

a) Commiſcentur cum *Oleis expreſſis*, quod detegitur, ſi *Olei* guttula, in chartam papyraceam infunditur, & haec atramentum tunc non admittit: Vel ſi *Oleum deſtillatum* in *Spiritu Vini rectificatiſſimo* ſolvitur, & ei admixtum, expreſſum in parvas guttulas, ſeparatum apparet. Funditur eſſentiale, expreſſum fundum petit.

b) Cum *Oleo Terebinthinae adulteratur*, quod ex odore vero mox patebit. *Terebinthina* affuſo *Spiritu Vini* rectificatiſſimo praeſens ſe prodit, genuinum Oleum in eo ſolutum manet.

c) Cum *Spiritu Vini* quandoque combinatur, quod vero patet: ſi *Oleum* cum *Aqua* commiſcetur, quo tunc *Aquam albam & lacteam* reddit, ſi *Spiritus Vini* ei additus fuerit.

Ph. *Danica. Piderit. Herold.*

Non minus obnoxia ſunt *depravationibus Olea deſtillata aetherea*-graviora, -*Oleum Cajeput.*

Caryophyllorum, - *Lavendulae*, - *De Cedro*, *Rutae*, - *Juniperi*, - *Chamomillae*, - *Succini*, & id genus alia corrumpuntur *Oleo Vini*, l. *Spiritu Vini* rectificatiſſimo, l. *Oleo Balſami* de *Copaiva*, & ſicut *Terebinthina* vel ante, vel poſt deſtillationem cum aliis vilioribus Oleis commiſcentur: e. gr. *Oleum Caryophyllorum* - *Oleo Piperis jamaicenſis*, quod colorem obſcuriorem, & odorem longe debiliorem habet. — Olea graviora uti *Caryophyllorum* - *Cinnamomi* Aqua commun. mixta fundum ſubito petunt, & expreſſum ſupernatat.

Oleum Lavandulae, - *Oleo Rorismarini*, l. etiam Oleis pinguibus, e.gr. *Oleo* - *Nuciſtae*, - *Amygdalarum* dulcium, quinimo *Oleo* - *Olivarum* & *Lini* depravatur.

Oleum autem *Nucis Moſchatae* - *Spermate Ceti* vel *Sevo* commiſcetur. *Biedermann.*

OBS. 4) Deſtillationis ope cum Aqua, vapores transgreſſae - volatiles, qua partes oleoſae plantarum abſconditae, adſunt cum omnibus eorum qualitatibus in diverſis partibus, l. in tota planta, ſeparantur hac operatione tantum, in *Spiritu Vini* ſunt ſolubiles, uti in Aethere, in Adipe animalium, in quovis Oleo deſtillato & expreſſo; a Spiritu Nitri tantum fumante, (qua graviora,) l. tamen in connubio cum Oleo Vitrioli, (qua leviora,) ad flammam usque ignem concipiunt, nunquam ranceſcunt, l. deſtillatione mutantur, nec cum Aqua poſſunt miſceri.

Rite parata genuina *Olea*, *odorem* plane ſaturatum, uti & *ſaporem* vegetabilium, e quibus ſunt parata, debent continere.

Pretioſa cum vilioribus deſtillata *Olea*, (excepto Terebinthinae Oleo,) facile quum mangoniſantur, permultum ſemper tum conferret iſtas *fraudes* ſecurius *detegendi*, ſi quivis pharmacopaeus iſta Olea ſibi compararet, quae in calidiſſimis regionibus, in iſtis tantum locis recenter deſtillari poſſunt, iſtae enim plantae apud nos nunquam vegetant, nec tantum gradum bonitatis, ſubtilitatis, ratione odoris & virium, poſſunt aſſequi, in exigua tantum doſi ſibi compararent e primis commercii locis, & quam accuratiſſime aſſervarent, quocum odor genuinus - ſapor - color - gravitas &c. bonitatem vulgo venalium quam certiſſime manifeſtaret. *Oleum* admixtum *ſpurium*, accurate comparatum, hisce genuinis mox ſeſe proderet, & inter exitioſa ſe ipſum referret. — Olea caeterum praeparata e plantis non tam pretioſis- domeſticis- vulgaribus, ſibi ipſi accurata propria deſtillatione compararet quivis pharmacopaeus, & ſemper hocce modo optimae notae in promptu deberet habere.

Mangoniſatio Oleorum deſtillatorum cum *Terebinthina* mox patet, ſi ſpurii iſtius Olei guttae quaedam linteo inſtillantur, quo dein per motum aëris largum ſubtile Oleum avolat, & *odor terebinthinaceus* tantum remanet, & mox ſeſe certius manifeſtabit, ſi locus eo illinitus in candela, l. in prunis, l. in fornace incaleſcit, quo modo pateſcit quoque certo *mangoniſatio* cum *Oleo Copaivae.*

Mangoniſationem cum *Spiritu Vini* mox deteget affuſa *Aqua communis* ad partes aequales, quae lacteſcit; *Oleum aethereum* ſeſe ſeparat,

& pondus ſpecificum amiſſum declarabit copiam *Spiritus Vini*, ad adulterationem adſumti.

Mangoniſatio quoque occurrit in *Oleis expreſſis Oleorum* ope *inodorum*, (e. g. *Olei Behen*,) Olea nempe iſta concutiuntur cum partibus 6. *Spiritus Vini*, ad partem tantum aethercam ſolvendam, quo dein expreſſum unguinoſum remanet. Commixtio talis ſpuria patet quoque, ſi ejus Guttae quaedam chartae inſtillantur, & calori ſubjiciuntur; macula iſta pellucida - pinguis - remanens dependet ab addito expreſſo Oleo, deſtillata enim Olea in aëre avolant, ſine ulla macula quadam in charta remanente. Multo leviori modo innoteſcit *adulteratio*, ſi Oleum expreſſum cum partibus tantum vegetabilium odoratis digeſtionis calori exponitur, & tum venditur qua *Oleum aethereum Jasmini - Roſarum - Lavendulae - Majoranae - Caryophyllorum* &c. In calore enim levi partes valde volatiles odoratae, (ſ. Spiritus rector avolant, & Oleum expreſſum remanet plane inodorum - & inſipidum.

Ea quoque Olea qua *vetuſta* & negligenter aſſervata omnem plane ſaporem, odorem, colorem amiſerunt, & magis craſſam - reſinoſam acquiſiverunt compagem, cenſenda & rejicienda ſunt, deſtillationis ope genuinae - & bonae notae ſaltim partes ex iis elicienpdae ſunt. *Sande & Hahneman.*

OLEVM ABSYNTHII PER INFVSIONEM, ſ. *Coctionem* paratur quoque, ſi

Herbae *Abſynth. rec.* junior. Unc. 6—12. inciſae & contuſae infunduntur in

Olei Olivarum recent. non rancidi Unc. 24. macerentur per triduum in loco calido, leni tum igne coquantur perpetuo ſub motu cum ſpatula lignea, ad omnis humiditatis conſumtionem, quod patet, ſi Olei hujus parum prunis injecti ſtatim ſine ſibilo & ſtrepitu flammam concipit, tunc cito ab igne removetur, ſacco ingeritur, & ſub prelo calefacto omne Oleum exprimitur, quod poſt refrigerationem quietam, a faecibus decantatum, ſervetur. Ph. *Herbipolit. Edinb. Danica. Keupp.* Et ad Ph. *Würtenb. Roſar. rubr.* Unc. quaedam addendae praeſcribuntur.

USUS in *doloribus ventriculi*, *diarrhoea*, ad *lumbricos* necandos, abdomini illitum.

OBS. 1) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet Herb. *Abſynth.* recent. conquaſſat. Unc. 3. immittendi lagenae lapideae, eisque ſuperfundendi — *Olei Olivarum* recent. non rancidi Unc. 12. Lagena, tum ſubere & veſica clauſa, reponetur per aliquot dies in Aquam ebullientem, l. Cineres calidos ad Olei cum Herba digeſtionem, qua facta omne Oleum e *Herba* exprimetur, expreſſum vero de novo ſuperfundetur.

Herbae Abſynthii conquaſſate Unc. 3. iterumque uti prima vice in vaſe clauſo per aliquot dies in Aqua ebulliente, aut Cineribus calidis digerantur; digeſtione finita Oleum cum expreſſione colatum, in vaſe, non ad malam inductam conſuetudinem, ſtanneo, ſed lapideo adſervetur.

Eodem modo paranda ſunt *Oleum Anethi - Florum Chamomillae - Hyperici - Verbaſci*, aut quaecunque alia per frequentem uſum introducta

ſunt Olea, quorum omnium virtus ex Olei & ingredientis ſimplicis viribus dimetienda eſt.

Quum *Olea* haecce ob adhibitum ignis gradum citius, adhuc, quam Olea ſibi relicta, *rancescant*, proviſoria eorundem paratio non modo ſuperflua, ſed ſaepius etiam nociva eſſe videtur, eo quidem magis, quo rationalis medicus defectum eorum facilius ſupplere valet, v. g. ſcopo clyſmatico ſaturatum florum, herbarumve deſideratarum Infuſum aut Decoctum, l. Oleum plantae deſtillatum, cum *Oleo Lini* l. Olivarum miſcendo; aut inungendi ſcopo, Oleum eſſentiale plantae indicatae cum porci Axungia, aut Oleo quodam preſſo, maritando. Ubi tamen frequentior eorum apud aniculas uſus eſt, ita, ut rancefcentia Oleorum adeo timenda non ſit; ibi eadem proportionata nihilominus ad uſum quantitate, juxta ſequentem normam parari poterunt. Uti e. g. *Oleum coctum Abſynthii.*

OBS. 2) Ph. *Auſtriaca* praeſcribit, ut Unc. 12. *Herb. Abſynth.* infuſione cum *Olei Olivarum* Unc. 48. macerentur, & coquantur; quo non purum tantum acquiritur *Oleum Abſynthii*, ſed *Oleo Olivarum* mixtum.

OLEVM AMYGDALARVM EXPRESSVM.

℞ec. *Amygdalar.* dulcium aut amarar. commun. non rancidar: (patinae terreae, ſuper debili prunarum igne repoſitae, ibi tamdiu ſpatula lignea agitandae, ad levem incaleſcentiam, ſollicite tamen cavendo, ne nimis fervidae fiant, aut plane adurantur, & Oleum colorem fuſcum acquirat,) qu. plac. in mortario lapideo contundantur, & ſac-

culo cannabino, panno piloſo involvendo includantur, & inter laminas ferreas, prelo ferreo in Aqua fervida calefacto, tamdiu exprimatur, donec *Oleum* omne emiſerit, in frigido loco aſſervandum. *Piderit.* Diſp. *Fuldenſe.*

Herold magis commendat preſſionem frigidam, jam contuſas cupit reiterato incaleſcendi, & & exprimendi, & reiterandi ad tertiam vicem.

VIS *demulcens, antiſpasmodica, reſolvens, relaxans; diſcutiens, emolliens, lubricans, obvolvens, anodyna; Amygdalarum amararum* magis *ſtimulans, relaxans, obtundens, anthelmintica.*

USUS ad partes *criſpatas* & *induratas relaxandas;* ad *ſtricturas* dolorificas; ad *dolores* poſt *partum;* in *nephritide calculoſa; colica ſpasmodica, tuſſi;* l. ad *acrimoniam obtundendam;* in *urinae ardore; pectoris aſperitatibus*, a Drachm. 1. ad Unc. dimid. vel in *emulſionibus oleoſis;* vel in majori Doſi Unc. 1. in juſculo calido exhibetur. *Piderit. Keupp.*

Ad *clysmata* in *cruciatibus* ab *aſcaridibus* in ano ortis: caute vero interne; largiori enim & continuato uſu iſtorum Oleorum primae viae debilitantur leviter, quo humorum lentorum & pituitoſorum generatio fit levis, & ex iis vermium fomes.

Tamdiu ac ſaburra biloſa l. auſtera primarum viarum adeſt. Uſus Oleorum & hujus quoque *Olei* eſt intermittendus.

Caeterum ad *vermes* uti omnia oleoſa, in juſculo calido ab Unc. 1—2. imo plures.

In ſumpto *veneno rodente,* larga Oleorum deglutitio, ſi mature dantur, obvolvendo partes

acres, funeſtos eorum effectus ita impediunt, ut ad eorum plenariam deſtructionem & expulſionem tempus detur.

Externe ad *injectiones lenientes* in *dyſuria, iſchuria;* ad *anchyloſin* a rigiditate *ligamentorum* & *tendinum;* ad *maculas corneae* & *cutis.* *Plenck.*

Ad *clysmata emollientia, relaxantia, antiſpaſtica,* Unc. 1—2. *Olei* hujus addit.

Nephriticorum uti & *Hydropicorum abdomini* externe utiliter *Olea,* & inprimis quoque hoc infricatur; & ſic *auribus* inſtillatum ad *animalcula,* quae irrepſerunt; & ad *ſordes* earundem *induratas* emolliendas; ad *unguenta* & *linimenta emollientia:* ad *ſuſurros* & tinnitus aurium, *Piderit. Keupp.*

OBS. 1) Perinde eſt an ex *amaris* an e *dulcibus* paretur *Oleum,* unius enim naturae ſunt & parum fere differunt. *Piderit.*

OBS. 2) *Oleum Nucum Juglandium - Lini* & *Olivarum* paratur uti *Oleum Amygdalarum* expreſſum. Pharmacopolae non ipſi parant, ſed ab aliis in copia praeparantibus uſu quoque oeconomico emunt, & *Olivarum Oleum* ex *Italia, Gallia,* & *Hiſpania* acquirunt. *Piderit.*

Vires generatim ſunt eaedem, ex iis tamen *Oleum Olivarum* non tam levem acquirit rancidam naturam, nec ventriculum gravat, ac alia.

OBS. 3) Caeterum curandum eſt, ne aeger *Olea rancida* acquirat, hinc a pharmacopolis, *Oleum Amygdalarum* ſemper in minima doſi exprimendum eſt, quae non ultra aliquot dies durat.

Olei Amygdalarum uſus & inprimis *abuſus nocet,* ſi *recens natis* & *puerperis* in variis regionibus

porrigitur, *ventriculum* non ſolum onerando & debilitando; ſed & ob *ſaburram* iſtam, in recens natorum inteſtinis haerentem - acrimoniam quandam generando, ad varia hinc tormina anſam praebet.

Si puerperis a *ſtricturis dolorificis* vexatis porrigitur variorum ſuaſu medicorum, in quibusdam regionibus, reſpiciendum tum eſt, ne *ſaburra biliosa* l. *auſtera* in primis haereat viis, *Olea* enim rancidam leviter induunt indolem.

OBS. 4) *Oleum Amygdalarum dulcium* offic. expreſſum genuinum eſt Oleum fluidum - ſubflavidum - inſipidum - Amygdalas redolens, non inflammans per ſe, nec cum Aqua communi miſcibile, nec a Spiritu Vini ſolubile, ab Aethere vero eo facilius comburit cum fumo & fuligine.

Per aliquot tantum dies manet recens, tum ranceſcit & inutile fit, *Amygdalae dulces* frigide-expreſſae exhibent vix $\frac{1}{3}$ - calide vero dimidium ponderis Olei: - amarae vero $\frac{1}{4}$ exhibent Olei dulcis mitis ſaporis, non facile ranceſcentis, nec qua vetuſtum inutile plane. Furfura utriusque varietatis continent adhuc multum Olei, lacteſcit Aqua ab iis.

Recens ſemper eſt parum turbidum, ob paucam muci copiam, per quoddam tempus dein fit pellucidum: omnis coloris expers eo celerius ranceſcit.

Hujus generis *Olea mitia* inſerviunt ad demulcenda & lenienda varia irritamina, & acrimonias & ventriculi & inteſtinorum, & uriniferarum viarum, uti & pectoris &c. in calculis renum veſicae, in venenis corroſivis &c. —

in

in depravata ventriculi ſaburra, acidum primarum viarum, bilis depravata, Oleo Amygdalarum non domatur: ejus enim copia nocet, debilitando, & levem ranciditatem in inteſtinis excitando: caeterum inſervit ad alvum apertam, & externe inunctum emolliendi. *Sande — Hahnemann.*

Caeterum notandum eſt Aquam nullum reſpectum habere ad Olea expreſſa, nec ſolubilia eſſe in Spiritu Vini, qui ea privat coloris - odoris - & ſaporis. Aether & quodvis Oleum aethereum ea ſolvit: deſtillata, l. rancida facta a Spiritu Vini excipiuntur - foetent, & acrem oſtendunt ſaporem. *Sande & Hahneman.*

OBS. 5) *Oleorum preſſorum depuratio* ad Diſpenſat. *Fuldenſe* optime ſuſcipitur, ſi *Olei* e ſeminibus recentibus non rancidis, ſine colore preſſi quant. plac. miſcetur cum *Muria Salis commun.* ſolo aeſtivi aëris calore facta ſic, ut ad quamlibet *Olei* Libram, Muriae Salis Unc. 1. l. cum 1/2. addatur; quo facto bene mixta quieſcant, donec Muria Salis, cum farinoſis Olei particulis unita, ſubſederit, tum vero Oleum clarum a ſubſidentia decantetur. — Si *Oleum* de hyeme prematur, haec Muriae admixtio non requiritur, ſed ſufficit, ſi Oleum recenter preſſum per 12. horas frigori ad congelandum exponatur, ac dein in loco temperate calido quieſcat, donec omne heterogeneum ſubſederit; quo dein ſupernatans Oleum clarum a ſubſidentia decantetur.

Ut *Olea* autem *impuriora, & ingrata* v. g. *Oleum Lini* & odore & ſapore & pelluciditate *emendentur*, ulterius depurentur per fermentationem hocce modo:

Rec. *Olei Lini* praedicto modo depurati Unc. 48.
Pulpae Pomorum acidorum a nucleis & corticibus liberatorum, & in mortario lapideo per embolum ligneum conquaſſatorum Unc. 12.

Haec vaſi lapideo, l. melius ligneo immiſſa & probe mixta, reponantur in loco temperate calido, ad fermentandum; ſub fermentatione vero quum pulpa elevetur, & Oleo ſupernatet, ſibique relicta ſitum contrahat & putreſcat, ſaltem ſemel quotidie maſſa elevata bacilli ope eousque moveatur, donec ſubſederit, & Oleo iterum tegatur. Ceſſante poſt aliquot dies fermentatione, haec pulpae elevatio ceſſat, & nonniſi ſpuma in Olei ſuperficie adparet; hinc Oleum in quiete relinquatur, donec nulla fere ſpuma amplius obſerſervetur: ſpumatione ceſſante tota Olei & Pulpae maſſa aliquoties iterum agitata, & probe commixta reponatur in cella, & per 14. dies in quiete relinquatur; quo tempore elapſo Oleum clarificatum, odore, ſapore, & pellucidate emendatum a faecibus decantetur, & uſui interno ſervetur.

Pro temporis diverſitate haec fermentatio inſtitui poteſt cum *Pulpa* l. *Fragorum*, l. *Ceraſorum acidorum*, l. *Ribeſiorum*, l. *Rubi idaei* baccarum, l. *Myrtillorum*, probe tamen attendendo, ne ſemina eorum contundantur.

OLEVM ANETHI DESTILLATVM.

Rec. *Semin. Anethi* graveolent. contuſi Unc. 48.
infunde
Aquae fontanae Unc. 182. adde
Salis commun. Unc. 12. ſtent per triduum, tum deſtilla e veſica, ad tertiam repleta par-

tem, (a quibusdam facile omittendi,) & *Oleum, Aquae* innatans ſeparetur. *Piderit.* Ph. *Argentoratenſ.*

VIS uti *Aniſi* & *Foeniculi* eadem, *aromatica, ſtimulans, diſcutiens, carminativa, paregorica, anodyna,* Olei hujus flavi-calidi, odoris inamoeni.

USUS *Interne* caute, in variis infimi *ventris vitiis, cardialgia, colica,* e. gr. in *torminibus, flatulentia,* in *ventriculo debilitato;* ſed caute, nullo praeſente *acido;* uti & ad pertinacem *ſingultum.*

Externe, in *Clyſteribus* contra *ſpasmos* & *flatus, colicam* a refrigerio-*ſingultus* una cum *Oleo Olivarum* ad Scrupul. 1. l. Drachm. 1/2. loco conſuetorum *Oleorum* coctorum addi poſſunt; nec non ad *tormina infantum,* cum *Unguentis* & aliis *carminativis.* *Piderit.*

OBS. 1) Si *Olea* haec *eſſentialia Jalappae reſinae* adduntur, eam tum in corpore noſtro ſolubiliorem reddunt.

OBS. 2) Pari modo parantur e *Seminibus Aniſi* - *Oleum Aniſi;* e *Seminibus Foeniculi* - *Oleum Foeniculi,* quae plerumque e *Thuringia* jam parata, acquiruntur: caeterum easdem vires poſſident cum *Oleo Anethi.*

Oleum Aniſi quoque butyraceum, album & penetrantiſſimum *ecchymoſibus* ſummo cum effectu illinitur.

OLEVM ANIMALE DIPPEL, ſ. *Oleum Cornu Cervi rectificatum.*

Rec. *Oleum Cornu Cervi* foetidi qu. plac. Leni igne e cucurbita vitrea cum impoſito alembico deſtilla, & quod primum exſtillat, Aquae inſtar, *Oleum limpidum,* ab inſequenti ma-

gis jam flaveſcenti, & ita ſecundum a tertio, probe mutato, excipulo ſeparetur.

Ad primam acquirendam portionem limpidam plane rectificandam, una tantum ſufficit deſtillatio, leni igne: poſteriores binas plerumque requirunt, tam accuratiſſime clauſis pice aut cera ſigillata, vaſculo deſtillatorio, in quibus itidem pars limpida, ſeparanda eſt, mutato tantum excipulo, ab inſequenti impuriori, quo modo labor eſt continuandus, uti in omnibus Oleis empyrevmaticis, usquedum omne *Oleum*, limpidum & album fluit.

Ne Olei hujus color limpidus brevi tempore, aëris acceſſu, in *flaveſcentem* & ſucceſſive in *nigrum* mutetur, in *turbidam* & *graveolentem*, prius *aſſervandum* hinc eſt in *vitris parvis*, Drachm. 1—2. capientibus, & probe munitis epiſtomiis vitreis; in arenam inverſe poſitis, l. in Aquam *Alumine* ex parte ſaturatam.

Et ſi color inopinato mutatus eſt in limpidum, unica deſtillatio reiterato iſtum colorem ſubito reſtituit, limpidum. *Piderit.*

VIS *penetrantiſſime reſolvens, nervina, roborans, ſedativa, tonica; ſudorem excitans* & *ſedans; antiſpasmodica, anodyna; nervis amiciſſima, tonica, excitans, exhilarans, calefaciens.*

USUS *Interne*, in morbis *nervorum* motus inordinatos compeſcit; uti in omni *ſpasmorum* genere, *convulſionibus, epilepſia, paralyſi, hydrophobia.*

Confert eximie quoque qua forte *reſolvens, antiſpasmodicum* in *hyſterico* malo, *cephalalgia, hemicrania, otalgia, odontalgia,* ſi a cauſis *pituito-*

ſis, l. *ſpasmo* ortae ſunt, uti & in oculorum ſuffuſione, in tuberculis *arthriticis*, *podagra* & *rhevmatiſmo*, ſi *plethora* l. inſignis inflammatio non adeſt. In *febribus - intermittentibus* - quartanis, & quidem *viribus* ſuccumbentibus, in *frigoris* ſtadio, ante *frigoris paroxyſmum* cito & actuoſe vires auget cordis, & *diaphoreſin* promovet, ſi aliquot horas ante acceſſum datur, ſaepe modo aegri *paroxyſmum* ſentiunt. *Piderit.*

In *glandulis induratis*, *tumoribus* cyſticis & oſſeis *reſolvendis*; in partibus *ſpasmo* contractis l. agitatis. *Plenck.*

Qua *ſpecificum* remedium *antepilepticum* crebra experientia comprobatum commendat. *Spielm.*

Ad *taeniam Roſenſtein*, & ad *paſſionem hyſtericam*, ad *ſpasmos ſopiendos*.

Externe qua *reſolvens* in tuberculis, poſt morbos *arthriticos* in *tophis*, *exoſtoſibus*, & *glandulis induratis* magis ad *Beaume*, quam *Cicutae emplaſtro*, in tumoribus frigidis.

Oleum hoc ante *paroxyſmum* febrilem *ſpinae dorſi* inunctum, eximie imminuit *frigoris ſenſationem*, uti *Oleum Cornu Cervi* foetidum, *Succini* & *Terebinthinae*.

Unguentis antiſpasmodicis & *anodynis* conſulto *Oleum* hoc additur cum uſu haud exiguo. *Piderit.*

DOSIS Guttae quaedam 6. in initio ad 20 - 30 - 40. aſcendendo, l. in *vehiculo largiori*, l. *Sacharo* exceptae, interdum addito *Liquore anodyno minerali*, l. *Naphtha Vitrioli*, ſi nulla plethora l. inflammatio adeſt.

OBS. 1) *Simplicem* praeſcriptionem habet Pharm. *Danica*, additae *Aquae* ope *commun.* triplae

partis ad *Olei Cornu Cervi* qu. ſuffic. ut retorta vitrea ad dimidium repleatur, leni igni deſtillatione prius facta & protracta, quamdiu Oleum prodit fluidum: qualis deſtillatio quinquies eſt repetenda, mutato ſemper recipiente; donec limpidum, album & odore gratius evadat Oleum. Quod nova deſtillationi addita *Aqua* ſubjiciendum eſt, ob colorem *Olei* acquiſiti obſcuriorem. Quale Oleum rectificatum diſtribuatur per vaſcula vitrea Drachmam continentia, quae probe obturata ſub *Aqua* aſſervanda ſunt.

OBS. 2) Si *Oleum Cornu Cervi* foetidum leniter per ſe leni igne deſtillatur, tum acquiritur primum *Spiritus Cornu Cervi;* in parva quantitate, & tunc *Oleum album,* valde volatile & penetrans. Sub hoc nomine ab inventore notum. *Selle.*

OBS. 3) *Olei* hujus uſu utplurimum ſomnus largus ſequitur, & aegri roborati expergefiunt.

Caeterum congrue omnia ſunt praemittenda, in uſu hujus remedii tam penetrantis neceſſaria.

Nocet in *plethora* l. *vaſorum turgeſc.* l. in *inflammat.*

In *juvenibus* & *plethoricis* uſus ejus valde eſt limitandus, l. multo magis prohibendus.

OBS. 4) *Liquor Cornu Cervi* ſubtilis cum *Spiritu Nitri* fit amoenior.

OBS. 5) *Goettling* praeparat *Oleum animale Dippelii* tempore hyemali, ex *Oleo* de *Oſſibus animalium* Unc. 24. deſtillationis ope in cucurbitis vitreis, gradatim aucto igne & rectificatione reiterata, cum Aquae partibus quibusdam, continuata, usquedum Oleum tranſiens non amplius pellucidum tranſit; & tum penetrans

Oleum ab *Aqua* ſeparetur vitri ope ſeparatorii, & tum ab *omni aditu aëris* eſt *muniendum*, uti ſupra, & ab omni mutatione *coloris* tam *pellucidi* in *fuſcum*, leve *nigrum*, accedente aëre dephlogiſticato, ſ. aëre igneo, ad *Scheele.*

OBS. 6) *Piepenbring Olei animalis Dippelii* praeparationem commendat ex Unc. 24. *Olei* Oſſium genuini, (Knochenoehl,) ſ. ejus loco *Olei Cornu Cervi*, in vaſculo ſatis amplo, probe omnibus lutatis, deſtillandi congrue leni igne, quo acquiritur pars exigua *Spiritus* volatilis aquoſi, caute ſeparandi, pellucidi parum. Olei flaveſcentis, & ſi mutatur in fuſcum-rubeſcentem, finitur tum deſtillatio; *Oleum* ita acquiſitum cum Aqua quadam deſtillata, reiterato in novo puro vaſculo deſtillatorio deſtillatur tamdiu, ad initium coloris fuſci. Oleum hocce cum Aqua transgreſſum, eſt valde penetrans, pellucidum, & genuinum eximium *Oleum Dippelii*, filtri ope ſeparatorii probe ſeparandi, & purificandi a phlegmate, & tum quam accuratiſſime in vaſculo probe obturato, ab aëris acceſſu praemuniendum eſt, ne color ejus amoene pellucidus ab aëris acceſſu, mutetur in fuſcum. Finis hicce quam optime acquiritur, ſi Oleum hocce album aſſervatur in vitris parvis, epiſtomiis munitis, expreſſe infricatis, & affuſis Guttis quibusdam Aquae deſtillatae, & tum probe plumbo obturata ejus apertura, & inverſe vitro committitur Aqua impleto, in qua ad eo meliorem conſervationem aliquid *Aluminis* in eo prius poſſet ſolvi. — In puteo ſat profundo, ab aëris acceſſu tam noxio, hocce Oleum quoque conſervatur. *Piepenbring.*

OBS. 7) *Olei animalis* Dippelii *color* valde amoene pellucidus acquiritur, ſi deſtillatio reiteratur, addita ſimul *Liquor. Corni Cervi* portione quadam.

Praeſervatur quoque optime Oleum hocce ab attactu aëris, colorem ejus tam leviter mutans, ad *Taſchenbuch* für *Scheidekünſtler*, ad *Dehne* tabulae pumbeae foraminibus ſi inſtruuntur, ad vitrorum formam accommodatis, in haecce foramina inverſa reponuntur vitra impleta, quae cum hacce tabula plumbea, ita adaptata, Aquae ſunt immergenda, in qua pauca Aluminis copia eſt ſolvenda, ad eo meliorem conſervationem.

Quidam vitra quoque Plumbo circumvolvunt, Aquae tum immittunt; Alii immittunt quoque Guttas quasdam Aquae purae, vitro, Oleo pleno, quo influxus aëris per ſe poteſt averti.

OBS. 8) *Oleum animale Dippelii* officin. eſt forti ignis gradu, valde ſubtiliſata pars empyrevmatica Oleorum deſtillatorum e variis animalibus, e. g. Cornu Cervi, Offium, Cornuum &c.

Oleum eſt valde volatile - ſubtile - album - inſtar Aquae pellucidum, odoris penetrantis - balſamici, & ſaporis oleoſi - dulcis aromatici, gravitatis ſpecificae, 0,758. in Spiritu Vini & Aceto radicali ſolubile, colore rubro, deflagrans addito Spiritu Nitri fumante, & cum vehementia aërem attrahens, dephlogiſtiſatum, quo color ejus in fuſcum tranſit, ſapor fit empyrevmaticus, & odoris foetentis.

Syrupus Violarum ab eo virideſcit, & ſolutus Mercurius nitratus in albam maſſam tranſit, poſt aliquot tempus flaveſcentem, ad nigro fuſcam

vergens denique: a Spiritu Sulphuris flaveſcit, in colorem amoene-viridem tranſiens, ab affuſa Aqua forti amoene ruber fit ejus color, ab acido Salis culinaris vero virideſcit hocce Oleum animale, quod ſaepius adulteratur Spiritu Vini, ab adfuſa Aqua mox ſeſe manifeſtans, quo tum iſtius generis Oleum ſubito albeſcit, & priſtinam ſuam pelluciditatem recuperat, in Oleo Spiritu Vini adulterato alias non conſueto.

Optime aſſervatur in vitro bene obturato, Drachmam 1. continente, Aqua addita, & collo ejus in Aquam Aluminis repoſito.

Sande & Hahnemann.

OBS. 9). *Oleum animale Dippelii* ad *Bindheim*, qui copiam haud exiguam *dentium Apri* e retorta tubulata ferrea in furno reverberii, congruo modo deſtillabat, quo dein acquirebat Phlegma - Alkali volatile - & *Oleum* empyrevmaticum; Caput mortuum in retorta remanens adhibuit loco Eboris nigri, tam eximiae nigritudinis, & tenuitatis, quam alias conſuetum Ebur nigrum. — *Oleum empyrevmaticum* rectificabat e retorta vitrea cum alembico, & excipulo, probe lutatis omnibus, leni igne, quo acquirebatur parum *Olei eſſentialis* pallide lutei, reſiduum conſtabat e ſubſtantia reſinoſa, in Aqua non ſolubili, plane ſaporis camphorati. Reſinoſa haec ſubſtantia conſervabatur ſub nomine Reſina e dentibus Apri.

Oleum eſſentiale pallide flavum reiterato rectificabatur e nova retorta cum alembico, & vitris parvis inſtar excipuli inſervientibus, quae parum Aquae deſtillatae impletis, ſubito epiſto-

mio vitreo probe claudebantur, & ulterius dein ab aëris influxu probe munitis Cera ſigillata liquefacta, in hisce vitris inverſis Oleum hocce valde ſubtile animale probe aſſervabatur per aliquot annos, tam amoene coloris albi & pelluciditatis. *Bindheim.*

Pharmacop. Londinenſis (1788. edit.) cupit tantum *Olei Cornu Cervi* Unc. 12. ter deſtillandi ad confectionem *Olei animalis.*

OLEVM ANISI DESTILLATVM.

Rec. *Semin. Aniſi* contuſ. qu. ſuffic. ut cucurbita ad quartam partem impleatur.

Aquae commun. l. *Aquae deſtill. Aniſi* ad cucurbitae tertiam partem vacuam, macerentur per 12. horas, dein deſtillentur ſub continua *Aquae* ebullitione *Oleum*, quod ab Aqua debite ſeparatum ſervetur. Aqua vero prolecta ad iterandas, ſuper novis ſeminibus, deſtillationes, ut ſupra monitum, adhiberi poteſt. *Piderit.*
Ph. *Auſtriaca. Herbipolitan.*

VIS *Olei* hujus aetherei, *flavi*, ſubtilis, *ſubdulcis*-*pellucidi*-*ſuaveolentis* eſt *aromatica;* odorem & ſaporem *Aniſi* referens; *attenuans*, *diſcutiens*, *reſolvens*; *carminativa*, *diaphoretica* leniter, *diuretica.*

USUS *Interne*, in *ventriculi* affectibus & inteſtinorum, a cauſa frigida ortis; & in *flatibus diſcutiendis;* in *pectoris* morbis a *pituita* craſſa viſcida natis.

In *debilitate ventriculi*-inteſtinorum; in aſſumtis *venenis acribus* ſpecificum Gutta 1 — 30. una vice. *Selle.*

Reſina Jalappae Oleis Aniſi paucis ſoluta, & Oleo Amygdalarum mixta, exhibet bonum purgans loco *Olei Ricini.*

In uſu *purgantium* irritamen nimium mitigatur irritabilibus perſonis uſu *Olei* hujus *antiſpasmodici.*

Externe ad *pediculos capitis*, inſecta varia, guttulae quaedam; ad *tumores cyſticos reſolvendos. Plenck.*

Externe aliis appropriatis mixtum mediis, *abdomini* & *ventriculo inungitur*, uti & *renibus* & *pubi* pro *urina* pellenda.

DOSIS a Guttis 2—4—30. &c. in venenis acribus, l. in *vehiculo*, l. cum *Sacharo*, l. *Elaeoſacharum* inde paratur.

OBS. 1) *Oleum Aniſi Semin.* parand. jubet Diſpenſ. *Fuldenſe* e *Seminis Aniſi contuſ.* Libr. 3. — *Aquae fontan.* Libr. 12. Caeterum uti ſupra deſtillandi.

OBS. 2) *Oleum Carvi Semin.* paratur uti *Oleum Aniſi Seminis*, cum ejus vi quoque conveniens, *paulo acrius*, hinc magis *ſtimulans* & *calefaciens*. *Doſis* Gutta 1 — 12.

OBS. 3) *Mangoniſatur Oleum Aniſi* cum *Oleo Olivarum* ad partes aequales, quo dein in glacie non congelaſcit, & *coloris* eſt *flavi*, teſte *Sande & Hahneman.*

OLEVM ANTIMONII, l. ANTIMONIALE,

vide *Butyrum Antimonii.*

OLEVM ASPHALTI.

Rec. *Asphalti pulveriſat.* Unc. 12.
Arenae lotae Unc. 18.

Immittantur Retortae & fiat fortiore igne deſtillatio. Liquor aquoſus primo prodiens ſe-

paretur ab Oleo ſubſequente nigro.
Ph. *Würt. edit. nova.*

VIS *diſcutiens, reſolvens.*

USUS Ingratiſſimi ſaporis & odoris hoc Oleum eſt, impenſe tamen recentius laudatur a nonnullis in *phtiſi*, urgente quoque *febre hectica*, & ipſa jam *diarrhoea colliquativa* affligente, l. cum Sacharo, l. cum adaequato vehiculo, Guttae 10 — 15. Ph. *Würt. Edit. nova.*

OBS. Pharmac. *Roſſica* & *Fuldenſ.* ſuadet, *Gummi Aſphalti* vetuſti Unc. 12. — *Salis muriatici* decrepit. — *Arenae lotae* Unc. 18. Deſtilla e retorta leni igne.

OLEVM BEEN l. BALATINVM,

paratur e Nuce *Guilandinae Moringae* Linnaei, uti *Oleum Juglandium* nucum ad *Plenck*, qui

Vim emollientem eo tribuit, &

Uſum praecipuum, *cuti nitorem* & *laevitatem* conciliandi, *pruritum* ſenilem ſaepius ſopiendi; *cicatrices* delendi.

OBS. 1) Pharm. *Fuldenſis Oleum Been* parandi communicat e *Nucis Been* decorticatis, uti *Amygdalarum* dulcium, quibus ratione virtutum conveniunt; non tam facile vero Oleum ranceſcens exhibet, durabiliſſimum quoque ex Oleis unguinoſis.

OBS. 2) Commendat quoque *Plenck Oleum Betulinum* e *Betula alba Linnei* deſtillatum, ob *Vim* ejus praecipuam *vulnerariam - diſcutientem*, in *coecitate - haemorrhoidibus*, *cancro*, *ulcere verminoſo* pereximiam.

OLEVM CORTICVM AVRANTIORVM *expreſſum.* ſ. *Neroli* - & *Citri.*

In *Italia* & *Gallia* meridionali, e *Corticibus Aurantiorum* & *Citri* recentium per expreſſionem paratur, & ad nos optime advehitur, & e *Gallia* meridionali, aut *Italia*, qua multo valentius ſuavius & fragrans, quam e noſtris deſtillatis corticibus; conſultius hinc pharmacopaei ex iſtis regionibus ſibi procurant. *Piderit.*

VIS *fragrans*, *nervina*, *ſtomachica*, *carminativa*, *antiſpasmodica*, *ſtimulans.*

USUS *Interne* caute in omnibus infimi *ventris affectibus ſpasmodicis*, *hyſtericis* & *flatulentiis*, ſi eis ſuaviora remedia non plane ſunt contraria.

Pro *Sachari* Unc. 1. ſufficiunt ejus Guttae 12.

Cum *Elaeoſachari* ex his *Oleis* paratis, alia remedia gratiora redduntur, & *purgantibus* addita, vires eorum aliquo modo corrigunt: cui ſcopo in pharmacopaeis *Sacharum* canarienſe, pomis *Aurantiorum* l. *Citreis* affricatur, donec odore & ſapore bene ſit imbutum. *Piderit.*

Alias *Doſis* guttatim l. in vehiculo aſſumta confert.

OBS. 1) *Oleum Citri*, ſub nomine *Olei* del *Cedro* ex *Italia* ad nos accedens, cum noſtro quidem convenit, viribus tamen multo debilius eſt.

OBS. 2) *Oleum Aurantiorum* corticum *deſtillatum* paratur e *Cortic.* exterior. recent. *Pomor. Aurant.* qu. plac. cum quadruplo *Aquae commun.* l. *Cortic. Aurant. deſtillat.* e cucurbita vitrea; inſtituatur, ſine praegreſſa maceratione, quo *Oleum innatans Aquae*, & *Aqua deſtillata* ſeorſim probe ſervanda ſunt.

OBS. 3) Oleum deſtillatum *Neroli* offic. paratur e foliis florum & piſtilli Florum *Naphae*, — *Citri Aurantii* per balneum vaporis cum Aqua Aurantiorum cohobatis, in Provence & Italia, eſt valde tenue, leve, primum coloris viridiuſculi, tum rubeſcentis, odoris ſuavis nervini. — Acquiruntur $\frac{1}{3000}$ ponderis florum recentium Olei. In noſtris regionibus in multo minori copia, interdum tantum $\frac{1}{10000}$. ob vulgo forſitan ad deſtillationem aſſumtam Aquam communem, in quo inſignis copia hujus Olei tam pretioſi ſolvitur; & *Flores Aurantiorum* non tantae ſunt forſan efficatiae, & Olei plenae, quam in regionibus calidis. — Ob pretium ejus inſigne uſus ejus non tam vulgaris evenire poteſt in medicina, etſi fortiſſimum eſt cardiacum remedium.

Sande & Hahneman.

OBS. 4) Oleum *Corticum Citri* offic. - Eſſentia di *Cedro*, paratur quam maxime ſine deſtillatione e cortice fiſſo recenti *Citri*, quo a ſe ipſo effluit, in Sicilia & Italia cultis iſtis fructibus Citri. — Sicilia acquirit per annum hujus Olei Libras 4000, per deſtillationem: eſt Oleum volatiliſſimum, leviſſimum, inſtar Aquae pellucidum, aethereum, odoris tam ſuavis-ſubtilis, uti Cortices Citri ipſi, quorum 100. exhibent in Italia Unciam 1. Olei. — Guttae 2 — 3. ſunt optimum *cardiacum* & *ſtomachicum*, ad *Odoramenta* copioſe quoque adhibetur. *Sande & Hahneman.*

Pari modo *Oleum Citri deſtillatum* paratur. *Piderit*, Ph. *Suecica*. *Herbipolitan*. *Würt*. *Danica*.

OLEVM CACAO EXPRESSVM, vide *Butyrum Cacao*.

OLEVM CAJEPVT,

ex *India Orientali* & e *Belgio* optimum, jam paratum ad nos in lagenis cupreis advehitur, & quidem e *Cardamomo medio*, peregrinatorum recentionibus.

VIS eximie *nervina - anodyna*, *tonica*, *carminativa*, *antiſpasmodica*, *reſolvens.*

USUS *Interne*, caute, in affectibus *ſpasmodicis, hyſtericis* & *hypochondriacis;* auditus difficultate, *colica flatulenta*, *cardialgia podagrica;* motibus *convulſivis, catalepſia, chorea St. Viti*, linguae *paralyſi*, *nervorum debilitate*, & menſium *ataxia - ſpasmodica* irregularitate, praemiſſis congruis remediis ante uſum tam calidı remedii. *Piderit.* *Externe ſugillationes* & *ſuffuſiones* potenter discutit, & conſulto *Unguentis nervinis* additur.

Plenck. Sande.

In *odontalgia* ſed caute, in ani *varicibus*, & *ſugillatione.* *Plenck.*

DOSIS a Guttis 4—6. cum appropriato vehiculo, l. *Elaeoſachari* forma iſta, uti ſupra in *Oleo Abſynthi* vidimus.

OBS. 1) *Oleo adulterato Cajeput* colorem ſuum *viridem* reſtituit Reſina, ope *Spiritus Vini* ex *Millefolio* extracta, qui evaporatus *Spiritus Vini Reſinam Millefolii* relinquit, cui *Oleum Cajeput* affundunt; quo facto, ſoluta haec Reſina Oleum colore viridi tingit. Hic modus quidem noxae nihil affert, ſi modo certi eſſe poſſumus, illud non cum addito *Oleo Rorismar.* commixtum eſſe.

Multae interea harum fraudum, niſi perquam caute commiſſae ſint, arte ſua exercitatus facile detegere poterit, comparatione ſuſpe-

ctorum Oleorum cum iis, de quorum integritate veritas conſtat; *Spiritus* enim *Vini Oleis aethereis* admixtionem, inſtillatione ſuſpecti *Olei*, in Aquam cognoſcito, quippe quae *Spiritum* quidem *Vini*, non vero *Oleum* recipit. *Spiritus* etiam *Vini* ab *Oleis* ſecerni poteſt deſtillatione.

Adulterationem Oleorum Aethereorum, cum *Oleo Terebinthinae*, vel *Pini*, odore penetranti animadvertito. Melius etiam hanc *fraudem* intelliges, idem *Oleum* ſuſpectum ſi per aliquod temporis ſpatium tranquille repoſitum fuerit, & aliquod ejus guttulae, chartae purae infuderis, tunc charta ſupra carbones ardentes, vel in fornacem calefactam poſita, paulo poſt Oleo calefacto, *odor Terebinthinae* ſtatim ſeſe manifeſtabit, in cochleari, ſi Oleum accendas, magnam copiam materiae *piceae* relinquet. *Biedermann.*

OBS. 2) Originarie eſt *Oleum Cajeput* coloris flavi; caeruleam - viridem enim acquiſivit *Sande* addito Cupro, l. a Reſina Millefolii in ea ſoluta fuſco viridem. Rectificatione liberatur hocce Oleum a duobus coloribus ſpuriis, & reſiduum in retorta non ſolvitur, uti reſina viridis in Spiritu Vini, in Spiritu vero Salis ammoniaci aquoſo, ad Tincturam caeruleam, ſi Cuprum additum eſt. *Sande.*

Cuprum falſo additum ſeſe manifeſtat, ſi *Acidum Tartari* purum in Aqua ſolvitur, cum Oleo probe permiſcetur, Aqua tum ab Oleo ſeparatur, & ſi infunditur laminae ferreae politae, mox tum Cuprum ſeſe manifeſtat. *Bindheim.*

Genui-

Genuinum eſt *odoris* & *ſaporis* volatilis - ſuaviter camphorati - ignei - frigidi. — Multoties componitur falſo ex Oleo Rorismarini & Camphora. — Iſtius generis Oleum Sacharo inſtillatum, & in Aqua ſolutum Camphoram ſuperius ſecernet. *Sande* — *Hahneman*.

OLEVM CAMPHORATVM SVECORVM.

Rec. *Olei Olivarum* recent. Unc. 1.

Camphorae Unc. 1/2.

Miſce ut ſolvatur *Camphora*. Ph. *Edinb. Suecica*.

VIS *diſcutiens*, *emolliens*.

USUS ad *cruſtam*, & *fiſſuras labiorum linguae*, in *febribus* ardentibus; ad *rhevmatiſmos diſcutiendos*; ad *inſecta* meatum auditorium quae ſubierunt necanda; ad *odontalgiam* ſedandam.

Olim quoque ad *morbos inflammatorios* & *malignos*.

OBS. 1) Eodem paratur modo cum *Oleo Lini* ad *Plenck*, & ad Ph. *Danicam* cum *Oleo Amygdalarum dulcium*.

OBS. 2) *Spielmannus* hancce communicat praeſcript. e *Camphorae* Drachm. 2. — *Olei Amygdalarum dulcium*, *Alkannae* tincti, Unc. 1. quibus addatur Quintae *Eſſentiae Citri* Scrupul. 1/2.

Aliud quoque *Oleum camphoratum*, *Lemery* dictum, ſuppeditat, e *Camphorae* Unc. 2. quibus immittantur *Spiritus Nitri* Unc. 3. digerantur in vaſe probe obturato, facta ſolutione *Oleum* ſupernatans ſeparetur. Ph. *Danica*.

Ph. *Brunſuicenſ*. ad *Camphor*. Unc. 6. — *Boli* l. *Terrae argillaceae* ſiccae Unc. 24. deſtillandas ſuadet.

Qua ratione in *Oleum* verſa *Camphora* ſeparetur

ab *Acido.* Quod commendat ad *ſarcomata fungoſa*, & *ulcerum calloſas margines.*

OBS. 3) Diſpenſat. *Fuldenſe* ſub *Oleis* mixtis recenſet *Oleum camphoratum* l. bezoadicum ex *Olei* nucum *Been* Drachm. 1. — *Camphorae* Gran. 15. miſcendi, ut fiat Camphorae ſolutio. *Vim* exſerens *reſolventem, diaphoreticam, alexipharmacam:* a Guttis 3 — 6. pro Doſi.

Oleum paregoricum quoque parandum jubet Diſp. *Fuldenſe* ex *Olei* preſſi Semin. *Hyoſciam.* Unc. 1/2. — *Olei Petrae* albi Drachm. 2. — *Olei* deſtillat. Baccar. *Juniperi* - *Succini* ana Gutt. 10. Mixta adhibendi qua *reſolvens, discutiens*, *anodynum*, ad *uſum externum.*

OLEVM CARMINATIVUM ÆTHEREVM, *Danorum.*

Rec. *Oleorum deſtillatorum Chamomillae*,
— — *Menthae piperitid.* ana Unc. 2.
— — *Carvi*, - *l. Cumini*,
— — *Aniſi*, - *Foenic.* ana Drachm. 1/2.
Miſceantur probe. Ph. *Danica. Spielm. Pfingſten.*

VIS *carminativa.*

USUS *Externe* ad *clyſmata carminativa*, uti & umbilico illinitum *dolores* colicos & ventriculi lenit, ſi ulla ſaburra primarum viarum adeſt.

Intus tum quoque a Guttis 6 — 8. cum *Sacharo* aut *Vitello Ovi.*

OBS. Ph. *Würtenb. Oleum carminativum* ſcopo carminativo externe tantum, abdomini illinitum infantum, nulla praeſente ſaburra primarum viarum, ſuppeditat e Herbis recentib. *Anethi, Menthae, Abſynthii, Pulegii,* Flor. *Chamomill.*

vulgar. ana Unc. 4. Inciſis coquendi cum *Olei Olivar.* Unc. 24. ad humiditatis conſumtionem, expreſſis ut addantur *Olei Laurini* Unc. 3. dein depurentur per ſubſidentiam.

OLEVM CARYOPHYLLORVM.

Aromaticorum deſtillatum.

Rec. Semin. *Amomi* Unc. 12. cum

Aquae fontan. Unc. 204. deſtillatione ſubjiciuntur, & tunc

Caryophyll. aromat. Unc. 24. tritis affunduntur

Aquae ſupra Semen *Amomi* abſtractæ Unc. 142. in quibus

Salis commun. Unc. 4. ſolutae ſunt. In loco calido reponuntur tum, per aliquot dies, dein deſtillantur e veſica ad tertiam partem repleta, igne paulo fortiori aucto, ob ſpecificam *Olei Caryophyllorum* gravitatem, & difficilem aſcenſionem; quo tunc una cum *Aqua Oleum* prodit, quod uti Oleum florum *Caſſiae*, Ligni *Saſſafras*, & *Macis* omnis coloris expers, fundum petit.

Unica quum vix deſtillatio omne *Oleum* e Caryophyllis eliçiat, *ſecunda* quin *tertia* quoque inſtituenda eſt deſtillatio, & ita quidem, ut *Aqua* a priori *Oleo* ſeparata illis ſemper admiſceatur.

Nec adeo *magna Caryophyllorum quantitas* deſtillationi ſubjiciatur, ne ab igne diutius protracto pars *Olei* deſtruetur. *Piderit.* Ph. *Brunſuicenſ.*

VIS valde *cauſtica*, *ignea*, *nervina*, *ſtimulans* magis, Oleum hoc reliquis acrius.

USUS *Externe* cauſticum in *ſphacelo*, *gangraena*, *carie*

oſſium. *Cariem dentium* & *dolores* eo ortos imminuit, goſſypio inſtillatum - denti carioſo inditum, ſi nervum contigerit, per *quoddam* tempus, ne *frequentiori* iſtorum acrium' Oleorum uſu dentibus noceatur ſanis.

Caeterum *externe* Olea haec *aromatica*, ſunt *cephalica*, *nervina*, *antiſpaſmodica*, *ſtomachica*, *carminativa*, & *balſamica*.

Raro *interne* ſumuntur *Olea* haec *aromatica*, *ſanguinem* enim - calido inprimis temperamento praeditis, & *plethoricis* - nimium commovent.

Guttae enim quaedam *Sacharo* inſtillatae, & *Elaeoſacharum*, pulveribus quod additur, vel ad *gratum ſaporem* conciliandum, vel ad *vires* augendas, nonnunquam praeſcribuntur.

Unguentis nervinis Olea haec deſtillata pretioſiora adduntur.

OBS. 1) *Genuina* ut habeantur *Olea* haec *pretioſiora*, deſtillatio ab ipſis pharmacopaeis deberet inſtitui, omnia enim, quae e *Batavia* advehuntur, adulterata plerumque ad nos accedunt. *Piderit.*

Adulteratur enim a) *Oleo Amygdalarum*, quale maculam remittit, uti ab *Oleo ſimplic.* ordinar. luci immiſſum; quo genuinum nullam relinquit, ſed omne avolat luci ſuper immiſſum.

b) *Oleo Terebinthinae* adulteratum, remittit *Odorem Terebinthinae*, volae manus immiſſum calidae, nauſeoſum, & diu quidem, non tam amoenum, uti in genuino, mox avolantem.

c) *Piper jamaicenſe* deſtillat. Oleum praebet, odore, calore, & ſapore Oleo *Caryophyllorum* haud *diſſimile*, ideoque fere aptiſſimum illud adulterandi.

Mox autem id apparebit. - *Oleum* enim *verum Caryophyllorum* colore magis ſulphureo gaudet, ſaporeque longe vehementiori & aromatico.

d) *Oleo Olivarum adulteratum* innoteſcit, ſi quid hujus ſuſpecti *Olei* in loco frigido ſeponitur; protinus tum *Oleum Caryophyllorum* fundum petet, relicto *Oleo Olivarum* in ſuperficie. Guttulis etiam aliquot hujus fucati *Olei Caryophyllorum Spiritui Vini*, inſtillatis inque vitro bene agitatis, & *Spiritus Vini Oleo* intime mixtis, *Oleum Olivarum* ob laevitatem ſpecificam in ſuperficie, forma globulorum luſceſcentium apparebit. *Biedermann.*

OBS. 2) Ad *Sande* & *Hahneman Oleum Caryophyllorum aromaticorum genuinum*, & rite paratum coloris eſt albi, inſtar Aquae pellucidum, tenue, grave, (1,030.) ex Oleis ſubtiliſſimis eſſentialibus praecipuum, odoris plane aromaticorum Caryophyllor. ſaporis ſuavis non valde calidi, & acris. — Igne nimis forti deſtillatum, vel nimis diu aſſervatum flaveſcit, & tandem rubeſcit. — Inflammat ſeſe ſubito cum *Acido Nitri fumante*, fundum petit, & plane eſt ſolubile in Spiritu Vini.

A Batavis acquiſitum eſt coloris fuſci, urentis-cauſtici-ſaporis, acrimoniam auctam declarans ab Extracto ſpirituoſo Caryophyllorum, & adulteratum Oleo *Terebinthinae*, l. Oleo expreſſo: (auch mit Nelkenpfefferoel.)

Acquiruntur $\frac{1}{10}$—$\frac{1}{3}$ ponder. Caryophyllor. Olei. — *Interne* ab Oleo leni deſtillato Guttae 12. l. plures ſufficiunt, ſuaveolentiae cauſa remediis quibusdam additum, l. ventriculo majorem calorem conciliandi: e Batavia ad nos

translatum ob enormem ejus acrimoniam, *externe* tantum in *carie oſſium* &c. confert.
Sande & Hahneman.

Oleum Caryophyllorum raro genuinum deprehenditur, & difficillime ſe manifeſtans *mangoniſatio* fit *Oleo Piperis* jamaicenſis, quod ratione odoris, ſaporis, coloris fere convenit Oleo Caryophyllorum: differentia vero quaedam apparet, ſi iſtud adulteratum genuino miſcetur, & comparatur.

Genuinum Oleum Caryophyllorum, non vetuſtum nimis, coloris eſt lucide-aurei-flavi, & ſaporis valde aromatici. Adulteratur ſaepe quoque Oleis expreſſis. *Bindheim.*

OBS. 3) Alias *Caryophyllorum* aromaticor. ſummitat. contuſ. qu. v. macerentur per nychthemerum cum quadruplo *Aquae communis*, dein inſtituatur deſtillatio per retortam vitream ex arena ad dimidium; *Oleum*, quod *Aquae* fundum petit, ab *Aqua* ſeparatum ſerva, *Aquam* vero eandem *Caryophyllis* in retorta relictis reaffunde, iterumque deſtilla, ut, ubi adhuc Olei portio prodiit, obtineas cum priore ſervandam, ad Ph. *Auſtr. Suecicam* & *Herbipolit.*

OBS. 4) Ad Ph. *Danicam* hocce praeparatur modo, *Oleum Caryophyllorum*, e *Caryophyll.* aromatic. recent. contuſ. Unc. 24. — *Sal. commun.* Unc. 4. — *Aquae ſimplic.* Unc. 144. In loco calido per quatriduum macerata deſtillentur per retortam. Poſt quietem aliquot dierum, *Oleum* in *fundo haerens* ſeparetur cauta *Aquae* effuſione. *Ignis gradus* ſemper paulo fortior requiritur in hac deſtillatione, ubi ſimul praeſtat, non adeo magnam portionem pro tem-

pore deſtillationi ſubjicere, ne diuturniori ignis adminiſtratione pars Olei deſtruatur. Unica deſtillatione non omne *Oleum* exhauritur, bis l. ter requiritur, ſuperfundendo ſemper *Aquam*, de qua *Oleum* fuit ſuperatum.

OBS. 5) *Oleum Caryophyllorum* hacce via parandum ſuadet *Thorspecken* e *Caryophyllis* integris Unc. 48. inſperſis cum Unc. 96. — 108. *Spiritus Vini rectificat.* per quasdam dies Mixtura hac in patina figulina commiſſa, cum reiterato motu per diem, quo Spiritus Vini iſte avolat, qui qua ſuperfluus adeſt ad ſolutionem Olei.

Caryophylli ita parati - ſuperfuſi - immiſſi veſicae deſtillatoriae amplae - planae, ſuperfunduntur Aqua jam antea deſtillata Caryophyllorum, tum per biduum macerantur, coquuntur dein igne modico, ita ut ſubitaneam coctionem acquirat tota Mixtura: ignis hujus deſtillatorius gradus continuatur, aequali ſemper modo, ita ut Aqua non guttatim, ſed in uno filo quaſi transeat, ſine frigidarii peculiari quadam incaleſcentia.

Ita acquiſitum Oleum, ab Aqua ſeparatur vitri ope ſeparatorii, & Caryophyllis reaffunditur, ignis vero tamdiu continuatur, usque dum cum Aqua nullum amplius tranſit Oleum. — Oleum ſeparatur, & priore miſcetur, Aqua deſtillatoria veſicae iterum committitur deſtillatoriae, & pari ſemper modo quater ſumma cum cautela reiteratur deſtillatio, quo acquiritur Olei clari - pellucidi - flavi Unc. 1. & Drachm. 6. & Scrupul. 2. ad *Piepenbring* relationem & *Thorſpecken* obſervat.

OLEVM CASSIÆ FLORVM,

Praeparatur e *Floribus Caſſiae*, uti *Oleum Caryophyllorum deſtillatum*, omiſſo tantum *Semine Amomi.*

VIS *nervina, tonica, roborans, ſtimulans, reficiens*, uti *Oleum Cinnamomi ;* caeterum quoque *aphrodiſiaca.*

USUS caute in collapſis *gravidarum, parturientium* & *puerperarum* viribus, nulla *febre* - l. *inflammatione* praeſente, aut in ſanguinis fluxu immoderato, uti *menſium, lochiorum*, &c.

In affectibus *ſpasmodicis* abdominis, a retrogreſſa materia *arthritica, podagrica*, l. *rheumatica* ortis.

In *lipothymiis* ab inſigni virium defectu - toleratis morbis. *Piderit.*

Externe in *carie oſſium ;* ad potenter *ſeparandas* partes *carioſas ;* qua ſpecificum potentiſſimum, uti Oleum *Ligni Saſſafras*, in *carie* venerea tam utile.

DOSIS Guttae 8. ad *Sachari* Unc. 1. l. ſolum, l. cum *Aqua* quadam deſtillata grata.

OBS. 1) In *juvenibus* & *plethoricis* ob tam validam naturam calidam caute adhibendus eſt.

OBS. 2) In celebri *Pulvere Solari Cellenſi* Oleum *Cinnamomi*, ſ. Florum *Caſſiae* ſolum praecipuum eſt efficiens. *Piderit.*

OLEVM CAVSTICVM CAMPHORÆ.

Rec. *Camphorae tritae* Unc. 3.
Spiritus Nitri fumantis Unc. 6.

Digerantur in vaſculo probe obturato. *Oleum* ſupernatans facta ſolutione probe ſeparetur.

VIS *cauſtica.*

USUS *Liquoris* hujus *cauſtici* ad *ſarcomata fungoſa*, & *ulcerum calloſos* margines tollendos. *Plenck.*

OBS. *Oleum* hoc *Cauſticum* probe differt ab *Oleo camphorato.*

OLEUM DEL CEDRO, vide *Oleum Citri.*

OBS. *Oleum* del *Cedro* praecipue *Oleo Olivarum*, aliisque Oleis vilioribus *adulteratur*, eodem uti antea jam indicavi modo, etiam haec fraus detegi poteſt, addito ſcilicet *Spiritu Vini* rectificatiſſimo. Nec minus, ubi Oleum de *Cedro* ſuſpectum, Aquae mixtum e retorta deſtillas, in fundo hujus Oleum alienum remanebit.

OLEUM CERÆ DESTILLATUM.

Rec. *Cerae flavae* Unc. 12. ſcindantur in fruſtula tam parva, ut retortae orificio commode immitti queant, eisque repleatur, ad dimidium, tum infundatur tantum

Aquae puriſſimae, quantum capit venter retortae, in ea lente calefacta Cera liqueſcit, & arenam imbibit; quo *Arenae* fumo imponitur, & applicato excipulo deſtillatio ſuſcipitur.

In primo leni ignis gradu prodit *Aqua acidula*, foetens, pauca, una cum *Spiritu;* calore tum aucto, aſcendit *Oleum* tenue, & dum deſtillaverit, in excipulo, inſtar *Butyri* concreſcens; quod ignem fortiorem - ſuppreſſorium requirunt, quo tum mox aſcendet ſub *Butyri* forma, tota *Cerae* maſſa, in excipulum.

Iterato *Oleum* hocce deſtillatur, ſine ullo additamento, limpidum & tenue, a butyraceo mox ſeparandum, & ſic rectificatum ſervandum.

VIS eximie *balſamica*, *detergens*, *ſanans*, *reſolvens*, *lubricans*, *demulcens*, *conſolidans*, *emolliens*,

aperiens, *diuretica* inſignis ob ejus vero acrimoniam *Uſus internus* admodum circumſpectus ſit.

USUS *Externe* in *vulnerum* curatione inſignis, cavendo tantum in *inflammatione* ingenti, vel praeſenti metuenda; ad mala *papillarum nervoſarum*, quae in cute extrema denudata ſunt; ad *anchyloſin*; ad *fiſſuras labiorum* oris - *papillarum* mammae; in *lactantibus*, ad digitorum & mammarum *rhagades* - *tumores*, *perniones* a frigore inductos, qua *reſolvens*; ad *tendines contractos*, qua *lubricans*; in *colica*, *hyſtericis* - *uterinis* affectibus abdomini illinitum. *Piderit*. Ph. *Fuldenſis*.

OBS. 1) *Butyri* ad inſtar craſſum, *Linimentum* hinc *molliſſimum* & emollientiſſimum, quod illitu ſuo *membra* contracta *paralytica*, cutim *fiſſam*, & *frigore* & *igne* ambuſtam ſanat. *Plenck*.

Interne a Guttis 3—6. ſatis valide *urinam pellit*, nimia vero ejus acrimonia uſum ejus vetat, interne. Ph. *Würt*. *Piderit*.

OBS. 2) Oleum *Cerae* paratur quoque e *Cerae flavae*, *Calcis uſtae* pulverat. ana ponder. aequal. in retorta vitrea deſtillationi ſubjecta. Ph. *Suecica*.

OBS. 3) Ph. *Herbipolit*. amplam habet praeſcript. de *Butyro Cerae*, tum ex hoc, ut inſtituatur *Oleum Cerae*.

OBS. 4) Ph. *Roſſica* & *Plenck* cupiunt *Cerae flavae* partem 1. liquandi, — *Arenae* partibus 2. immiſſa retorta, deſtillandi in balneo arenae, quo tranſcendit igne leni *Acidum*, & tunc *Oleum* craſſum - ſpiſſum - butyroſum, quod collo adhaerens retortae, dein aliquoties, per ſe ex arena deſtillatur, quali rectificatione repetita fit Oleum tenue, probe aſſervandum.

OLEVM CHAMOMILLÆ VULGARIS, & *Romanae deſtillatum caeruleum.*

Praeparatur e *Floribus Chamomillae* recent. uti *Oleum Abſynthii deſtillatum.* *Piderit.*

Recens colorem caeruleum habet, qui tractu temporis perit.

VIS *emolliens, laxans, diſcutiens, carminativa, antiſpasmodica, anodyna, antifebrifuga.*

USUS *Interne*, in affectibus *ſpasmodicis, flatulentis;* in inordinato *haemorrhoidum* & *menſtruorum fluxu;* in *cardialgia, colica flatulenta.*

Externe aliis remixtum, *ſcrobiculo* cordis & abdomini illitum; cum *bombace* inditum in *aurium doloribus.* *Piderit. Saunder.*

DOSIS *Interne* guttatim l. in vehicul. l. cum ſacharo.

OBS. 1) *Oleum Chamomillae* genuinum ſolo *ſucceſſu temporis*, & *ſine* frequentiore *aëris* acceſſu *colorem* ſuum *amoene-coeruleum* deponit, per multorum annorum ſeriem retinentem, errant hinc varii, qui hunc coloris defectum *adulterationis* ſignum eſſe putant, uti in Oleo *Milleſol. Vogel.*

Ph. *Brunſuicenſ.* ab aëris acceſſu, & negligenter aſſervatum *flaveſcit.*

OBS. 2) Oleum *Chamomillae coctum*, cum Oleo *Olivarum* Flor. *Chamomillae coct.* ad anaticas partes, exhibet Oleum *ſuaveolens* & efficax, minus pretioſum quam deſtillatum. VIS & USUS idem uti deſtillatum.

OBS. 3) *Oleum Cotulae foetidae* e floribus *Anthemis Cotula* paratum, eſt Oleum coerulei coloris, ſaporis nauſeoſi; *virtutis antihyſtericae, antirhevmaticae.* *Sande & Hahneman.*

OBS. 4) *Oleum Chamomillae romanae*, e floribus *Anthemis nobilis* paratum, eſt ſaporis valde urentis & acris, non injucunde *Chamomillam* redolens, coloris flavi, in viridem vergentis l. fuſcum.

Caeterum *vermifugum*, in affectibus *hyſtericis*, *febribus*, *ſpasmis*, & *flatibus*, cum panis miculis ad pillularem maſſam redact. eximie confert. *Sande* & *Hahneman.*

OLEVM CINNAMOMI DESTILLATVM.

Rec. Cortic. *Cinnamom. elect.* contuſ. Unc. 24.

Sal. commun. Unc. 4. (Quod etiam omitti poteſt.)

Aquae ſimplic. Unc. 144. per quatriduum in loco calido maceratae deſtillentur per retortam, & poſt quietem 3—4. ſeptimanarum, *Oleum* ſubſidens cauta *Aquae* decantatione ſeparetur. Ph. *Danica.*

VIS eximie *irritans*, *tonica*, *nervina*, *ſtomachica*, *cephalica*, *cardiaca*, *carminativa.*

USUS ad *Elaeoſachara reficientia;* additur quoque *purgantibus*, tum pro gratia concilianda, tum pro impediendis *flatibus* & *torminibus*. *Balſama* & *Linimenta* quoque *cardiaca*, *ſtomachica*, & *carminativa* ingreditur. *Plethoricis* ſanguineis nocet.

Externe in *carie oſſium.* *Plenck.*

DOSIS ad aliquot Guttas.

OBS. 1) E *Caſſia lignea*, l. e Florib *Caſſiae*, l. e *Pipere Jamaicenſi*, deſtillatur *Oleum* multo vilius & in majori copia acquiritur, hinc & quaedam pars Olei *genuini* additur, & omnis copia pro genuino *Cinnamomi Oleo* venditur. Interdum mangoniſatur quoque *Oleo de Been.*

OBS. 2) *Piepenbring* commendat *Demachy* methodum hancce, *Cinnamon.* pulveriſat. Unc. 48. humectandi in vaſculo deſtillatorio cum Unc. 3. *Alcoholis*, tum poſt biduum adfundend. 12. Pint *Aquae* commun. & deſtillandi igne forti, ita ne refrigeratorium nimium refrigeſcat; Deſtillatis Pintis 4. adfunditur iterum Aqua recens frigida, & continuatur deſtillatio, usque dum Aqua fit pellucida. Ab Aquae lacteae circiter Pintis 12. *Oleum* ejus fundum ſemper petens, omni cura caute eſt ſeparandum, cujus copiam acquiſivit *Demachy* Drachm. 3. & 1/2. ab Uncia 1. *Cinnamomi.* — Qua via e *Caryophyllorum* Unc. 48. acquiſivit *Olei* genuini eximii Unc. 13.

OBS. 3) *Oleum* e *Lauro Cinnamomo* paratum *coloris* debet eſſe albido-flavi, gravitatis ſpecificae 1,103. - fundum petens, etſi ejus pars in deſtillatione leviter Aquae innatat; ſaporis valde acris - & calefacientis - in os ſolum ſumtum, cutem linguae urit. Odor eſt ſuaviter cinnamomeus. — In Inſula *Zeylon* a fruſtis remanentibus Corticis Cinnamomi deſtillatur, quorum Librae 100. ad unam deſtillationem requiruntur, hinc apud nos iſta deſtillatio nimis ſumtuoſa procederet.

Bindheim. Sande & Hahneman.

OLEVM CITRI

Paratur e Malis *Citri*, uti Oleum *Aurant. Corticum.*

OBS. 1) In locis marinis inquit *Liphart*, in quibus fructus *Citri* parum maculati pretio valde levi in copia venduntur. *Succum Citri* quivis lubenter ſibi praeparat, quia Succus, qui venalis exſtat, raro purus occurrit, ſed lu-

cri cauſa ſaepius *adulteratur Aceto.* — *Cortex Citri* etſi ad dimidium putrefactus, hinc non abjicitur qua innocuus, ſed vaſculo immiſſus putredini ulteriori committitur, fermentatione hac putrida ſeparatio partium oleoſarum a terreis & mucidis efficitur, deſtillatione dein ſuſcepta totius maſſae cum quantitate ſufficiente Aquae communis, *Oleum* acquiritur ſeparatum ſuaveolens, & inprimis in majori quantitate, quam e plane recentibus Corticibus.

In locis quoque non marinis levi modo *Cortex Citri* ſucceſſive colatus, in lagenis vere clauſis aſſervari poteſt ad ſufficientem deſtillationis copiam. *Piepenbring.*

OLEVM CORNV CERVI, ET SAL,

& *Spiritus Cornu Cervi*, ſ. *Liquor Alcalinus.*

Rec. *Cornu Cervi raſi* quant. placet.

E retorta lutata l. cucurbita ferrea, alembico terreo vitreato, cum adaptato vaſculo ſatis amplo, & tubo intermedio, munita, ſuſcipiatur deſtillatio, igne ſenſim, tum ad ſummum fere aucto, ad ignitionem retortae l. cucurbitae, quo aſcendunt, *Aqua ſubtiliſſima ſalina*, ſi *Liquor alcalinus* ſ. *Spiritus Cornu Cervi*, & tum *Sal ſiccus, volatilis*, parietibus excipuli, cum hoc ad finem usque *Oleum empyreumaticum*, primo flavum, dein rubrum, ac denique nigrum, & picis inſtar craſſum, ſi nil amplius in excipulum tranſit, dematur ignis.

Deſtillatione ceſſante, & vaſis fere frigefactis, *Oleum* a reliquis productis ſeparetur, ſeorſim ſervandum.

Liquor purificatur deſtillatione iterata, ſi ab *Oleo* & *Sale* ſeparatus, exiguo adhibito calore iterum deſtillatio ſuſcipitur.

Sal vero *purificatur*, ſi cum *Alcali Lignorum* depurato, pari pondere mixto, ſublimatur. ſ. ſi *Sal* collectus nova ſublimatione ut albus evadat, depuratus ſerv. *Spiritus* vero iterata deſtillatione e balneo arenae rectificatus tum acquiritur. Ph. *Suecica. Fuldenſis.*

Caput *Mortuum* peracta deſtillatione in retorta relictum, in crucibulo ad albedinem usque calcinetur, & ſervetur uſui.

Ad Ph. *Suecic. Herbipolit.* quae praeſcribit quoque *Oleum Cornu Cervi rectificatum* e *Capite mortuo Cornu Cervi*, ad albedinem calcinati, quant. ſuffic. ut repleatur retort. vitreae quarta pars. Inſtilletur tum *Olei Cornu Cervi foetidi* qu. ſuffic. ut dimidia pars retortae vacua maneat.

Retorta balneo arenae commiſſa, & recipiente agglutinato excitetur ignis lenis, tum auctus.

Pari modo & toties denuo *rectificetur Oleum* collectum deſtillatione finita, ad ſummum gradum limpiditatis, & omnis empyrevmatis abſentiam.

Non ex ſolis *Cornu Cervi Cornibus*, ſed ex *aliis* quoque *Oſſibus*, longa coctione a pinguedine liberatis, ſanguine ſiccato, lumbricis ſiccatis, & ſimilibus, hoc Oleum animale foetidum obtineri poteſt. Ph. *Fuldenſ.*

Requiritur hoc Oleum ad *Olei animalis Dippelii* parationem: caeterum *uſus* ejus nonniſi eſt *externus*, ob vim *reſolventem* & *antiſpasmodicam*. Ph. *Fuldenſ.*

OBS. 1) *Goettling* ſuadet praeparat. e conciſis *Oſſibus animalium*, in retorta tubulata ferrea.

Ad acquirendum *Spiritum Cornu Cervi rectificatum* deſtillatio reiterata ſuſcipitur, *Spiritus* prima deſtillatione acquiſiti foetentis, qui *Sale* & *Oleo* adhuc foetens privatur addito *Calce viva*: quo *Sal* in initio, in forma puriore, in recipiente apparebit vitreo, cui dein *Spiritus Cornu Cervi rectificatus* ſuccedit.

Sal ita acquiſitum, partim purificatum - ex tempore obſcurum, facile acquirit colorem, cui praevenit optime *Aqua* addita, quo mutatur id *Sal* in *Spiritum Cornu Cervi* liquidum.

Alio modo *Sal Cornu Cervi artificiale* poteſt praeparari, quum *Sal volatile Cornu Cervi* cum *Oſſium Sale* volatili conveniat, & ſine detrimento, laevius aeque extrahetur. Hinc *Goettling* & alii ſuadent ad praeparationem *Salis Cornu Cervi*, ſi *Sal volatile Salis ammoniaci* Cretae ope ſublimatione ſeparatur, & ſi hinc miſcelae e *Sale ammoniaco* & *Creta*, ante ſublimationem additur copia quaedam *Olei Cornu Cervi* ſ. *Olei Oſſium* ex animalibus, acquiritur ſublimatione *Sal volatile*, minime differens a vero *Spiritu Cornu Cervi*. Si miſcentur nempe *Sal. ammoniac. deſiccat.* part. 4. cum *Cretae* ſiccae partibus 5. cui miſcelae ad Libras ſumtae adduntur *Olei* ex animalium *Oſſibus* deſumti, Unc. 1. ad Drachmas 10. quo tum omnia deſtillantur in vaſculis congruis ferreis deſtillatoriis, igne ſatis valido, & recipiente non nimis magno, ad eo meliorem Salis formam acquirendam — Unciae 40. *Sal. ammoniaci* cum Unc. 60. *Cretae* mixtae exhibent Unc. 24. *Sal. volatilis genuini Cornu Cervi.*

Si

Si exigua tantum pars *Salis* hujus praeparanda eſt, ſumuntur Unc. 4. *Sal. ammoniac.* ſicci & Unc. 8. *Ciner. Clavellat.* ſiccat. cum *Olei Oſſium animal.* Drachm. 1. balnei arenae ope, caeterum praeparanda uti ſupra. *Goetling.*

OBS. 2) *Spiritus volatilis Cornu Cervi* ſimilis acquiritur, ſi *Spiritus Salis ammoniaci* volatilis, l. *Creta*, l. *Sale Tartari*, ſine Calce vero praeparati, Unc. 96. vel ſi *Salis ammoniaci*, *Ciner. Clavellat.* ana Unc. 24. ſolvuntur in *Aquae commun.* Unc. 96. quibus addentur *Cornu Cervi crudi*, ſ. *Spiritus volatilis Oſſium* Unc. 48. quae deſtillantur omnia, uti in rectificatione *Spiritus Cornu Cervi*, & tum detrahitur *Spiritus* qu. ſuffic. filtrandus poſt aliquot dies, qui *diutius pelluciditatem* retinet, quam

A *Spiritu Cornu Cervi* puro praeparatus, tum uti verus facile hinc turbidus fit, & foetens, *Vires medicae* non convenient plane cum ordinario, qua non tantum *Olei* continente, & quidem indolis potius craſſioris - crudioris, non tam ſubtilioris, & levioris acquiſitionis, foetoris, nauſeoſae indolis ad vomitum, & minoris pelluciditatis.

OBS. 3) *Mangoniſatio Spirit. Cornu Cervi* fit quoque, ſi *Cornu Cervi crudum*, ſ. *Spiritus* ex *Oſſibus volatilis* cum *Calce viva* deſtillatur, uti ſupra, qui ad uſum externum - qua Odoramentum, forte valde acre ſine noxa convenit, interne vero nimis eſt acris, & ob minorem copiam *Salis volatilis*.

Qualis *Mangoniſatio* ſubito patebit, ſi *Spiritus Vini* rectificatiſſimus affunditur, ubi non ſtatim miſcendo *Spiritus Vini* ſcintillulae ſplen-

dentes apparent, fundum petentes, *Calce viva Spiritum* adulteratum eſſe tibi perſuadeas; ubi autem hae particulae fundum petentes apparent, & ignis calori appoſitae iterum evaneſcunt, de ſinceritate *Spiritus Cornu Cervi* convictus eſſe potes; pulvis vero praecipitatus, immutatus in cochleari jacens, *Calcis* & aliorum quisquiliorum additamenta teſtatur.

OBS. 4) Diſpenſ. *Fuldenſe* cupit ad deſtillationem *Olei Cornu Cervi* rectificat: *Olei Cornu Cervi foetid.* qu. plac. immittend. infundibuli ope, longiſſimo roſtro inſtructi, in phialam altam, ſiccam, puriſſimam, in quam jam antea Unciae 4. circiter *Cineris Lignorum* puri & cribrati immiſſae fuerunt, adplicetur tum capitellum ſiccum mundum, longo roſtro inſtructum, balneo arenae immiſſa, leni inſtituatur igne, uti ſupra, deſtillatio, donec Oleum incipiat fieri ſpiſſiuſculum, l. dum una circiter 10ma pars adhibiti Olei foetidi in excipulum tranſiverit; Liquor hic contentus cum dupla l. & quadrupla portione Aquae mixtus novae phialae immiſſus, e balneo arenae deſtilletur, donec *Oleum* tranſcendens album & limpidiſſimum colore obfuſcari incipiat, quo adparente ignis removeatur, & vaſis refrigeratis dematur adparatus, Oleumque limpidiſſimum in parva vitra, 1. Drachmam capientia, infundatur, in quae antea aliquot Guttae Aquae immiſſa ſint, Subere, Luto l. Cera probe obturata, inverſe in arena ponantur, ſicque adſerventur, l. quod melius in lamina plumbea foraminibus, cum vitrorum altitudine, & circumferentia correſpondentibus, inſtructa inverſe recondantur, haecque lami-

na una cum vitris in *Aqua aluminata* reponatur ſic, ut Aquae ſuperficies ſuper laminam ad aliquot digitorum altitudinem emineat.

Si *Oleum* tractu temporis *pelluciditatem* perdit, aut *flavedinem* contrahit, cum *Aqua* tum miſcendum, ac de novo deſtillandum eſt.

Diſp. *Fuldenſe.*

OBS. 5) *Herold* cupit *Oleum Cornu Cervi* Unc. 16. & *Calcis vivae* Unc. 8. deſtillandi uti ſupra, quod *Oleum* valde *pellucidum album* exhibuit, reiterata deſtillatione albidius ad Unc. 4.

OLEVM CORNV CERVI FOETIDVM, & *rectificatum.* ſ. *Oleum animale.*

Rec. *Cornuum Cervi* conciſ. in fruſtas quant. plac.

Immitte retortae lutatae, alembico probe munitae terreo vitreato, & igne aperto ad gradum ita auctae, ad retortae igneſcentiam; quo prodit *Phlegma*, in ſecundo ignis gradu & tertio *Sal volatile*, & *Spiritus*, itemque *Oleum empyrevmaticum* ſubtilius: in quarto tandem Oleum *foetidum - craſſum - nigricans*, quae omnia ſingulatim probe aſſervanda ſunt, mutato ſemper recipiente.

Sal volatile dein ſublimetur, & iſto modo *rectificetur*, *Spiritus* denique de iſto de novo abſtrahetur. *Piderit.*

VIS *penetrans*, *reſolvens.*

USUS *Interne* in *pauperibus* tantum, qua *ſuccedaneum Olei animalis Dippel.*

Externe pro odoratu *mulieribus hyſtericis*; ad *Unguenta* caeterum *reſolventia.*

OBS. Ph. *Roſſica* & *Suec.* praeſcribunt, ut *Oleum Cornu Cervi* deſtillatione ſicca acquiſitum, ite-

rum & reiteratis vicibus e vaſculo probe mundato ad limpiditatem, ſ. ad *Spiritum* inſtar tenuem & limpidum usque deſtilletur, quo acquiritur tum *Oleum Cornu Cervi rectificatiſſimum*, in vaſculis exiguis vitreis, epiſtomiis probe munitis, accurate ſervandum.

OLEVM FOENICVLI DESTILLATVM.

Praeparatur e *Seminibus Foeniculi* uti *Oleum Anethi deſtillatum* l. *Aniſi*.

VIS *aperiens*, *attenuans*, *diſcutiens*, *carminativa*, *ſtomachica*, *diuretica*, *diaphoretica*.

USUS *colicae*; & ad *Elaeoſachara*, *Linimenta*, & *Olea ſtomachica - carminativa*. Ph. *Argentorat.*

OBS. 1) *Oleum Foeniculi dulcis* e Semine Speciei *Anethi Foeniculi*, in Italia & Candia progerminantis, & coloris amoene albi, ſaporis magis dulcis - ſuavioris - *Oleum Aniſi* redolens, incraſſans, in frigore uti e Foeniculo europaeo paratum: — Quorundam tuſſium expectorationem promovet, confert quoque in flatulentia a refrigerio ventriculi a Guttis 2 — 12. *Sande* & *Hahneman.*

OLEVM HYOSCIAMI.

Praeparatur e *Seminibus* & Herba *Hyoſciami*, uti *Oleum Amygdalarum*. Ph. *Suecica* & *Würtenb.*

Semina Hyoſciami contundantur, torreantur, & exprimantur.

VIS *anodyna*, *narcotica*, *paregorica*, affluxum nimium cohibet, recenter paratum.

USUS ad *Emplaſtra anodyna*, & de *Hyoſciamo*; ad *odontalgiam*, *ſcorbuticos dolores*, *cephalalgiam* ſed caute, Ph. *Argentorat.*

OBS. A ſe ipſo Mixtura haec - *Olei Olivarum* cum Herba & Semine *Hyoſciami* flammam jam concepit, & ſe inflammavit, uti Oleum *Cannabis* cum Fuligine. Caute hinc ſemper in loco non periculoſo, incendio non tam prono, eſt praeparandum. *Pfingſten* obſervat.

OLEVM HYPERICI MANLII.

Rec. Florum ſ. Summitat. *Hyperici* recentium maturor. parum ſiccatorum contuſorum, Unc. 36.

Olei Clari ſ. *Olivarum* Unc. 24—36.

Vini albi Unc. 6. Mixta ſtent per 3. dies in maceratione leni igne, decoquantur ad omnem humidi conſumtionem, expreſſis addantur

Terebinthinae larigen. l. *Venet.* Unc. 12.

Croci minutim conciſi Drachm. 2.

Elapſis 24. horis coletur, ſerv. uſui. Ph. *Danica.*

VIS eximie *vulneraria*, *paregorica*, & *balſamica*, *anodyna*, *digeſtiva*, *emolliens*, *reſolvens*.

USUS *externe* ad *vulnerum* & *ulcerum* ſanationem promovendam, tam ſubitaneam vim *anodynam* exſerit, ut ſymptomata inde orta, ſubito ceſſent, vulneribus applicatum; in quibus *nervorum laeſio* ſimul adeſt, uti & in *dolorib. articulorum.* In *affectibus nervorum* a convulſione & luxatione ortis eximium *paregoricum*, *Keupp.*

Pro *parvis vulneribus*, qua *domeſticum* remedium nil pulchrius invenitur. *Piderit.*

In *affectibus nervorum* a *convulſione* & *luxatione* ortis praeclarum. Caeterum tamen caute in *vulneribus oſſium*, qui facile nigreſcunt.

Inſervit pro *injectione*, ſi in *vulneribus* ſuppuratio debet promoveri, hinc eſt *digeſtivum liquidum.*

In *colica* & *verminatione infantum.*

OBS. Ph. *Suecica* commendat ſummitat. *Hyperici* Unc. 12. cum *Olei Olivar.* Unc. 24. ut macerentur in vaſculo vitreo per aliquot dies, usque dum colorem *rubrum* Oleum acquiſiverit, quod tum colandum eſt.

OLEVM JASMINI,

E *Gallia* meridionali aut *Italia* multo fragrantius acquiritur, quam e noſtris Flor. deſtill. acquiſitum.

VIS & USUS e *plantae* tam *volatilis ſubtilis* qualitatibus patet per ſe.

OBS. 1) *Oleum Baccarum Juniperi*, e *Baccis Juniperi* communis paratum, cujus *Vis* eſt *reſolvens*, *diſcutiens*, & *Uſus* praecipuus ſolum, vel cum *Oleo Lumbricorum* terreſtrium & *Spiritu Juniperi* mixtum, ad *membra arthritide* contracta & *paralytica.* *Plenck. Selle.*

OBS. 2) *Oleum Juglandium Nucum* paratur e *Nucib. Jugland.* uti *Oleum Amygdalar.* expreſſum, cum quo virium ratione partim convenit, modo ſit recens, non rancidum, qua *diſcutiens-carminativum*, ad *dolores colicos*, & ad varia *vitia cutis* conducens. *Piderit.*

OLEVM LAVRINVM ſ. LAVRI *Baccarum deſtillatum.*

Rec. *Baccar. Lauri* nobilis maturar. recent. qu.plac.

Tritae in *Aqua fontana* coquantur, & adhuc calidae ſacco incluſae, fortiter exprimantur, refrigeratum Oleum, pinguedinis inſtar; *Aquae* ſupernatans colligatur, *Uſui* inprimis *externo.*

Caeterum raro l. nunquam apud nos paratur, ſed

ex *Inſulis Fortunatis*, & ex *Italia* nobis adfertur plerumque, & e *Languedoc* optimae notae; e *Provence* nil confert.

VIS *calefaciens, ſtimulans, diſcutiens, carminativa, nervina, roborans, ſopiens.*

USUS *Externe ad ſpasmos, flatus;* ad *ſpasmos flatul.* inprimis gravidar. *colicam flatulentam, tormina* - addita inprimis *Camphora;* ad *lumbricos infantum;* ad *roborandos articulos, nervos, tumores reſolvendos;* ad *aurium dolores, & auditus gravitatem;* uti & ad *dolores* poſt partum pubis regioni. Olim cum *Oleo Amygdal.* blando; & qua *emmenagogum*, ad *foetum* mortuum pellendum; ad *affectus uteri - hyſtericos* commendabatur.

OBS. 1) Utplurimum quidem ex Inſulis fortunatis ad nos fertur hoc Oleum, ſi tamen Baccae recentes haberi poſſint, melius apud nos iſto paratur modo. Diſp. *Fuldenſe.*

OBS. 2) *Genuinum Oleum Lauri* debet eſſe ſuaveolens fortiter, Lauri plane continens odorem & ſaporem, coloris viridis - ſubflavi, grumoſae - craſſiuſculae conſiſtentiae. Exitioſum plane eſt valde viride, fluidum, aequaliter unguinoſum, & parum Laurum redolens.

Genuinum eſt ſolubile plane in Aethere; Spiritus Vini extrahit colorem & Oleum aethereum. — *Aerugine mangoniſatum* ejusdem erit tum coloris, aequaliter ſaturate viridis, & Spiritu Salis ammoniaci contritus Tinctura fit caerulea.

Si *adipe ſuillo* eſt *adulteratum Aether* tum *lacteam* formabit *Mixturam: Spiritus Vini* additus *Terebinthinam* extrahet, quo ſaepius adulte-

ratur, quod odor & ſapor ejus luculenter ſaepe declarat.

Confert caeterum eximie ad *membra paralytica*, rhevmatiſmo affecta cum tumore frigido, qua *diſcutiens* & *roborans* remedium inunctum, uti & ad *Emplaſtra ſtomachica. Sande* & *Hahneman.*

OBS. 3) *Oleum lateritium* ſ. *philoſophorum deſtillatum*, quod quidam tantum commendant, paratur, ita Rec. *Lateres novos*, ſ. *Terram ſiccam*, in fruſtula contract. & bene calefacti in *Oleo Olivarum* extinct. quae pulveriſata deſtillationi ſubjiciuntur, in retorta vitrea, aucto gradatim igne, quo Oleum acquiritur, ſuper cineres rectificandum. Ph. *Roſſica* — *Suecica* — *Würtenb.* — *Danica.*

Cujus Olei *Vis* eſt *reſolvens*, *attenuans*, *ſeptica.*

Uſus ad *ulcera mundificanda*, & *carnes luxuriantes detergendas*; caeterum conducit in *paralyſi*, *rhevmatiſmo*, & *ulceribus ſordidis*, teſtimonio *Plenck.*

Alii *Oleo Olivarum.* ſ. *Oleo Lini* qu. plac. imbibunt *Lateres contuſos*, l. *Cineres*, l. *Calcem vivam*, l. quod praeſtat, pulverem *Carbonum* duriorum, tum deſtillationi per retortam ſubmittunt, & rectificationi, quo *Oleum* tale *Olivarum*, materia cauſtica ignis aliquantulum impraegnatum, acquiritur, partes aquoſae quaedam ſimul acquiſitae in retorta, ſeparantur probe, filtri ope ſeparatorii: teſtimonio *Goetling* — *Plenck.*

OLEVM LAVENDVLÆ DESTILLATVM, ſ. *Quintae Eſſentiae.*

Praeparatur e Flor. recent. *Lavendulae, Spicae,* uti

Oleum Abſynthii deſtillat. ſine longa praemiſſa deſtillatione.

Magis fragrans vero acquiritur e *Gallia* meridionali aut *Italia*, non tam auſteri odoris, uti e noſtrate Lavendula. *Piderit.*

VIS *nervina, roborans, reſolvens, cephalica, uterina, diuretica, carminativa.*

USUS ad *Unguenta nervina*; in *inveteratis grandinibus*, & *palpebrarum tumoribus cyſticis. Plenck.*

Ad *flatus* & nervorum debilitatem; caeterum confert ad reficientem Aquam odorantem, ſic dictam, *Eau* de *Lavande. Sande & Hahneman.*

OLEVM LILIORVM ALBORVM.

Rec. Petala *Liliorum alborum* Unc. 24 — 30. quae in

Olei Olivarum Unc. 36. maceratis, in vaſe vitreo una cum Oleo ſervandae ſunt probe. Ph. *Roſſica, Suecica. Argentoratenſ.*

VIS *emolliens, anodyna, laxans.*

USUS ad *ambuſt. abſceſſus, inflammationes maturandas*, & *ſuppurandas* commendatur; uti in affectibus *renum* & *veſicae*, ex acrimonia urinae ortis; in *iſchuria* regioni pubis inunctum; *obſtetrices* manus ſuos Oleo hoc inungunt, inunctosque in ſinum muliebrem immittunt, *emolliendi* & *lubricandi* ſcopo. Caeterum ad *Clysmata emollientia* alvum & *laxantia*; ad *Unguenta anodyna*; ad *genitalia* circa pubem Oleo hoc illinienda, ſuadet Ph. *Argentorat.*

OLEVM LINI EXPRESSVM,

Praeparatur e Semin. *Lini uſitatiſſimi,* uti *Amygda-*

larum dulcium expreſſum, ſine praevia Seminis toſtione, cum quo

Virium ratione convenit, ſaepius praeferenda eſt, ob non tam laevem inclinationem ad ranciditatem, uti in aliis. Prae caeteris ventriculum valde onerat interne ſumtum. Melius ab *Aleourgis* comparetur. *Piderit.* Ph. *Suecica.*

VIS *emolliens*, *relaxans*, *refrigerans*, *obvolvens*, *leniens*, *antiſpasmodica*, *anodyna.*

USUS *Externe ad clysmata emollientia* in *herniis*, praecipue a *ſpasmo* incarceratis: ad *odontalgiam* qua *anodynum;* in *ſpasmis, pleuritide*, calide *regioni dolenti* applicatum; ad *ambuſtiones*, ſubito applicatum cum albumine ovi, ad *Unguentum* redactum, antequam inflammatio orta eſt ibi; ad *haemorrhoidum caecarum dolores; ani* affectus; ad *convulſiones articulorum, muſculorum, nervorum cervicis duritiem mitigandam;* ad *pterygia* & *ambuſta* Ph. *Argentorat.*

Interne olim *pleuriticis* adhibebatur, & ad affectus *pectoris*, ab Unc. 1.- ad plures, *ſputum promovendi* & *dolores mitigandos;* ſed ob leviter ulteriorem inflammationem metuendam, raro hodienum interne.

OBS. 1) Diſpenſator. *Fuldenſe* ſuadet ad praeparat. *Olei Lini*, inprimis depurati. Libr. 4. — *Pulpae Pomorum acidorum* a nucleis & corticibus liberatorum, & in mortario lapideo per embolum ligneum conquaſſatorum Unc. 12. — Hae vaſi lapideo l. melius ligneo immiſſa, & probe mixta, reponantur in loco temperate calido, ad fermentandum; cum vero ſub fermentatione Pulpa elevetur, & Oleo ſupernatet, ſibique relicta ſitum contrahat,

& putreſat, quotidie ſaltem ſemel maſſa elevata bacilli ope eo usque moveatur, donec ſubſederit, & Oleo iterum tegatur.

Ceſſante poſt aliquot dies fermentatione, Pulpae haec elevatio ceſſat, & nonniſi ſpuma in Olei ſuperficie adparet; quae nunc Oleum in quiete relinquatur, donec nulla fere ſpuma amplius obſervetur: ſpumatione ceſſante tota Olei & Pulpae maſſa aliquoties iterum agitata, & probe commixta reponetur in cella, & per 14. dies in quiete relinquatur; quo tempore elapſo *Oleum clarificatum*, odore, ſapore, & pelluciditate emendatum a faecibus decantetur, & pro *uſu interno* ſervetur.

Pro temporis diverſitate *fermentatio haec* inſtitui poteſt cum Pulpa l. Fragorum l. Ceraſorum acidorum, l. Ribeſiorum, l. Rubi Idaei baccarum, l. Myrtillorum, probe tamen attendendum, ne Semina eorum contundantur.

Oleorum preſſorum depurationem ita inſtituendam commendat *Diſpenſat. Fuldenſe.* Rec. *Olei* e *Seminibus* recentibus non rancidis, ſine calore *preſſi.* quant. videtur, ſtatim poſt preſſionem miſceatur cum *Muria Salis communis*, ſolo aeſtivi aëris calore facta ſic, ut ad quamlibet *Olei* Libram - *Muriae Salis* Uncia 1 & 1/2. addatur, quo facto bene mixta quieſcant, donec Muria Salis cum farinoſis Olei particulis unita ſubſederit, tum vero Oleum clarum a ſubſidentia decantetur. — — Si *Oleum* de hyeme prematur, haec Muriae admixtio non requiritur, ſed ſufficit, ſi Oleum recenter preſſum per 12. horas frigori ad congelandum exponatur, ac dein in loco temperate calido quieſcat, donec omne hete-

rogeneum ſubſederit; quo facto ſupernatans Oleum clarum a ſubſidentia decantetur.

Ut autem *Olea impuriora* & *ingrata* e. g. *Oleum Lini*, & odore & ſapore & pelluciditate emendentur, ulterius depurentur per fermentationem ſupra deſcriptam occaſione *Lini.*

OLEVM MACIS ſ. MOSCHATÆ NVCIS *expreſſum*, ſ. *Corpus* pro *Balſamo.*

Rec. *Nucum Moſchatarum* : qu. plac. In fruſtula redacti ſacculo includantur, vapori *Aquae ferventis* aliquamdiu exponantur, & prelo pannum calefacto Oleum dein exprimatur. Raro vero haec praeparatio apud nos fit.

Ex *India* enim & e *Belgio* plerumque ad nos accedit leviori pretio, ubi eodem modo e *Nucibus Moſchatis* adhuc calidis contuſis, *Aquae ferventis*, vapore irrigatis, Oleum hocce exprimitur. Pro uſu *interno* melius paratur a noſtris Pharmacopolis.

Caeterum ſaepius *Sebo* aut *Cera* in damnum Pharmacopaeorum *adulteratur*, melius hinc Pharmacopoei ſibi parant ipſi & recenter.

VIS *roborans*, *carminativa*, *anodyna*, *antiſpasmodica*, *ſtomachica*, *anticolica.*

USUS *Externe* ad *Unguenta nervina*, in *ventric. debilit. torminibus*, *flatulentiis*, *digeſtionis vitiis*, *vomitibus*, *diarrhoeis*, ventriculi regioni applicatum; *evacuatis* vero ſedulo *primis viis*, nec empyricorum multorum more, & muliercularum, humoribus variis vitioſis adhuc latentibus in primis viis.

Ad Tempora *infantum* illinitum, *ſomnum conciliat* placidum. Pro *Balſamorum* & *Linimento-*

rum variorum *corpore* inſervit quoque eximie, ad vires eorum augendas - & odorem ſuaviorem iis conciliandum, & ita quidem, ut ad *Olei* cujusvis deſtillati Drachm. 2. addantur hujus *Olei Nucis Moſchatae* Drachm. 5. *Piderit.*

OBS. 1) *Oleum Macis, ſ. Moſchatae Nucis deſtillatum* paratur e *Nucib. Macis,* uti *Oleum Caryophyllorum*, omiſſo tantum Semine *Amomi.*

VIS *roborans, carminat. ſtomachica, antiſpasmodica.*

USUS *Interne,* in *diarrhoeis* & affectibus *flatulentis, vomitu, ventriculi debilitate, torminibus, ſingultu, colica. Externe ventriculo* illinitum vim *roborantem* & *carminativam* praeſtat. Caeterum ad *Balſamorum* & *Unguentorum* variorum conſiſtentiam, quum *Balſam.* Drachm. 5. ad *Olei deſtillati* Drachm. 2. ſufficiant.

DOSIS a Guttis 3 — 8. ad *Sachari* Unc. 1. uti in *Elaeoſacharo* florum *Caſſiae.*

OBS. 2) *Oleum Nucis Moſchatae expreſſum* paratur quoque, uti alia Olea expreſſa: multo laevius vero ex *India* acquiritur.

OBS. 3) *Oleum Macis* eſt Oleum ſubtile-volatile, ſaporis mediocriter acris, & odoris fortis-aromatici Macis redolens, tenue, pellucidum, coloris pallide flavi, & levis, in fundo remanet tantum Oleum obſcurum craſſiuſculum. Inter rariora refertur. *Sande. Hahneman.*

OBS. 4) *Oleum Nuciſtae, ſ. Nucis Moſchatae* expreſſum officin. paratur e contuſis Nucibus Moſchatae, qui in cribro vapori Aquae ferventis exponuntur, in linteamine involvuntur, exprimuntur tum inter 2. lamina metallica calefacta, quo obtinetur $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{4}$.

Optimae notae Oleum acquiritur ex *Oſtindia* in lagenis lapideis, conſiſtentiae craſſiuſculae florum Moſchatae, coloris & ſaporis amoeni, & odoris fortis - ſuaveolentis.

Altera Species eſt coloris pallidioris - rubro flavi, - odoris & ſaporis multo debilioris; transportatur ad nos e *Batavia* in fruſtis duris compactis - laevibus - quadrangulis: per expreſſionem iſtorum Nucum Moſchatae acquiruntur vulgo, qui deſtillationis ope jam privati ſunt Oleo aethereo.

Commune *Oleum Nucis Moſchatae*, qua tertia Species conſtat e Terra, - Adipe - l. Sebo, Oleo Palmae &c. cum pauco Oleo genuino Nucis Moſchatae commixto.

Genuinum Oleum Nucis Moſchatae bene & ſuaviter olet, eſt ſaporis aromatici, & continet Olei aetherei $\frac{1}{20}$ — $\frac{1}{16}$. Prima Species hinc ſemper eſt eligenda.

Aether Oleum *genuinum* plane ſolvit, Spiritus Vini involvit Oleum aethereum, & relinquit unguinoſum incoloris plane.

Quo modo *Mangoniſationes* innoteſcunt; ſi *Cera flava* eo commixta eſt, poſt frictionem cum Spiritu Vini, color ejus proprius remanet tamen: *Aether* Mixturam turbidam, magis l. minus flavam, l. acidam - lacteam, cum Oleo Nucis Moſchatae generabit, ſi prius adulteratum eſt Cera, Adipe l. Sebo

Sande. Hahneman.

Cartheuſer hinc erravit, ſi aſſumſit in Oleo Nucis Moſchatae partem naturalem eſſentialem Cerae anologam. *Sande. Hahneman.*

OLEVM MELISSÆ DESTILLATVM,

Praeparatur e Herba *Meliſſae*, uti *Oleum Abſynthii deſtillatum*.

VIS *nervina, antiſpasmodica.* *Piderit.*

USUS *interne* in affectibus *hyſtericis*, *ſoporoſis*; in *colica flatulenta*, *apoplexia ſeroſa*.

Tam *interne* quam *externe* in *cephalalgiis, hyſtericorum* vertici & *temporibus* illinitum.

OLEVM MENTHÆ PIPERITÆ,

Praeparatur e Herba *Menthae Piperitae*, uti *Oleum Abſynthii deſtillatum.*

VIS *Olei* hujus ſubtilis - levis - concentrati valde, coloris ſubflavi - viridis, per moram fuſceſcentis, valde diu urentis, cum frigido remittente *ſapore*, & *odore* penetranter inſtar Camphorae, calefacientem ſenſationem interne excitat ſimul, *ſtomachica, calefaciens - excitans*, *carminativa*, *antiſpasmodica.*

USUS ad *ſtomachum roborandum*; ad *ſpasmos leniendos*, & *ſingultum*; ad *vomitum ſiſtendum*, *flatus*, *diarrhoeas*, *choleram*, affectus *ſpasmodico-flatulentos*; ad *dolorificum ſpasmodicum menſium fluxum imminuendum.* *Piderit.*

OBS. 1) *Mangoniſatur* ſaepius a quibusdam *Oleum* hocce - lucri cauſa, *Oleo - Terebinthinae* deſtillato - ſubtiliore, quam ſimplici ordinario. *Wa.*

OBS. 2) *Oleum Menthae criſpae deſtillatum*, deſtillatur uti *Oleum Abſynthii deſtillatum.*

Ad Ph. *Edinburg.* ſumendae ſunt Herb. *Menth. ſativ.* ſiccat. qu. plac, *Aquae fontan.* qu. ſuffic. ut herba commode innatare poſſit, quae per aliquot dies macerentur, dein deſtillentur, uti alia *Aqua Menth. Piperitid.*

VIS *nervina*, *roborans*, *ſtomachica*, *carminativa*, *uterina*, *antiſpasmodica*, *ſedativa* per totum corpus. — Oleum hocce colorem ſubflavum, odorem penetrantem, & ſaporem prius *urentem*, dein *refrigerantem* exhibet.

USUS in *paralyſi*, *debilitate partium externarum*, & *affectibus uteri*, *hyſtericis*.

OBS. 3) Ph. *Londinenſis* commendat *Oleum* e *Mucilaginibus*, parandum e Radic. *Altheae* recent. Unc. 6. — *Semin. Lini* - *Foenu Graeci* ana Unc. 3. — *Aquae* commun. Unc. 24. — *Olei Olivarum* Unc. 48. Radices & Semina contuſa in Aqua per horam dimidiam, lente coquantur, tum additur Oleum, & recoquatur, donec Aqua penitus ſit abſumta, Oleum tum caute effundatur, ſcopo eximie *emollienti*.

OLEVM MOSCHATÆ NVCIS EXPRESSVM & *deſtillatum*, vide *Oleum Macis*.

OLEVM MYRRHÆ PER DELIQVIVM, vide *Liquamen* ſ. *Liquor Myrrhae* per *Deliquium*.

OBS. *Elwert* & *Lieblein* commendant *Myrrhae electae pulveriſatae* ſubtiliter Drachm. 2. — *Sachari Canarienſis* Drachm. 1ſ2. — *Albumin. Ovorum* Unc. 1ſ2. diſſolve in mortario marmoreo. Magis enim praeſtat extemporanea praeparatio, quam antiqua, quae facile rancefcit, & in putredinem vergit.

OLEVM NEROLI, vide *Oleum Corticum Aurantiorum*.

OLEVM NERVINVM PIEPENBRING.

Rec. Herb. recent. *Salviae* Unc. 2.
— — *Melilot.*
Flor. recent. *Chamomill.* ana Unc. 1ſ2.

Olei

Olei Olivarum Unc. 6.
— *Terebinthin.* Unc. 4.
— *Petrae alb.* Unc. 2.
Camphorae Drachm. 2.

Inciſae ſubtiliter Herb. & Flor. digeruntur cum Oleis per 24. horas in calore leni, exprimuntur tum & reliquis miſcentur.

Virtus ejus eximia in *luxationibus*, *paralyſi*, qua eximie *diſcutiens-roborans.*

OBS. 1) *Oleum Olivarum* acquiritur in Italia ex *Olea europea*, cujus

VIS *emolliens*, *lubricans*, *relaxans*, *obvolvens;*

USUS in *morſu viperae* anglicae *vulneri*, & membro juxta carbones ardentes inungitur, in *punctura ſcorpionis*, *apum*, *veſparum*, aliorumque *inſectorum*; cui Oleo in hiſce puncturis *Spiritus Salis ammoniaci* additur a quibusdam.

In *aſcitide* abdomini inunctum jam profuit. *Plenck.*

Caeterum confert ad *emplaſtra*, *unguenta*, *injectiones;* ad *clysmata emollientia* ano, & ad *calculi urinarii dolorem* veſicae injicitur.

OBS. 2) *Oleo Amygdalar. dulc.* hoc Oleum anteponendum eſt, non tam laeve acquirens ranciditatem.

OBS. 3) Maſſa poſt expreſſionem Olei, in faccis reſidua, qua *amurca*, confert quoque in *paralyſi* & *rhevmatiſmo chronico*, quo *ſudor* valde promovetur, ita ut, ſi univerſalis ejus applicatio fieret, in *ſyncopen* aegrum cadere jam obſervatum eſt. *Plenck.*

OLEVM NVCVM JVGLANDVM,
vide *Oleum Amygdalarum.*

OLEVM OLIVARVM,
vide *Oleum Amygdalarum.*

OLEVM OVORVM EXPRESSVM.

Rec. *Vitellorum Ovorum* ad duritiem coctorum qu. plac. deſumtor. ab Ovibus recentibus, ad duritiem coctis, contritis prius torreantur in ſartagine, lento calore ſub continuo motu, ad dephlegmationem, & pinguedinis quandam emiſſionem, e quibus dein forti ſacco, (e ſetis equinis contexto,) incluſis calentibus, preli ope *Oleum* exprimitur, & uſui aſſervatur.
Piderit. Ph. *Auſtriaca. Fuldens. Suecica.*

VIS blande *demulcens, leniens, emolliens, obtundens, coſmetica.*

USUS ſemper *recenter praeparati*, non rancidi, ad *ambuſta*, papillarum & labiorum *fiſſuras*, *haemorrhoides dolentes; ani* & *genitalium excoriationes;* ad *hernias incarceratas;* ad *ſerpiginem*, *impetiginem* & alia *cutis* vitia; ad *fiſſuras papillarum* mammae, labiorum & genitalium. *Plenck.*

Vetuſtum acrimonia rancida dolores potius auget, quam lenit.

OBS. 1) *Nocet* ad *implendas foveas* poſt variolas remanentes, *maculas* enim *flaveſcentes*, faciem defoedantes, facile relinquit.

OBS. 2) Ph. *Suecica* ſuadet ex *Ovor. recent.* qu. plac. coct. ut indurentur penitus, *vitellis* tum exemt. & comminutis, aſſis leniter in ſartagine, usque dum inter digitos preſſi pinguedinem quandam emittant. Sacculo e ſetis equinis contecto ferventes tum indentur, & *Oleum* dein exprimetur.

OLEVM PAREGORICVM,

vide *Oleum camphoratum.*

OLEVM PETRÆ.

OBS. Sunt pharmacopaeorum quidam, qui *Oleum Petrae* imitari ſtudent, *Pice nigra* in *Oleo pini* ſolvenda, unde quidem *colorem* genuini Olei Petrae, minime vero *odorem* accipit, hinc paululum *Olei philoſophorum* affundunt. *Biedermann.*

OLEVM QVINTÆ ESSENTIÆ,

vide *Oleum Lavendulae deſtillatum.*

OLEVM RICINI. ſ. CASTOR. OIL-ANGLIS. ſ. Oleum de *Palma Chriſti.* ſ. *Palmae.*

Praeparatur e Semin. *Ricini ſiccati*, & ſex minimum menſes adulti, uti Oleum *Amygdalar.*

VIS *aperiens*, *emolliens*, *ſtimulans*, *laxans*, *purgans*, in majori doſi ſine ſtimulo, *anthelmintica.* Ph. *Suecica.*

USUS in *obſtruct. alvi* pertinacibus, in *colica ſaturnina*, *aſthmate* ab *exhalationibus ſaturninis*, a Drachmis quibusdam ad Uncias quasdam leniter *purgans*, ſine nimio *ſpaſmo.*

OBS. 1) E Seminibus recentibus, cortice externo valde acri urente, (multum acrimoniae cauſticae alias continentis,) prius caute depurandis, *Ricini communis* genuinum preſſione parandum eſt Oleum; nunquam *mangoniſanda* praeparatio e *Granis Tigliae*, nimium *acribus* & fortiter *purgantibus.* — In *Jamaica* hocce Oleum paratur per *coctionem* cum Aqua.

OBS. 2) Hujus *Olei vires anthelminticae* a multis extolluntur, ab aliis in dubium vocantur, laudatur quoque in *colica ſaturnina.* *Keupp.*

Si preſſio nimis calida fit, tum Oleum exhibet *rancidum* - coloris *fuſci;* quod alias eſſe debet *coloris albi* - flaveſcentis - primum turbidi, dein in vaſculis clauſis pellucidi - clari, ſaporis amoene - dulcis.

OLEVM RORISMARINI DESTILLATVM

Acquiritur eodem modo uti *Oleum Chamomillae.*

VIS *nervina, excitans,* valde laevis, tenuis, incoloris, odoris amoeni, ſaporis camphorati.

USUS in affectibus *capitis* - *hyſtericis* - ſuppreſſis *menſibus*, *uterinis*, *apoplexia*, *paralyſi*, *ingrediens* caeterum *Balſam. cephalicor.*

OBS. Sic *Oleum* etiam *Rorismarini*, odore, calore, & conſiſtentia, *Oleo Lavendulae* parum diſſimile eſt, & nonnunquam ejus loco etiam venditur. Si uſum medicum ſpectas, parum quidem intereſt, quodnam ex his Oleis exhibeatur, attamen, cum prius vilius omnino ſit Oleo *Lavendulae*, in judicium vocari fraudatio illa meretur. Solo odore jam eam cognoſces; *Oleum* enim *Lavend.* longe foetior. odor. ſpargit. *Biedermann.*

OLEVM RVTÆ DESTILLATVM.

Paratur uti *Oleum Abſynthii deſtillatum* e Herba Rutae.

VIS amoene flavi Olei, acris ſaporis, & odoris penetrantis - e plantis inamoeni, interne valde *diaphoretica*, *antiſpasmodica*, *emmenagaga*, *anthelmintica.*

USUS in affectibus *hyſtericis*, *ſpasmodicis*, *menſium ataxia*, & in *ſtatu phlegmatico*, ſi quid praeternaturale per ſudorem eliminandum eſt. Ad *ſpasmos, vermes* & *interne* & *externe. Piderit. Sande.*

OLEVM SABINAE

Praeparatur e Herba *Sabin.* uti *Oleum Abſynth. deſtillatum.*

VIS *irritans*, potenter *ſanguinis motum augens*, & hinc *emmenagoga, anthelmintica*, ſed valde provide adhibendum. *Piderit.*

USUS *Interne* ad *menſes promovendas* in ſumme *phlegmaticis*, & *pituitoſis* humoribus. In *paralyſi* ad partes languidas fortiter excitandas. *Piderit.*

Externe ad *cariem* oſſium efficaciſſime; ad *ulcera putrida*; & a *vermibus carnem luxuriantem* abſumendam, *ulcera* manantia exſiccanda.

DOSIS *Sachari* Unc. I. Guttae tantum 6. hujus *Olei* tam valide *ſtimulantis* pro 3. annorum *infante*, pro 6. Doſibus praeſcribatur, 1. in ovo ad mollitiem coćto. *Piderit.*

OBS. Cautus caeterum ejus *uſus* debet eſſe, qua forte heroicum remedium, ad *foetum pellendum*, inprimis in non maritatis.

OLEVM SAPONIS.

Rec. *Saponis Veneti* raſi Unc. 12.
Arenae mundae Unc. 36.

Mixta igne arenae e retorta deſtillentur, Oleum vero prolećtum ſuper cineribus rećtificatum *uſui externo* ſervetur,

Ob *vires* ejus praecipuas *antiſpasmodicas*-*reſolventes*-*mundificantes*-*ſepticas* ſemper confert eximie. *Diſpenſat. Fuldenſe.*

OLEVM SATVRNI.

Rec: *Sachari Saturni* Unc. 4. ſuperaffunde
Olei Terebinthinae Unc. 8. Digere per aliquot dies ad colorem rubrum.

VIS *vulneraria.*

USUS caute in *ulceribus depaſcentibus, membranarum & tendinum vulneribus.* *Piderit.*

OLEVM SASSAFRAS LIGNI.

Rec *Raſur. Ligni Saſſafras* Unc. 72.

Aquae fontanae Unc. 422.

Salis culinar. Unc. 12. (quibusdam non tam neceſſarii,) Macerentur per 4. dies in loco calido, dein deſtillentur e veſica ad tertiam repleta, quo dein *Oleum* tranſit, non natans, ſed fundum petens, inſtar Aquae pellucidum, - albido - flavi - coloris; ſaporis modice mordentis, aromatici; odoris, amoeni - foeniculati; in frigore incraſſans, & graviſſimum omnium Oleorum eſſentialium, & 1,049. gravitatis ſpecificae. (*Sande & Hahneman.*)

VIS *penetrans. actuoſiſſima*, valde *ſtimulans.*

USUS ad *cacochymicos - pituitoſos - humores corrigendos*, inprimis ſi humorum motus ad corporis peripheriam augendus eſt: conducit quoque

In morbis *arthriticis, podagricis, rhevmaticis*, non rite procedentibus; in *impuritatibus* humorum *pituitoſis & venereis*, inprimis ſi *languens* natura ſtimulanda & excitanda eſt. *Piderit.*

In affectibus *catarrhalibus* ad *ſudorem* excitandum, in debili fibra a Guttis 1 — 2. *Sande & Hahneman.*

Externe ad *cariem dentium*, & *cariem veneream.*

OLEVM SOLANI E BACCIS.

Rec. *Baccar. Solani maturar. contuſar.* Unc. 12.

Olei communis Unc. 36.

Coque ad ſucci conſumt. exprime & uſui ſerva.

VIS *refrigerans*, *incraſſans*, *ſomnum concilians.*
USUS ad *Emplaſtrum anodynum.* *Spielmann.*

OLEVM SVCCINI RECTIFICATVM.

Rec. *Succini* contuſi, *Arenae purae* ana Unc. 36. Retortae capaci ferreae immiſſae, igne arenae gradatim adplicato deſtillentur, quo acquiritur Liquor *aquoſus acidulus* ſ. *Spiritus*, cum pauco Oleo *flaveſcente*, dein *Oleum flavum* ac portio *Salis*, tum *Oleum ſubrubrum nigrum* & major Salis copia.

Aquae calidae ope; ad *Sal volatile* in eo ſolvendum eluatur vas recipiens, filtretur per chartam emporeticam, *Aqua* communi prius madefactam, ab *Oleo* ſeparetur. Tum *Sal* colligetur facta prius exhalatione, quod ſublimatione rectificetur, & ſub titulo *Salis Succini volatilis* uſui ſervetur.

Oleum in forma cryſtallina vero tum miſcetur cum *Cinerum* partib. 2. deſtillatio dein lento igne e *retorta* ſuſcipiatur, & *Oleum limpidum* primo exſtillans *album*, ab inſequenti *rubro* ſeparetur, alterumque de novo rectificetur, ad acquiſitionem plenariam *limpiditatis* & *albedinis*, quod tum probe aſſervandum eſt.

Salis quoque pars, dum *Oleum* fluit, ſublimetur in hoc labore, quod a parietibus vitri auferatur. *Piderit.*

VIS *Olei* & *Salis volatilis* potenter *movens*, *ſtimulans*, *diſcutiens*, *reſolvens*; *penetrans*, varias excretiones corporis potenter *promovens*; *diaphoretica*, *diuretica*, *antiſpaſmodica*, *nervina*; *emmenagoga* fortiſſime in parva Doſi Gutt. 1. tantum.

USUS *Olei Succini interne* in variis *morbis* non rite

ſuccedentibus - retrogreſſis, uti in *arthritide, podagra*, *rheumatiſmo*, *exanthematibus* variis - ſudorem excitando cum odore empyrevmatico - morbos hoſce pro - vel - revocat.

In affectibus *cephalicis*, *convulſivis*, *nervorum*, & *capitis*, in *epilepticis* - *hyſtericis* - *paralyticis* - *apoplecticis*, in ſeroſis *tumoribus frigidis*; in *ſpaſmis hyſtericis* ſiſtendis, & ad *urinam pellendam*, a *ſpasmo* retentam *Sal Succini* praecipue; ad *lethargum*, *vertiginem*, morbos *catarrhales*; ad *pituitam tenacem*.

Externe Oleum Succini album & *flavum* eſt egregium remedium potenter *reſolvens*, *antiſpasmodicum*, *nervinum*, confert in *ſpasmis*, *paralyſi*, *apoplexia*, & *tumoribus* frigidis, *rheumaticis* doloribus; *cephalalgias* a cauſa ſeroſa tantum ortas, *temporibus* applicatum, ſubito tollit, uti in affectibus *nervorum* - *capitis* - *hyſtericis*; in aliis ſpeciebus *aeſtum* excitat nimium, a Guttis 4 — Scrupul. 1.

Adhibetur quoque ad parandam *Aquam Luciae*, ſ. *Eau* de *Luce*, ſ. *Spirit. Sal. Ammon. ſuccinatum.*

Commode quoque, cum *corpore* pro *Balſamo* in *Balſami* formam redigitur.

Convenit caeterum multum cum *Oleo animali Dippelii*. *Oleum nigrum* naribus admotum & umbilico in *hyſterico* malo; ad *membra paralitica* fovenda.

USUS *Salis Cornu Cervi volat.* praecipue ad morbos *arthriticos* - *podagricos*, *diapnoen excitans* in horis matutinis a Granis tantum 2.

In *ſphacelo* inprimis ſenum, utraque *Salia* & *Succini* & *Cornu Cervi* ſunt remedia divina, corticem peruv. ſaepius ſuperantia.

In *febrium malignarum* ſumma *debilitate*, ad pulſum erigendum; uti in morbis *bilioſis* & *putridis;* ad *exanthemata febrilia* pro- vel revocanda, *Sal Succini* ob acidam ſuam indolem, *Sali Cornu Cervi* omnino praeferendum eſt.

USUS *Spiritus Cornu Cervi rectificati* in iisdem morbis, uti *Sal volatile Succini*, a Guttis 4—20—60. calorem vero majorem excitat ob plures partes *oleoſas*, hinc caute *interne:* magis *externe* ad *aurium* affectus, *tinnitum*, *ſuſurrum* aliosque.

DOSIS *Oleum Succini* a Guttis 5—8. interne exhiberi poteſt, in variis vero caſibus, nimis calidius; hinc *Salis volatilis uſus internus* praefertur a Granis 2—10. Et ab *Oleo* ſtimulante adhaerente diligenti rectificatione liberatum, ad Scrupul. 1. l. cum *Vino*, l. *Aqua deſtillata*, l. in *Emulſionibus* dari poteſt.

OBS. 1) *Salia* haec cum *Aceto Vini* digeſta & deſtillata ſunt gratiora, multo vero debiliora irritantia, contra putredin tamen *valentiora*.

OBS. 2) Caute haec *ſtimulantia* remedia ſunt adhibenda, ob calorem nimium facile in ſanguinem excitandum; *nocent* in *motu* humorum *celeriori*, in *plethora*, primarum viarum ſaburra vitioſa, in *tono* fibrarum integro & florido; in juvenibus ſanguineis, *plethoricis* & *bilioſis*. *Piderit.*

OBS. 3) *Adulteratur* ſaepius *Sal Succini*, ob caritatem pretii, quum 60. tantum pars *Salis* e *Succino* obtineatur, vel *Sale ammoniaco*, l. *Cryſtallis Tartari*, l. aliis *Salibus mediis*. *Alcali fixo* mixtum, *urinoſum* ſpirat *odorem*, & tum non totum volatile avolat, in igne detentum.

OBS. 4) Ph. *Suec. Oleum* & *Sal Succini* hocce modo ſimul praeparandum ſuadet, Rec. *Succini* fragment. qu. plac. & e retorta vitrea, recipiente capaci adaptato, deſtillationem ſuſcipe modico igne, quo *Phlegma* primum aſcendet, tum *Sal Oleo* tinctum, quod e retortae collo eximendum eſt, ablato recipiente; aucto tum ignis gradu, & mutato recipiente, *Oleum* acquiritur *flavum*, *rubrum*, & tandem *fuſcum*.

Sal e collo retortae acquiſitum probe ſiccandum eſt ſuper chartam bibulam: *Oleo* vero inquinatum, in *Phlegmate* proprio & *Spiritus Vini* rectificati pauxillo diluatur, atque Liquor per chartam colatus, poſt leniſſimam exhalationem ſeponatur ad cryſtallorum generationem.

Oleum vero e retorta vitrea iterum deſtillatum, *Aquae* purae ſextuplo addito, exhibet *Oleum Succini rectificatum*; ſi rectificatio fit quaternis e retorta pura deſtillationibus, relicta toties in retorta aliqua *Olei* parte, octava circiter rejicienda.

OBS. 5) Ad Ph. *Roſſicam Oleum* rectificatur ex *Aqua* addito *Sale muriatico. Goettling* ad *Oleum Succini* fruſtula *Succini* deſtillationi ſubjicit in retorta ferrea, cum vel ſine arena ſimul impleta, probe lutata luto, & excipulo figulino munito, igne gradatim aucto, ad ſummum gradum, usque dum excipulum non amplius glifceſcit, in quo patebit *Oleum Succini*, & *Phlegma* acidum, in parte ſuperiori excipuli maxima patebit pars transgreſſi *Salis volatilis acidi* in cryſtallorum formam, cum partibus quibusdam *ſalino-oleoſis*, quae *Aqua* fervida ſoluta probe ſeparantur vitri ope ſeparatorii.

Salina haec pars *Succini* acquiſita ab oleoſo, melius ſublimatione, & addita quarta parte argillae ad albedinem acquiritur nitidiſſimam, quam cryſtalliſationis ope.

Oleum Succini magis adhuc purificatur & rectificatur deſtillatione reiterata leni igne, in retorta, vitrea - additis *Cineribus Ligni* l. *Calce* pulveriſ. in aëre. *Goettting* & alii, uti *Stokar* de *Neuform* commendant ad *depurationem Salis Succini* additionem *Sal. culinaris.*

OBS. 6) *Herold* ſuadet *Oleum Succini* parandi reiterata deſtillatione, ex *Oleo*, acquiſito in praeparatione *Salis Succini*, cum *Cineribus Lignorum*, in retorta vitrea, quod excitat *odorem* fortem terreo - reſinoſum, *ſaporem* acrem - urentem, ab omnibus Oleis vegetabilibus valde differt, Oleo Petrae in eo conveniens, quod tam depuratum quam non depuratum, per Spiritum Vini, & per ſolutiones fixas alcalinas. l. per Spiritus volatiles alcalinos non ſolvatur, ſed longa quoque digeſtione l. concuſſione, aeque facile, ac Oleum commune ab Aqua ſeparatur. *Herold.*

OBS. 7) Quidam recentiores commendant *deſtillationem Succini* ſine arena l. ſine alio addito vehiculo, quo modo reſiduum eo melius poteſt iterum alio ſcopo inſervire. *Wa.*

OLEVM TANACETI DESTILLATVM.

Praeparatur e Herba & Floribus *Tanaceti* uti *Oleum Abſynthii deſtillatum.*

VIS *roborans*, *anthelmintica*, *ſtimulans.* *Piderit.*

USUS ſub *Elaeoſachari* forma l. aliis *anthelminticis* l. *purgantibus* additur. *Piderit.*

Externe abdomini illinitum ad *vermes* pellendos.

OLEVM TARTARI PER DELIQVIVM, ſ. *Lixivium Tartari*, ſ. *Liquamen*, ſ. *Liquor Salis Tartari.*

Rec. *Salis Tartari*, l. *Tartari* ad albitudinem calcinat. l. *Ciner. Clavellat.* depurator. l. *Kali.* qu. plac.

In cella ſ. in loco *humido* aëri exponatur in vaſculo vitreo plano, prius immiſſi, l. manicae *Hippocratis*, ſ. ſacculo linteo, usque dum in *Liquorem Sal. Tartari* l. *Cineres Clavellati* fuerint ſoluti, qui dein filtrandi ſunt.

Idem Liquor loco *Liquoris Nitri* fixi adhiberi poteſt. *Piderit.* Ph. *Auſtrica.*

Ad Ph. *Londinenſem Aqua Kali* paratur e *Kali* Unc. 12. ſeponitur in loco humido, donec liqueſcit, & colatur.

VIS *acidum* fortiter *involvens*, *reſolvens*, *diuretica.*

USUS raro *interne*, qua Liquor *cauſticus*, *alcalinus*; *Aqua* dilutus *abſtergens*, *antacidus.* In omnibus *morbis*, in quibus *acidum* eſt *praedominans*, uti in *ardore ventriculi*, in humoribus *pituitoſis tenacibus*, in aſſumtis fortuito *venenis* mineralibus, ad deſtruendum eorum *acidum cauſticum*, in magna copia datum *Sal Tartari*, ſ. *Cineres Clavellati* optime conferunt, & quidem melius in forma fluida *Liquamen* ſ. *Oleum Tartari* per *Deliquium* a Drachm. 1. cum *Syrupi* cujusdam Uncia dimidia, partitis & diſtantibus intervallis, contendit. *Piderit.*

USUS *Interne* ad referendas *obſtruct. abdominales*, Guttae aliquot multa *Aqua* dilutae. *Spielmann.*

Externe magis ſcopo *coſmetico*; ad *chemica* praeparata; ad *menſtrua*; ad *cruſtas tineoſas* illitas

eo; ad *furfures capitis* multa *Aqua* dilutas, Guttae quaedam hujus Olei.

Cæterum & ad mala *rachitica* & *ſcrophuloſa. Plenck.*

OBS. 1) Eodem modo praeparatur *Lixivium Lignorum.*

OBS. 2) Ph. *Suecica, Roſſica* & *Londin.* praeſcribunt *Sal Tartari*, ſ. *Alcali Tartari* qu plac. ut ſolvatur in *Aquae deſtillat.* duplo pondere ad ſaturationem plenariam in vaſculo vitreo, quo dein Lixivium per chartam filtratur.

OBS. 3) *Oleum Tartari foetidum*, paratur e *Tartari rubri* qu. ſuffic. ad repletionem retortae terreae ad duas tertias. Recipiente amplo adaptato leni igne deſtilletur *phlegma*, quamprimum vero prodeunt nubeculae albae, mutato recipiente, juncturis probe clauſis, ſumma ignis vi urgeantur *Spiritus* & *Oleum*, vitri ope ſeparatorii a ſe invicem ſeparanda, & ſeorſim e cucurbita deſtillanda.

Oleum cum *Aqua* eſt rectificandum. Maſſa poſt deſtillationem ſuperſtes calcinata ad albedinem plenariam in igne aperto, *Salem Tartari* exhibet.

Ob VIM *penetrantiſſimam - reſolventem* laudat, ad *tumores cyſticos - induratos - tophos ſolvendos*; ad *contracturas ligamentorum* & *tendinum*, *Plenck.*

OBS. 4) *Goettling* credit *Lignum Fagi communis* loco *Tartari* commode *Oleum Tartari* foetidum exhibere, uti non ſemper *Cornu Cervi* ſumitur, ſed aliae animalium partes, oſſa & olea ad Oleum C. C.

OBS. 5) *Liquor Salis Tartari* Diſpenſat. *Fuldenſ.* conſtat e *Salis Alcali vegetabil.* fort. calcinat.

Unc. 1. — *Aquae commun.* deſtillat. qu. ſuffic. ad ſolutionem, Liquor filtratione a faecibus ſeparetur; *interne* datus virtutem *antacidam*. *incidentem*, *abſtergentem*, & *diureticam* exhibet; *externe* vires *coſmeticas*, cutim depurantes praebet; notiſſimum ad *pharmaceuticos-chemicos* & *mechanicos* uſus requiritur.

OBS. 6) *Herold* commendat tantum *Sal Tartari* Unc. 2. ſolvendi in *Aquae commun.* Unc. 1. tum filtrandi.

OBS. 7) *Oleum Templinum*, ſ. *Pini* ſ. *Terebinthinae* ſubtile e ramis tenellis *Pini ſylveſtris*, Mugo Linn. praeparatur. Ob *Vim vulnerariam*. *Uſum* ejus in *tendinum* & *nervorum punčturis*, ſub connubio Spiritus Formicarum commendat *Plenck*.

OBS. 8) Veterenariis in *ulceribus* manantibus *pecorum* in uſu eſt.

OLEVM TEREBINTHINÆ ÆTHEREVM *deſtillatum*, ſ. *Spirit. Terebinth.* ſ. *Balſam Terebinth.*

Rec. *Terebinth. Larig.* l. *Venet. pell.* Unc. 24. funde in *Aquae fontan.* Unc. 72. quae dein leni igne e veſica ad tertiam repleta deſtillantur, poſt deſtillationem vero *Oleum* ſ. *Spiritus* ab *Aqua* ſimul prolecta ſeparantur.

Reſiduum in veſica a deſtillatione remanens exhibet *Terebinthinam coctam*, quae ulteriori coctione ſine *Aqua* inſtituta, in *Colophonium* reducitur.

Oleum hoc *prius* ex *Aqua* denuo deſtillatum dat *Oleum Terebinthinae rectificatum*.

VIS *anodyna*, *ſtimulans*, *antiſpasmodica*, *ſedativa*, *nervina*, *conſolidans*, hinc *ſtyptica*, *diſcutiens*,

reſolvens, ſtimulans, valde *diuretica*, valde *penetrabilis*, ſanguinem valde exagitat: *diaphoretica, antiſeptica, roborans* ad *taeniam* interne. Caeterum *interne* caute adhibendum eſt hoc Oleum ob vim ejus valde *exagitantem ſanguinem.*

VIS *Externe vulneraria*, *putredini reſiſtens*, hinc eximius eſt ejus uſus *membranis*, *nervis*, *tendinibus* laceratis, *punctis ſectis - ſemiſectis*, recenter calide infuſum, ante *inflammationem.* Si calide inſtillatur, praebet *anodynum* & *conſolidans.*

USUS *Arteriis* & *venis* in magnam laeſis *haemorrhagiam*, proptiſſimum & ſecuriſſimum exhibet *ſtipticum*, ſi tam calide, quam aeger poteſt pati, ſpleniis *appreſſis* applicetur.

Nervis quoque conducit, & *putredini* reſiſtit, atque *vaſorum conſolidationem* promovet, hinc non ſatis laudanda eſt ejus virtus.

Externe anodynum, *tumores* reſolvit & diſcutit *frigidos*, *cyſticos* & *rhevmaticos* calide eis infricatum. *Ganglion* ad *carpum* ortum, eo quotidie illito, diſpulit plane *Plenck.*

Caeterum *Uſus* multiplex ad *vulnera* & *puncturas nervorum*, *membranarum*, tendinum; ſi calidum inſtilletur, praebet *anodynum, antiſpaſticum*, *conſolidans*, - ſedata vero ubivis inflammatione.

Putredini reſiſtit, & *cariei*, nude ad talia *ulcera;* necat *inſecta*, hinc ad *ulcera verminoſa.* Partes defendit adverſus *frigus*, hinc ad *perniones.*

Colophonium hic acquiſitum ad *Emplaſtra* adhibetur.

Fumus ex eo accenſo *phtiſicos* magis onerat, quam eis prodeſt.

Gangraenae putredinem facta ſcarificatione effica-

citer coercet, interdum efficacius quam Cortex Peruv. & Spiritus Vini.

Cuti infric. *urinam pellit*, & odore violaceo imbuit.

OBS. 1) Ob vim valde *diureticam*, *balſamicam* & *mundificantem*, in *gonorrhoea* praecipue *interne* a quibusdam commendatur *Oleum Terebinthinae*, a Guttis 10 — 15. Ob calidam vero ejus indolem, & in *vias urinarias* tam actuoſas ejus vires, valde caute applicandum, interdum lubentius omittendum eſt, ob tam leviter ſubſequentem *mictum cruentum*, renum aliarumque partium *inflammationem*. — Tam *penetrabile* eſt *Oleum* hoc *aethereum*, ut *cuti infricatum* ſubito urinam odore *violaceo* imbuet. *Piderit.*

OLEVM VERBASCI.

Rec. *Flores Verbaſci* Unc. 24. quae in *Olei Olivarum* Unc. 36. macerentur, & in vaſe vitreo una cum Oleo ſerventur. Ph. *Würt.*

VIS *demulcens*, *anodyna*, *vulneraria*.

USUS ad *haemorrhoides* & *ambuſta*.

OLEVM VINI,

vide *Naphtha Vitrioli*.

OLEVM VINI NITROSVM,

vide *Naphtha Nitri*.

OLEVM VINI ACETATVM,

vide *Naphtha acetoſa*.

OLEVM VITRIOLI ACETO DVLCIFICATVM,

vide *Oleum Vitrioli tenue*.

OLEVM

OLEVM VITRIOLI ANGLICVM *Concentratum* ſ. *Rectificatum.*

Paratur optime ad Taſchenbuch für Scheidekünſtler, ſi retorta *Oleo Vitrioli* communi impletur, ad tertiae circiter partis vacuum, & in arenae balneo, igne aucto fortiter coquitur, quo debile acidum tranſit, & quidem tamdiu, usque dum guttatim lente plane tranſit. Reſiduum in retorta humidum eſt plane aquoſum, & convenit eximie ad praeparationem *Liquoris anodyni mineral. Hoffmanni*, uti & ad *Naphtham Vitrioli.*

OLEVM VITRIOLI DESTILLATVM.

Per deſtillationem *Spiritus Vitrioli* continuatam acquiritur; ultima ignis tandem tortura elicitur *Oleum* acerrimum - concentratum - ponderoſum, quod rectificandum dein eſt per retortam. — E centenario *Vitrioli Goslarienſis* Librae X. *Olei* prodeunt, & circiter *Spiritus* & *Phlegmatis* Librae 20.

Adhibetur ad *chemicos* & varios uſus *pharmaceuticos.* *Keupp.*

OBS. 1) *Olei Vitrioli rectificatio* ſecuriſſima ad *Weſtrumb*, a *Piepenbring* commendata ita ſonat; *Acidum Vitriolicum*, l. Nordhuſanum, l. Anglicum, retortae magnae immiſſum, cum receptaculo congruo munitum ſine lotura, & ſine interpoſito chartaceo ſepto, balneo arenae commiſſum, tamdiu calori ignis committitur, donec pars phlogiſtica inflammabilis, in receptaculo ad cryſtalliſationem vergens ſeparatur, & acidum plane albeſcit, tunc vitro puro commiſſum adſervatur deſtillationi ſubſequenti, quae tum inſtituitur in retorta 18 Unciarum, cui infunduntur

Unciae 9. — *Acidi Vitrioli* ſuperioris, commiſſa tum parvo crucibulo, obtecto ubique arena, omnia immiſſa tum furno anemio, cui tum ſine ullo luto recipiens parvum adplicatur, & lenis ignis, in quo pars inferior crucibuli igneſcit, quo tum Acidum vitriolicum in forma Guttarum expellitur, qualis operatio chemica in 12. horarum ſpatio vulgo finita eſt. Simulac Acidum fortiter ſubito evaporare incipit, ignis gradus tum eſt temperandus, ne retorta diſſiliat. Quo tam commodo modo, & levi ſaepius acquiſivit in una hebdomade plures Libras *Acidi Vitrioli*, ſine multo carbonum ſumtu, in vaſculis ſemper iisdem. *Piepenbring*.

OBS. 2) Diſpenſat. *Fuldenſe* communicat *Oleum Vitrioli concentratum* ita parandi. Rec. *Olei Vitrioli Nordhuſani* fuſci qu. plac. Immittantur in retortam vitream cupellae ſic proportionatam, ut parietes retortae a cupellae parietibus unius tantum digiti ſpatio undique diſtent, & adeo capacem, ut a quantitate Olei vix ultra dimidium impleatur; retorta ſic impleta ponatur in balneum arenae, adpoſitoque tunc recipiente cupella obtegatur patina ferrea, aliove idoneo vaſe, ac ſubminiſtretur ignis ſucceſſive ad ſexcentos gradus, quo nempe ebulliat Oleum, augendus. — Si ſola Aqua, non autem aliae impuritates, Oleo admixta ſit, ſufficit leniore ignis gradu Aquam expellere; quod tamen rariſſimum eſt, cum ut plurimum praeter alias impuritates etiam plumbo, ob adhibita a fabricantibus vaſa plumbea, infectum eſſe compertum ſit. — Roſtrum retortae excipulo immiſſum

non firmetur glutine, ne forte crepet apparatus vaporum elaſticitate, ſed ejus loco charta tantum obvolvatur, quo facilius excipulum mutari poſſit: ſic ab initio leniori ignis gradu expellitur phlegma & quidem tardiſſime, ac in magnis Guttis, imminuta vero phlegmatis deſtillantis quantitate augeatur ignis, quo pellatur *Spiritus Vitrioli*; dum vero & hoc ignis gradu nil amplius in recipientem transeat; augeatur ſenſim ignis ad gradum caloris ſexcenteſimum, vel donec ebulliat Liquor in retorta; quamprimum tunc adparent vapores albicantes, qui Acidum concentratum nunc tranſiturum indicant, ablato priori excipulo, aliud prius calefactum adponatur, & ignis ita conſervetur, ut inter duarum Guttarum lapſum octo vel novem numerare poſſimus: ſic omne liquidum abit ex retorta, quod eſt *Acidum Vitrioli concentratiſſimum*, in lagenam vitream epiſtomio vitreo exacte claudente munitam, immittendum, & inſuper cera ac veſica probe muniendum.

Nota. Si Olei Vitrioli rectificandi quantitas Libra una major ſit, tunc vel plures retortulae ſimul adhibeantur, ſicut *Bindheim* & *Wilhelm* in *Pharmacopoea Herbipolitana* praecipiunt, vel quod ſecurius eſt, illa *Acidi vitriolici* quantitas ſucceſſive, & per vices rectificetur.

Vires hujus Olei per ſe adhibiti corrodentes ſunt & cauſticae; requiritur vero ad *varios labores chemicos*, & ad *permultas praeparationes medico-chirurgico-pharmaceuticas*, ubi pro diverſitate mixtionis ſtipticas, antiſepticas, antiſpasmodicas, quin anodinas vires exſerit.

OBS. 3) Quidam Pharmacopaei ſimplici hac via utuntur, *Oleo Vitrioli* per rectificationem dephlegmato Libr. 1. ſucceſſive adfundunt *Spiritus Vini* Libr. 4. guttatim tantum, quod effervefcentiam quandam producit, ea finita, & Mixtura colorem quandam aſſumta, per quasdam dies ea reponitur igni digeſtionis, tum e retorta via ordinaria deſtillatio ſuſcipitur, & tum tranſit in excipulum Spiritus Vini odoris ſuavis; ſi odoris ſuavitas ſeſe auget, & ſimul materia in fundo retortae incraſſeſcit, aliud tum vas recipiens eſt anteponendum, leni tamen continuato igne, ne tota maſſa ſubito & inopinato in alembicum tranſcendat. Leni digeſtionis igne phlegma eo levius poteſt ſeparari, & *Oleum* acquiritur ſulphurei odoris, volatilis valde aromatici ſuavis odoris, phlegmate plane liberatum. — Reſiduo reaffundi poteſt *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Libr. 1. & 12. & digeſtionis igni committi denuo, quo obtinetur Spiritus magis fortior - urens, quam antecedens, & ejusdem bonitatis, commode hinc priori poteſt commiſceri, & ſuper Sal alcalinum rectificari.

Varia OLEA communicat *Sande* & *Hahneman.*

1) *Oleum Carvi* ex ejus ſemine paratum, eſt coloris amoene, flavi, odorem & ſaporem Seminis plane redolens, valde caeterum calidum & acre. — Acquiritur hujus Olei $\frac{1}{19}$. — e Semine. *Optimum* & *vehementiſſimum* eſt *carminativum*, hinc caute ſemper eſt adhibendum, & Guttae ejus 2. conducunt. Guttae enim 5 — 6. exhibent Doſin fortiorem.

2) *Oleum* deſtillatum ex *Origano Majoranae* eſt

coloris pallide flavi, rubeſcit denique, ſaporis acris penetrantis, odoris inamoeni; forti igne tranſit in colorem rubrum, in *mucoſa* uteri conditione a Guttis 1—12. commendatur.

3) *Oleum Bergamottae*, Offic. *Eſſenza di Bergamotto*, *Quint-Eſſence* de *Bergamotte*, acquiritur potius in Inſula *Barbados* e fructu amaro, (Bigarade,) forma & colore medium tenente inter fructum Citri & Aurantiorum, implantato arbori Pyri ſic dicto, Bergamotbirn, in infundibulis, aculeis intus eminentibus, radula inſtar obductis, & in fundo cribro ita circumteruntur, ut tela celluloſa, Oleo plane impleta, Corticis exterioris ubique disrumpatur, & Oleum ita liberum per cribrum defluat in lagenam ſubtus poſitam.

Fructus hujus 160. exhibent *Olei* hujus Unc. 1.-1 & 1/2. ſubtilis-ſubflavi, odoris amoeni-fortis, permanentis, & ſaporis jucunde aromatici, amari. — Ob ſuaveolentiam Oleum hoc omnibus perplacet; confert qua praecipuum *ſtomachicum* in *Elaeoſacharo*, l. alias ſolutum, caeterum eximium eſt ſuccedaneum valde ſubtilis-analogi *Olei de Cedro*.

4) *Oleum Balſami Copaivae* offic. eſt Oleum deſtillatum e *Balſamo Copaivae albidum*, odoris amoene-aromatici, in quo plane ſunt concentratae vires hujus Balſami, *diureticum*, caeterum *irritans-roborans-ſanans* vias debiles *uriniferas*, *ulceroſas*. *Sande* & *Hahneman*.

Ad Ph. *Londin.* exſtat quoque *Oleum Copaivae* compoſitum e *Balſami Copaivae*, Unc. 24. & *Gummi Guaiac.* Unc. 48. deſtillatione e retorta elicitis, Unc. 12.

5) *Oleum Palmae officin.* ab *Oleo de Palma Chriſti*, ſ. *Oleo Ricini*, plane differens Oleum, eſt conſiſtentiae butyraceae, coloris flavo aurantii, odoris ſuavis, & ſaporis valde dulcis. — Paratur coctione & expreſſione e Semine Palmier Aovana, Species Elais guinenſis, in Kayenne-Senegal-Braſilia-Oſtindia endemia. Perraro qua genuina ad nos transportatur, ex adipe, ſ. Sebo vervecino, adipe ſuilla &c. qua ſpurie compoſitum venditatur, Curcum. e radice tingitur, & odore radic. Iridis florentinae impraegnatur: qualis *adulteratio* mox innoteſcit e ſapore & odore, uti & Aether genuinum tantum ſolvit Oleum, quod in aëre libero colore ſuo plane privatur, in adulterato vero non ita eveniens.

Caeterum eligendum eſt odoris ſuaveolentis coloris amoeni, ſaporis dulcis-jucundi, inſtar Butyri recenter inſulſi. Unc. 1. eximie & fortiter purgat ſine moleſtia. *Sande* & *Hahneman.*

Ad *Plenck Oleum Palmae* e fructu *Palmae oleoſae* coctionis ope elicitur in *Italia*, qua *emolliens-reſolvens* externe adplicatum commendat in *rhagadibus* a frigore, a podagra, in lotura inductis, in duritie abdominis, tam infantum, quam adultorum, a morbis acutis l. chronicis, abdomini illinitum.

6) *Oleum* deſtillat. *Roſarum* officin. e Foliis *Roſae centifoliae* paratum eſt Oleum valde odoratum album, conſiſtentiae Talci, gravitatis ſpecificae 0,862. — *Uſus* eximius ad praeparationem Aquae Roſarum, in anni tempore, ubi nullae Roſae recentes exſtant, & Aqua Roſarum antiqua non amplius recens eſt, ſed de-

ſtructa Grana 30. *Olei* hujus, Sacharo detrita, Aqua Libras 500. ad eximiam *Aquam Roſarum* poſſunt exaltare. *Sande & Hahneman.*

Oleum Valerianae per infuſionem & coctionem paratum commendatur a quibusdam, qua *nervinum - antiſpasmodicum - mitigans.*

7) *Infucantur* inquit *Vogel Olea* creberrime, vel *Vini Alcohole* puro, vel *Oleo* quodam viliori aethereo, maxime *Pini* & *Terebinthinae*, vel Oleo expreſſo quodam inſipido fere, & inodoro, quale Oleum *Been* & *Amygdalarum* eſt.

Quodſi *Aqua lacteſcit*, ſimplici ea adfuſa cuidam Oleo, tum ſcire licet, id Oleum, admixto Alcohole eſſe infucatum, a puro enim Oleo non mutari nativus Aquae color ſolet. Si pars aliqua Olei gravioris, ab adfuſa Aqua, in fundum ejus defertur, ſupernatante altera, indicium eſt, pretioſo Oleo admixtum eſſe aliud Oleum, vel aethereum vilius, l. expreſſum. Si Alcoholis admixta pars quaedam Olei ab eo reſorbetur, repudiata altera, ſignum eſt, adhibitum eſſe pro fuco quodam *Oleum expreſſum*, ſolvit enim libenter Alcohol *Olea aetherea*, reſpuit quaevis *expreſſa.* Si *terebinthinaceum* odorem aliquod *Oleum* recens prodit, ſi idem Oleum, in Cochleari accenſum *Picei* multum relinquit; ſi e linteo eo imbuto & combuſto, denſus fumus adſcendit, ſignum eſt *Terebinthina Oleum deturbatum* eſſe *genuinum;* in quibusdam *Olei conſiſtentia notam ſinceritatis* praebet.

ONGUENT DE LA MERE.

vide *Unguentum fuſcum Gallis.*

OPIVM COLATVM, ſ. *Extractum Thebaicum.*

Rec. *Opii* in fruſtula conciſi Unc. 12. in

Aquae commun. bullientis Unc. 12. ſolve in pulpam, caute evitando empyrevma, calens forti expreſſione per pannum linteum faeces ſeparentur; balnei tum, l. Oleo leni calore Opium colatum ad priſtinam reducetur craſſitudinem.

Opium paulula Aqua ita emollitum per colum tranſit, integrum, ſolis faecibus relictis; ſin autem multa Aqua diſſolvatur, pars reſinoſa a gummoſa ſeparabitur. Ph. *Roſſica. Lond. Herbipolitan.*

VIS *anodyna*, *ſopiens*, *diaphoretica.*

USUS ad remedia varia opiata: ſordibus primis in viis eliminatis, *plethora imminuta*, aperto *alvo*; ad *ſpasmos* & *convulſiones* ſopiendas, humorum circulum & calorem animalem augendum, conciliandum ſomnum; ad reliquas infringendas excretiones. In morbis *ſpaſticis* & *convulſivis* a nimia ſenſibilitate & irritabilitate; ad nimium quemvis dolorem ſedandum. *Bicker.*

In *variolis* de *Haen*; in *febre quartana*, rebelli, *Pringle*; in *colica ſaturnina*, l. pictonum cum Oleo Lini, de *Haen*; *hydrophobia*, *Whytt.* in *haemorrhagiis* a ſpasmo, *tetano*, *triſmo*, *catalepſi*, in *epilepſia* a tremore *Bicker*; in *dyſenteria* cum tenesmo, *Zimmermann*; in *colica*, *diarrhoea*, *dyſenteria*; in *vomitu* nimio, tam interne, quam externe *Emplaſtri* forma l. *Clysmatis.* *Bicker.*

DOSIS ab initio in exigua Doſi a Grano 1—4. uti in *epileptica* intra 7. ſeptimanas Gran. 60.

OBS. 1) *Opii purificati* praeparationem Ph. *Lon-*

dinens. hancce ſuppeditat. Rec. *Opii* in fruſtula conciſi. Unc. 12. — *Spiritus vinoſi tenuior.* Unc. 144. Digere leni calore, ſubinde agitans, donec ſolvatur Opium, quod per chartam cola. Deſtilla Tincturam ita paratam ad idoneam craſſitudinem. — Opium purificatum ſub duplici forma ſervetur, molli ad pilulas fingendas apta, & dura quae in pulverem teri poſſit.

OBS. 2) De *Opio* docet experientia, varia illud *corrumpendi* adeſſe artificia. Olim jam *Opium* varii *adulterarunt*, teſte *Dioſcoride*, addito *Succo Lactucae ſylveſtris;* alii *Succo Glaucii*, & adhuc hodie eadem fraus committitur adjecto *Stercore vaccino*, *Extracto Papaveris* coctione parato, vel aliis admixtis, quae inſtar arcani celantur.

Notae autem *boni* & *probi Opii* ſunt, ut uniforme, laeve tenax ſit, pondus conſtituat quoad molem ſuam levius, nullas interne ſordes prodat, diſſectum ſcintillas Salis volatilis oleoſi exhibeat, amaritie, colore, & acrimonia emineat, empyrevma non ſpiret, candelae ad modum ardeat, Aqua omnino ſolvatur, ſolutum *rubicundam Tincturam* praebeat.

OBS. 3) *Opii europaei praeparatio.* Rec. Folia recentia & caulem ſucculentum *Papaveris nigri*, ex agro fertili deſumti, lac copioſum continentis, exprime ejus ſuccum frigide, & coque ad Extracti formam.

VIS ejus eadem erit *narcotica - ſopiens - anodyna*, uti Extractum Opii extranei, e regionibus ca-

lidis alias acquiſiti, & pretium ejus multo minus quam *Opii thebaici.*

OBS. Femina quaedam vicinae ejus ſuadebat dua Capita, (Receptacula potius Seminis,) *Papaveris* vulgar. adhuc viridia, multum Lactis exhibentia in fruſtula incidendi, Aqua còquendi, & per pannum filtrandi; & infanti ejus valde inquieti cochlear ordinar. dimidium exhibendi, ad ſomnum iſto infanti conciliandum majoremque quietem. — Mater hujus vero infantis porrigebat mane iſto magnum cochlear hujus Decocti Capitum Papaver. adhuc viridium, quo dein per 24. horarum ſpatium afficiebatur ſomno profundo, e quo difficulter poterat expergiſci a matre, cum multo motu corporis: expergiſcebat dein ſucceſſive multa cum moleſtia & facie plane pallida, nec cum ulla animi alacritate & cupiditate Lac e mammis matris exſugendi, qualia ſymptomata per quasdam dein dies adhuc remanebant. (B ... ad *Baldinger* neues Magazin. 10. B. 1. St.)

OPODELDOCH,

vide *Linimentum ſaponaceum.*

ORGEADE, vide *Syrupus Amygdalinus.*

OXYCRATVM SIMPLEX PLENCK.

Rec. *Aceti Vini* fortis, — *Aquae font.* ana Unc. 12.
Miſce.

VIS *reſolvens*, *diſcutiens.*

USUS qua commune fomentum *reſolvens* ad *inflammationes* a cauſa externa, uti a *contuſione*, *fractura*, *luxatione*, & inde natas *ſugillationes* ſanguinis diſſipandas. *Spielmann.*

OBS. 1) Diſpenſat. pauper. *Pragenſe* addend. ſuadet *Sal. commun.* Unc. 1.

OBS. 2) *Oxycratum ſpirituoſum* fit, ſi *Oxycrati ſimplic.* calefact. Unc. 12. — *Spiritus Vini* camphor. Unc. 2. Miſcentur & fit tum fomentum: cujus VIS efficacius quam ſimplex *reſolvens:* & USUS ad *contuſa ſugillata* loca *reſolvenda.* *Plenck.*

OXYMEL ÆRVGINIS,

vide *Unguentum Aegyptiacum.*

OXYMEL EX ALLIO.

Rec. *Allii* in tenues lamellas diſſecti Unc. 1. & 1/2.
Semin. *Cumini* — *Foeniculi* dulc. ana Drachm. 2.
Mellis deſpumat. Unc. 10.
Aceti Vini Unc. 12.

Coque *Semina* contuſa cum *Aceto Vini* in vaſe figulino vitreato, ſenſim adde Allium, tege vaſculum operculo accurate, & poſtquam refrixerint, exprimatur Liquor, & in eadem calore balnei diſſolvantur, *Mellis* Unc. 10. *Keup.*

USUS. Non ſolum ad *pectoris affectus,* ſed etiam adverſus *vermes inteſtinorum* efficax interdum eſt remedium. *Keup.*

OXYMEL COLCHICVM STOERK.

Rec. *Aceti Colchici* Unc. 12.
Mellis puri Unc. 24. Mixta incoquantur ad juſtam Mellis conſiſtentiam in vaſculo figulino l. vitro leni igne, & filtrantur per linteum. Ph. *Roſſica. Fuldens. Herbipolit. Auſtr. Piderit. Spielmann.*

VIS eximie *reſolvens*, *diuretica*, valde hinc

hydragoga, *incidens*, *ſtimulans*, acris in quibusdam regionibus.

USUS in conſummatis *hydropicis*, ſi *ſerum abundans* per *urinam* eſt expellendum, *ſputa promovens*, *tuſſim* mitigans, & reſpirationem eo reddens liberam. In *hydrope pectoris*, *peripnevmonia ſpuria* confert.

DOSIS in initio bis-ter per diem Drachm. 1 — 2. Unc. 1. & 1/2. per diem adulto, cum Decocto ſufficienter diluto, l. alio Infuſo convenienti in affectibus iſtis hydropicorum mucilaginoſis.

OBS. 1) *Keup. Oxymell. Colchici* praeparationem hocce commendat modo. Rec. *Colchic.* rec. in principio aeſtatis collectae, ſucculentae, in tenues taleolas ſectae Unc. 1. — *Aceti* Unc. 12. haec lento igne in phiala vitrea invicem digere per 48 horas; ſaepius tamen phialam agitando, dein colaturam leviter exprime; adde *Aceti* hujus *Colchici* rite parati Unc. 12. — *Mellis puri* Unc. 24. miſce & leni igne ſaepius agitando cochleari ligneo coque ad Mellis conſiſtentiam.

Oxymel hoc grate acidum ſaporis leviter *adſtringentis* tuto interne datur; convenit ubique, ubi *ſerum abundans* per *urinae vias* expelli debet: *promovet ſputa*, *tuſſim mitigat*, & *reſpirationem* liberam reddit. *Keup.*

OXYMEL PECTORALE DANORVM.

Rec. Radic. *Helenii* Unc. 1.

— *Irid. Florent.* Unc. 1/2. Inciſa & contuſa coquantur ex

Aquae fontanae Unc. 36. Colaturae, ſubſidentia depuratae, Unc. 24. addantur

Mellis optimi Unc. 12—16.

Gummi Ammoniaci in 8plo *Aceti* ſoluti, Unc. 1.

Coquantur ad conſiſtentiam Mellis. Ph. *Danica.*

VIS *expectorans*, *reſolvens*, *diſcutiens.* *Spielmann.*

USUS in *tuſſi* & *aſthmate* cochleatim.

OBS. Diſpenſat. pauper. *Pragenſe* & *Hamburg.* hancce compoſ. *Oxymell.* pectoralis ſuppeditant: ex *Oxymell. ſimplic.* Unc. 2. — *Syrup.* de *Ammoniac.* Unc. 1. — *Spirit. Sal. Ammon.* aniſat. Drachm. 1.

Miſce, *Doſis* cochlearia 2. parva.

OXYMEL SIMPLEX HIPPOCRATIS.

ſ. *Solutio Mellis* in *Aceto Vini.*

Rec. *Aceti Vini albi* veri fragrantis Unc. 12. evaporentur ſine omni ebullitione, aut coctione ad dimidiam partem, quibus addantur

Mellis deſpumati Unc. 12. coquendae in vaſe figulino probe vitreato ſ. vitro ad *Syrupi* conſiſtentiam, ſub continuo motu ſpatulae ope ligneae. *Piderit.* Ph. *Suecica. Roſſica. Würt. Fuldens. Spielmann.*

Herold cupit *Mellis* depurati Unc. 48. — *Aceti Vini* Unc. 24.

VIS valide *reſolvens*, *expectorans*, *antiputredinoſa*, *diaphoretica*, *diuretica*, *temperans*, *reficiens*, hinc

USUS tot laudibus decantatae medicinae, a divi, Hippocratis temporib. ad noſtra usque,

Interne in morbis *acutis*, pro potu ordinario, ad *ptiſanas* & potiones vel ſolum ad Uncias aliquot in *Aqua* ſolutum, vel *Tartaro vitriolato* aut *Nitro* mixtum, ob indolem ſaponaceam; ad *denſitatem ſanguinis incidendam*, & craſſos humores

diſſolvendos, qua *antiputredinoſum*, calorem *minuens*, *ſudorem movens*, *urinam ſecernens* aliasque excretiones, in *febribus inflammatoriis*, *putridis*, *bilioſis*: In *phtiſi*; *febre lenta*, & *hectica*, *angina*, *tuſſi*, *raucedine*. *Piderit*, *Bicker*.

Sapo hic *acidus putredini* reſiſtit, *fractas* febricitantium *vires* reſtaurat, humorum lentorem *reſolvit*, *attenuat*.

Externe, *Aqua* dilutum ad *gargariſmata* & *collutoria antiphlogiſtica*. Et ad

Clysmata Unc. 3—4. contra *obſtructiones alvi*.

Plura vide *Acetum Vini concentratum*.

DOSIS quotidie ad Unc. 2 - 4. in potu ſuffic. dilutum, in Mixturis & Decoctis.

OBS. 1) Si *Oleum* ſumitur *Narbonnenſe* & *Aceti* totidem, uti ſupra paratum exhibet tum *Oxymel Narbonnenſe*.

OBS. 2) *Piepenbring* commendat *Mel ſimplex*, loco depurati, alias plerumque commendati, in hac quidem forma.

Rec. *Mellis crudi* Unc. 24 — *Aceti Vini* optimi, — *Aquae fontan.* ana Unc. 12. fiat *Oxymel*.

Uti in praeparatione *Oxymellis ſquillitici* commendat quoque *Mellis crudi* Unc. 24. — *Aceti ſquillitic.* — *Aquae fontan.* ana Unc. 12. Miſce fiat *Oxymel*.

OXYMEL SQVILLITICVM,

ſ. *Scilliticum*, ſ. *Solutio Mellis* in *Aceto ſquillitico*.

Paratur uti *Oxymel Colchicum* ex *Aceto Squill.* Unc. 12. & *Melle depur*. Unc. 24. probe commiſcendae in vaſe vitreato figulino ad iuſtam conſiſtentiam.

VIS *emetica* leniter, *reſolvens*, *incidens*, *expectorans*,

aperiens, *detergens*, *diuretica*, egregie mucum *reſolvens*, *ſtimulans*.

USUS in *aſthmate*, *tuſſi chronica*; ad *pulmonum* & *ventriculi* affectus *pituitoſos*, humores *craſſos*, *viſcidos*, indeque ortas *obſtructiones reſolvendas*, uti in *hydrope*, *cachexia*, *febrib. acutis*, *aſthmate*; ad *obſtructiones bronchiorum* a materia pituitoſa ortas, mucum craſſum reſolvendo, & expectorationem promovendo.

Oxymel ſquilliticum magis quam *Acetum* craſſos & pituitoſos *incidit* humores, a Drachm. 2 - 6. aliisque vomitoriis, qua coadjuvans in varia portione.

Infantibus cum *Syrupi laxantis* aequali parte mixtum, egregium eſt *purgans*, & *vomitum* excitat purum, ſine miſcela parvis cochlearibus exhibitum, hinc in *catarrho ſuffocativo* infantum confert.

In *gargariſmate Oxymel* uti *Acetum* confert a pituita ad *auditus gravitatem*, *vertiginem*, *dolores* capitis, *coma ſomnolentum*, a cauſis pituitoſis ortum. *Piderit.* Diſp. *Fuldenſe.*

Plura vide *Acetum ſquilliticum*.

DOSIS Uncia dimidia adultis emeſin excitat pure ſumta, conſuetudine mitius agit a Drachm. 1 - 4.

OXYSACHARVM, ſ. *Syrupus Aceti.*

Rec. *Sachari* Unc. 36.

Aceti Vini genuin. qu. ſuff. ad conſiſt. Syrup.

VIS & USUS cum Oxymelle; & in variis pharmacopaeis, qua ſuccedaneum *Syrupi acetoſitatis Citri* adhibetur, pauperibus praeſertim.

OBS. *Pharmac. Suecica* ſuadet *Syrupum Aceti* ex *Aceti Vini* Unc. 48. — *Sachar. albiſſim.* Unc. 12. in vaſe vitreo tepide commiſcendi.

QYXTARTARVS ſ. ALKALI VEGETABILE *Acetatum*, vide *Terra foliata Tartari*.

PANACEA MERCVRIALIS,
vide *Mercurius dulcis.*

PANIS CYDONIORVM, ſ. MICA *Cydoniorum.*

Rec. *Malorum Cydoniorum*, qu. plac. Cortice detracto & Seminibus exemtis, coquantur in
Aqua puriſſ. *Pulpae* per cribrum trajectae addatur
Sachari albi dimidia pars; evaporent ad juſtam conſiſtentiam *Roob.* Ph. *Danica.*

VIS *roborans* leniter, hinc ad *ventriculum* & *inteſtina relaxata*, atque inde ortas *diarrhoeas* delicatulis confert.

DOSIS ab Unc. 1ſ2 — 1.

OBS. 1) Paratur quoque cum *Aromaticis* pulveribus uti *Cinnamomo*, *Cardamomo*, *Croco*, *Caryophyll. Zingiber. Mac. flaved. Cort. Citri*: ſub nomine *Panis* Cydoniorum aromatic. ad *vomitus* & *alvi fluxus* ſiſtendos; bilioſis & calidis non tam proficuum ſemper.

OBS. 2) Gratum vehiculum infantibus *laxantia* commode porrigendi, qui ea facile perhorreſcunt. *Jalapp.* radix commode ea poteſt miſceri.

PASSVLÆ LAXATIVÆ.

Rec. *Folior. Sennae* Unc. 4. coquantur ex
Aquae ſimplic. Unc. 10. ſub finem coct. addant.
Zingiber — *Cinnamomi* ana Drachm. 1ſ2. Expreſſa ebulliant cum
Sachari albi Unc. 12. Syrup. colat. ſuperfund.
Paſſul. minor. Unc. 12. Miſce. Ph. *Dan. Spielm.*

VIS & USUS e nomine ad *alvum tardam* tollendam, infantibus remedia reformidantibus.

DOSIS

DOSIS Unc. 1/2 — 2.

OBS. Extr. fol. *Sennae* cum *Sacharo* interdum aeque commode poteſt exhiberi.

PASTA DE ALTHÆA,
ſ. *Pate* de *Guimauve.*

Rec. Radic. *Altheae* decorticatae, recent. in taleolas diſſectae Unc. 1 — 2. in

Aquae commun. Unc. 48. ebulliant, fiant tum aliquot ebullitiones, ad dimidiae partis conſumtionem, Colaturae quodlibet ſeorſim ſol. adde

Gummi Arab. albiſſimi puriſſ. — *Sachari* albiſſ. an̄a Unc. 12. Evaporetur leni igne, ruditulae ligneae ſ. ſpatulae ope continuo motu colentur, & Colatura ad Extracti mollioris ſpiſſitudinem; Maſſae tum ab igne remotae, ſub continuo & celeri adhuc motu, quo magis adhuc albeſcit, addantur per vices

Ovorum 12. rec. albumin. in ſpumam conquaſſat.

Aquae Naphae ſ. *Aurantior.* florum Unc. 1/2. Quo inſpiſſantur tum omnia ulterius igne lento, motu continuo, donec maſſa manibus non amplius adhaereat; affundetur tum in *laminam*, conſpergatur prius.

Amyli qu. ſuffic. & lege artis tum probe ſiccetur, & ſervetur uſui Paſta hoc modo acquiſita, quae etiam in Paſtas oblongas quadratas, pulvere *Sachari* l. *Amyli* conſperſas, pro adhaeſione in charta poteſt formari. *Piderit.*

VIS *emolliens, leniens, involvens, expectorans, in-*

craſſans, demulcens humores acres- ſalſos- irritantes - catarrhales, *raucedinem faucium*, *tuſſim catarrhalem* producentes. Caeterum eadem uti *Bacilli* de *Liquiritia.*

USUS in *tuſſi ſicca* acri, *raucedine* & *catarrhalibus* defluxionibus; ad humores acres, ſalſos, irritantes demulcendos, & ſymptomata hinc enata mitiganda, in *aſthmate;* tuſſientib. in ore liquanda, ad *acre* in viis aëreis irritans *demulcendum.*

OBS. 1) Ph. *Roſſica* ſuadet ad Rad. *Althaeae* Unc. 6. — *Aquae fluviatil.* Unc. 96. poſt coctionem ut addentur *Gummi Arabici*, *Sachari albi* ana Unc. 36. & tum *Albumina Ovorum* recent. ſpumantia, 30. *Aquae Aurant.* Unc. 4. caeterum uti ſupra.

Ph. *Suecicae* proportio minor eſt ad Rad. *Althaeae* decorticat. Unc. 4. — *Aquae fluviat.* Unc. 96. — *Gummi Arabici* tantum Unc. 6. — *Sachari albi* pulveriſat. Unc. 4. — *Albumin. Ovor.* 12. tantum. — *Aqu. Aur.* Unc. dimid. tantum.

OBS. 2) Ph. *Suecicae* Edit. nova ſuadet ad radic. *Althaeae* Unc. 4. — *Aquae fluvialis* Libras 8. & *Gummi arabici* Libr. 1/2. & *Sachari albi* Libr. 2. ad *Albumin. Ovor.* recent. 12. & *Aquae Aurantii* Unc. 1/2.

Eadem *Pharmacopoea* communicat *Paſtam Amygdalinam* ex *Amygdal. dulcib.* decorticat. Unc. 12. — amar. decorticat. Unc. 1/2. Mixta contundendi in mortario lapideo, addita *Aqua Aurantii*, dein admiſcendi *Sachari* albiſſimi pulveriſat. Libr. 1. ad maſſam formandam, quae manibus tractata eis non adhaereat.

OBS. 3) *Paſtae Altheae* & *Liquiritiae* ſimpliciorem

communicat praeſcriptionem *Piepenbring*, aliis conſuetis anteponendam, ad quam partes aequales *Sachari* & *Gummi arabici* requiruntur; qualis mixtio pelluciditatem ſuam leviter amittit poſt aliquot tempus, & exhibet granula inaequalia cryſtallina, quo modo Regliſe colorem ſuum amoene-flavum amittit, & plane granuleſcit. — Commendat hinc ad Infuſum Unc. 4. — Radicum *Liquiritiae* decorticatar. Unc. 24. — *Gummi arabici* — Unc. 12. vel 15. ad ſummum *Sachari puri*, quod ei ſemper exhibuit, omni obſervata cautela, pellucide ſemper manens *Regliſe*.

Ad *Paſtam Altheae* ſuadet *Piepenbring* in Parte 3. Decoctum Radic. *Altheae* decorticat. Unc. 4. — *Gummi arabici* Unc. 24. & *Sachari* puri Unc. 15. — Multo levior-mollior-magis albida Paſta acquiritur hocce modo, ſi ad hancce proportionem loco *Albuminis Ovorum* Nro. 6. magis quam 12 ad 16. eorum ſumuntur loco capſularum metallicarum, e bractea conducunt quoque chartaceae, praeſervat eas in exſiccatione a levi quovis pulviſculo, quo humectanda tum eſt charta lateris inferioris, Spongiae ope, ſi in ſuperficie incipit exſiccare, quo dein leviter poteſt deſumi a charta.

Piepenbring.

PASTA GLYCIRRHICÆ, ſ. LIQVIRITIÆ *fuſca Pariſienſium*, *Suc* de *Regliſſe* du *Blois*.

Rec. Radic. *Glycirrhiz.* decort. & contuſ. Unc. 8.

Aquae fluviatil. bullient. Unc. 48. Infunde per nychthemeron & in colatura ſolve

Gummi *Arabici*, - *Sachari albiſſimi* ana Unc. 30. colatura evaporet leniſſimo igne, caute

evitato empyrevmate, donec gutta lapidi frigido inſtillata, gelatinae inſtar concreſcat: per 2. dies in vaſculo ſtanneo retineatur, & detracta pellucida, in patellas, *Oleo Amygdalar.* illitas, effundetur maſſa, in hypocauſto ſiccanda. *Piderit.* Ph. *Roſſica.*

VIS & USUS idem uti *Paſtae Altheae*, in *tuſſi* a muco ſpiſſo praeferenda. Plura vide *Extr. Liquirit.*

OBS. Ph. *Suecicae* proportio eſt minor quoque, ad Radic. *Glycirrhiz.* Unc. 6. — *Aqu. fluviat.* Unc. 12. — *Gummi Arabici* Unc. 6. tantum, & *Sachari albiſſimi*, Unc. 24. caeterum uti ſupra.

Ad Ph. *Spielmanni* ſumunt. *Gummi Arabici* elect. Unc. 32. in qu. ſuffic. *Aquae fontan.* diſſolvend. Colatur. addend. *Succ. Liquir.* Unc. 9. — *Sachari albi* Unc. 16. leni igne ad Syrup. conſiſtent. evaporandi, tunc Pulv. Rad. *Enul.* — *Ireos florent.* ana Unc. 1/2. quo evaporandi ſunt ulterius, usque dum maſſa refrigerata digitis non adhaereat, tunc addendi ſunt *Olei deſtill. Aniſi* Scrupul. 2. effundetur Paſta ſuper Marmor, *Oleo Amygdalar.* dulc. inunctum, extendetur cylindri ope lignei, eodem *Oleo* inuncti, & tum in parva quadrata diſſecetur.

Quidam coquunt tantum Rad. *Liquiritiae* Unc. 3. in *Aquae fontan.* Unc. 72. & in Decocto ſolvunt *Gummi arabic.* Unc. 15. — *Sachari* alb. Unc. 9. clarific. *Albumine Ovi* Nro. 1. coqu. ad conſiſtent. Paſtae. *Ro.*

PASTA AMYGDALINA COSMETICA.

Rec. *Amygdalar.* dulc. decorticat. Unc. 12.
— amarar. — — Unc. 1/2.

Mixta contundantur in mortario lapideo, addita
Aqua Aurantii, cui tum admiſceantur
Sachari albiſſimi pulverati Unc. 12.

Quo filtratur maſſa, quae manibus tractata eis non adhaereat. Ph. *Suecica. Danica.*

OBS. *Spielmannus* addendum ſuadet qua praecipue *Farin. Fabar.* Unc. 16. — *Oryzae,* — *Myrrhae* elect. Unc. 2. — *Camphor.* Unc. 1/2. — *Sapon. Venet.* Unc. 20.

PASTA DEPILATORIA PLENCK.

Rec. *Calcis vivae* Unc. 12. — *Amyli* Unc. 10.

Aurigpigmenti Unc. 1. pulveriſat. adde ſenſim inter terendum

Aquae qu. ſuffic. ad conſiſtent. *Paſtae.*

VIS & USUS e nomine patent.

Ad *inungenda* loca *piloſa*, & poſt ſiccefcentiam, illico abluenda l. calida l. frigida Aqua, quo pili extirpantur. *Plenck.*

PASTA EPISPASTICA,

ſ. *Sinapismus* ſ. *Epithema veſicator. Londinenſium.*

Rec. *Fermenti Panis* Unc. 12.

Salis muriatici — *Farinae Sinapis* ana Unc. 3.

Aceti acerrimi qu. ſuffic. Miſce in Paſtam.
Ph. *Roſſica.*

VIS & USUS e nomine patent.

Plura vide *Epithema veſicatorium.*

PASTA AD NÆVOS PLENCK.

Rec. *Sapon. Veneti* — *Calcis vivae* ana part. aequal.

Terantur in Paſtam.

USUS ad vicinas partes *Emplaſtro* quodam adhae-

ſivo, foramine *naevum* transmittente perforato, defendendas, & *naevo* hanc Paſtam imponendam: quo in 12. horis naevus in eſcharam tranſiit, & ſuppuratione ſeceſſit. Sic *naevi tuberculoſi* facile, maculoſi difficilius ſanantur. *Plenck.*

PATE DE GIMAUVE,
vide *Paſta* de *Althaea.*

PHOSPHORVS ſ. SAL URINAE ſ. SAL *Microcoſmicus.*

Rec. *Urinae* ad *Mellis* craſſitudinem inſpiſſatae, & fervide colatae, ut formentur cryſtalli, ſolutione & nova cryſtalliſatione depurandi, qui ſunt *Sal urinae nativum.*

Hujus *Salis urinae nativi* recipe Unc. 8.

Fuliginis taedae Unc. 1.

Bene mixta e retorta loricata deſtilla adglutinato recipiente, cui tantum *Aquae* infuſum eſt, ut os retortae fere lambat.

Phosphorus iſte ignitus aucto igne in Aquam deſtillat, quamdiu iſte prodit, deſtillatio continuanda eſt. In maſſam tum exemptus calore Aquae ope formetur. Ph. *Roſſica.*

VIS *reſolvens*, *diſcutiens*, *diapnoica*, *roborans*, *nervina*, *excitans.*

USUS ad *calloſitates* ſeparandas *Theden*, externe in *epilepſia*, *apoplexia*, *paralyſi*, *mania*, *melancholia*, morbis urinariis: caeterum magis obſoletus eſt ejus uſus.

DOSIS Gran. 1 — 3. ter in die *Conſerva* quadam.

OBS. 1) *Phosphorus Brandtii*, paratur ad *Mellin* ex Urinae *putrefactae* qu. ſuffic. levis ope caloris ad *Mellis* conſiſtentiam inſpiſſa. Miſce cum

Arenae albae & *purae* triplo, & retortae firmae, amplo recipiente adaptato inde, junčturis omnibus probe lutatis, igne aperto, ſex horarum ſpatio per gradus deſtilla, ut omne phlegma, cum *Sale volatili* & *Oleo* tranſeat in vas recipiens.

Quo facto, ignem vitriariorum per 6. alias horas urge, atque ita vapores albicantes, copioſi, iis qui in deſtillatione Vitrioli apparent, analogi, recipientem obſcurant; aliquando diu, recipiente reddito claro, alii accedunt, qui flammam caeruleam Sulphuris incenſi aemulam exhibent; tandem vero igne vehementiſſimo ſubſtantia ſubſiſtens ac gravis, & lumen emittens, finem deſtillationi imponit.

OBS. 2) *Phosphorum Urinae* parandum ſuadet Diſpenſat. *Fuldenſe* hoc modo: Rec. *Salis Urinae nativi*, ex Urina ad mellaginis conſiſtentiam inſpiſſata, per cryſtalliſationem obtenti, partes 8. — Pulveris *Carbonum* part. 1.

Mixta probe committantur retortae vitreae loricatae, cui ope limi vulgaris adponatur vas recipiens, Aqua eousque repletum, ut inter ejus ſuperficiem, & retortae roſtrum unius circiter pollicis diſtantia intercedat, quo facto retortae ſubminiſtretur ignis apertus ad ſummum usque coloris gradum augendus, & eo usque conſervandus, donec ignes corruſcantes e retorta in excipulum tranſire ceſſent: quo tum tempore auferatur ignis, vaſisque refrigeratis & demto adparatu globuli phosphorei, cerae ſimiles in excipuli fundo, haerentes, & ope ebullientis Aquae in unam maſ-

ſam redacti immittantur in modulos vitreos, calami ſcriptorii formam referentes, qui dein Aqua frigida adſerventur. Diſpenſ. *Fuldenſe.*

VIS & USUS. Celebratur quidem ut ſummum *analepticum*, & *diaphoreticum* in *febribus* acutis & malignis; cujus tamen naturae igneae, urenti, fidendum non eſſe in hiſce morbis, experientia edoctus moneo; aliter tamen res ſe habet, in *morbis chronicis*, *epilepſia*, *mania*, *paralyſi* & ſimilibus, ubi ſecure ad 1. l. aliquot Grana per diem exhiberi poteſt. Diſpens. *Fuldenſe.*

OBS. 3) Recentiores quidam Chemici anteponunt praeparationem *Phosphori* ex *Oſſibus* - loco Urinae, ex *Acido Phosphori*, ex eorum *Acido*, in animali regno inprimis occurrente, in connubio cum *Terra Calcarea* oſſa animalium conſtituit. Si oſſa pulveriſata, ad albedinem prius calcinata in Acido Sal. culinar. ſ. Nitri ſolvuntur, cum triplo Aquae ſolutio diluitur, & *Acidum Vitrioli* tantum affunditur, usque dum nulla praecipitatio evenit, praecipitatum elixivatur, filtratur, & in vaſculis apertis inſpiſſatur, usque dum acidus Salis & Nitri odor apparet, quale Acidum deſtillationis ope e retorta acquiritur, reſiduum continet *Acidum Phosphori*, in connubio cum Terra quadam Calcarea & Gypſo, quod optime ſeparatur ſolutione & praecipitatione cum Alcali volatili, fluidum a reſiduo decantatur, denuo evaporatur, & reſiduum in crucibulo aucto igne funditur, usque dum Alcali volatile avolavit, & omnia bene fluunt, ſi effunditur, acquiritur tum maſſa vitrea, ponderis 2,687. in aëre deliqueſcens plane, quod & purum eſt *Acidum Phosphori.*

Ex *Acido* hoc *Phoſphori*, (ita ex Oſſibus obtento,) acquiritur *Phoſphorus*, ſi Acidum iſtud vitreo - pulverulentum cum $\frac{1}{3}$ pulvere *Carbonum* miſcetur & deſtillatur, & caeterum tractatur hocce mixtum e retorta pari modo, uti ſupra jam dictum eſt in praeparatione Phoſphori e Sale Urinae. *Kel:.*

PILVLÆ ÆTHIOPICÆ.

Rec. *Mercurii vivi* Drachm. 6. cum
Mellis Unc. 1/2.

In mortario vitreo tere ad evaneſcentiam globulorum mercurialium tum contrit. Miſce.
Sulphur. aurat. Antimon.
Gummi Guaiaci ana Unc. 1/2.

Ad formandam maſſam pilularem, cum mucilagine Gummi arabici idoneam. Ph. *Edinburg.*
Danica — Herbipolit.

Quidam uti Ph. *Danica* addunt *Sapon. albi hiſpan.* Unc. 1/2.

VIS *reſolvens*, *alterans*, *haemocatarctica.*

USUS hinc in *ſiphylitide*, *ſcabie maligna*, *hydrope*, *febre quartana*, *ulceribus foetidis.*

DOSIS a Gran. 12 — 24 — 30.

PILVLÆ ALTERANTES PLVMER.

Rec. *Mercur. dulcis*,
Sulphur. Antimon. aurat. ana Drachm. 6.
Reſinae Guaiaci Drachm. 1. terantur exacte in mortario vitreo,
Gumm. *Guaiac.* tum addetur
Extr. *Glycirrhiz.* ana Drachm. 3.

Mucilagin. ope Gumm. *Arabic.* ſ. *Balſam.* de

Copaiva qu. ſuffic. fiat tum maſſa pilular.
Guy. Ph. *Herbipolit. Würt.*

VIS *alterans*, *diaphoretica* magis quam *ſialagoga;* in *gonorrhoea inveterata.*

USUS in morbis *venereis*, aliisque *rebellibus*, in *pituitae* & *lymphae* impuritatibus, in malignis exanthematibus *cutis* - *gonorrhoeis*, *bubonibus*, *inguinum*, per tempus mane & veſperi ad Gran. 8—12. cum Decocto Lignorum in initio l. alio congruo Decocto.

OBS. 1) Ad Ph. *Hamburg*, & *Pragenſ.* pauper Extr. *Belladonn.* l. Extr. *Cicutae* loco Extr. *Glycirrhiz.* praeſcribitur.

OBS. 2) 1) *Pilulae alterantes Cicutae* Diſpenſ. *Fuldenſis* conſtant ex *Extract. Cicutae* Drachm. 2. — *Mercurii dulcis* rite parati Gran. 15. — *Sulphur. aurat. Antimon.* Drachm. 1/2. — *Balſam. Copaivae* quantum ſatis, ut fiat Maſſa pilularum: *Virtute* gaudens *depurante - reſolvente* & *antivenerea*, a Granis 5—10. pro Doſi.

2) *Pilulae* ejus *antimoniales* conſtant ex *Antimonii crudi* praeparat. Unc. 1. — *Gummi Guaiac. nativ.* — *Extract. Fumar.* ana Drachm. 2. — *Tincturae Antimon. nigrae* quant. ſuffic. ad maſſam pilularem formandam, *Vi* pollens *incidente - ſolvente - diaphoretica - diuretica - ſanguinem* depurante, in morbis ex humorum impuritate ſe commendans, pro *Doſi* a Granis 10—30.

OBS. 3) Pilulae *alterantes Saunder* conſtant e *Calomel.* Drachm. 1. — *Electuar.* e *Scordio* Drachmis 2. — Pulv. *Glycirrhiz.* qu. ſuffic. ut fiant Pilulae 60. *Doſis* Pilulae 2. mane & veſperi.

OBS. 4) *Pilulae alterantes Vogler.* — Rec. *Succi Liquiritiae* pur. Drachm. 1. — *Specier. Diatragacanthae* Scrupul. 2. — *Mercurii ſublimat.* corroſiv. Scrupul. 1/2. — Succus *Liquiritiae* pulveriſatus & *Species Diatragacanthae* absque Seminibus oleoſis paratae, miſceantur ſeorſim in mortario lapideo, & affundatur dein *Mercurius ſublimatus Aqua* pauca in alio mortario lapideo probe ſolutus, ſubigantur exactiſſime, indeque fiat maſſa, e qua formentur Pilulae 100. Amylo adſpergendae.

OBS. 5) *Piepenbring* in Parte 3. communicat obſerſervata quaedam pharmacevtica notatu ſemper digna, ratione *Electuariorum* & *Maſſae Pilularum officinalium.* — *Pharmacopaei* nempe quidam *maſſas* quasdam *Pilularum*, & *Electuaria*, non tam uſualia, & in uſu quotidiano occurrentes, ſi ſicceſcunt, *diluunt* cum Melle depurato, ſeu Syrupis, non ſemper lucri tantum cauſa, non conſiderantes potius remedia haecce conformari ad Mel inſpiſſatum ſ. Saccharum: Electuariorum horum conſiſtentia acquiritur iterum melius ſola addita *Aquae* quantitate ſufficiente, vel uti in Theriaca *Vini* quadam portione, qui leviter qua humidum evaporant, quod in Melle ſ. Saccharo non occurrit.

Pharmacopaei quidam exitioſo plane modo, in praeparatione maſſarum Pilularum non calefaciunt tantum piſtillum mortarii, ſed incandeſcunt, quo modo maſſam plane perdunt, deſtruunt, pulveres comburunt ſaepius in iis contentos, — quo Extracta - vel Gummata ſ. Reſinae plane ranceſcunt, qui odorem plane inamoenum dein acquirunt, ſed

effectus eorum plane deſtruitur, & alteratur noxio plane modo. — Melior hac via obſervatur, ſi mortarium tantum calefacit pharmacopaeus, uti & piſtillum, quo dein contuſionis ope Maſſa magis compacta, & in frigore leviter congelaſcens paratur. *Piepenbring.*

PILVLÆ ANTIHYSTERICÆ.

Rec. *Caſtorei* — *Aſae foetidae* ana Drachm. 1. & 1/2.
Salis Succini volatil. Drachm. 1/2.
Olei animalis Dippelii Guttas 20.

Miſceantur, fiant cum *Eſſent. Myrrhae* quant. ſuffic. Maſſa pilularis. *Piderit.*

VIS *antiſpasmodica*, *antihyſterica*, *antihypochondrica*, *authelminthica.*

USUS ad *ſpasmum mitigandum*, *laxandum*, ad inſultus *hypochondriac. hyſtericos* vehementes.

DOSIS a Gran. 12. - Drachm. 1/2. Quandoque cuilibet quoque portioni *Extracti Opii* Gran. 1/2. l. 1. additur. *Piderit.*

OBS. *Selle* praeſcribit ad eas conficiendas, Gummi *Galbani*, — *Aſae foetidae*, — Extr. *Angelicae* ana Unc. 1/2. — *Caſtorei* — *Croci* ana Drachm. 1. — *Opii Thebaic.* Drachm. 1/2. Miſcendas ad Pilulas cum *Eſſent. Caſtorei* ponder. Gran. 3. conſpergend. pulver. Liquiritiae.

USUI in *ſpasmis hyſtericis*, mane & pomeridie Pilulae — 6. Quum Pilulis 6. inſint Gran. 1/2. *Opii.*

PILVLÆ ANTIMONIALES
Haemocatharcticae.

Rec. *Pulver. Antimon. crud.* Unc. 1.

Gummi *Guaiac.* Drachm. 2.

Extr. *Fumar.* Unc. 1/2.

Miſce ad Pilular. maſſam congruam Gran. 2.

VIS & USUS *haemocatarcticus* aliquoties in die Drachm. 1/2. *Pfingſten.*

PILVLÆ ANTIVENEREÆ,
vide *Pilulae Mercuriales.*

PILVLÆ ANTISYPHILITICÆ SAVNDER,
vide *Mercurius Cinereus.*

PILVLÆ BALSAMICÆ MORTON.

Rec. *Gummi Ammoniac. elect.* Drachm. 2. & 1/2.

Milleped. Drachm. 3. — Flor. *Benzoes* Drachm. 1.

Croci oriental. — *Balſam. Peruv.* ana Gran. 15.

Miſce fiant Pilul. cum qu. ſuffic. *Gumm. Arabic.* l. *Balſam. Sulphur. aniſat.*

VIS *reſolvens*, *incidens*, *diuretica*, *anodyna.*

USUS ad *tuſſim* chronicam *ſcrophuloſam*, *phtiſicam*; in *pectoris* affectibus; in pulmonibus *ſcirrhoſis* - *infarctis* a *phlegmate* viſcoſo; & in *tuberculorum* generandorum ſuſpicione; *phtiſi* nodoſa; *aſthmate.*

DOSIS Scrupul. 1/2. bis vel ter in die, cum Decocto appropriato.

OBS. 1) Ph. *Hamburg.* communicat eas ex Extr. *Aloes. gummoſ.* — *Myrrhae* ana Drachm. 1. & 1/2. — *Hellebor. nigr.* Drachm. 1. — Gumm. *Guaiac.* Unc. 1/2. ad Pil. formand. Gran. 1. *Doſis* Nro. 20.

OBS. 2) *Pilulae balſamicae* ad Diſpenſat. *Fuldenſe* parantur e *Saponis alicantici* albi — *Extract. Myrrhae* aquoſi, — *Pini turionum*, ana Unc. 1/2. fiat cum *Balſami Copaivae* quant. ſuffic.

maſſa Pilularum in veſica ad artis regulas ſervanda, qua praecipuum *balſamicum*, *abſtergens*, *diureticum* a Gran. 10—15.

OBS 3) *Pilulae balſamicae Saunder* conſtant e *Milleped.* praeparat. Drachm. 3. — *Gummi ammoniac.* Drachm. 1. & 1/2. — *Flor. Benzoes* Drachm. 1. — Pulv. *Croci* — *Balſam. peruv.* ana Gran. 15. fiant Pilulae 4 e ſingulis Scrupulis, bis in die ſumendae.

Communicat quoque *Saunder Pilulas balſamicas* ex *Olibano* — *Gumm. arabic.* — *Succ. Liquirit.* inſpiſſat ana Drachm. 2. — *Balſam. peruv.* quant. ſuffic. ut fiant Pilulae Gran. 4.

Pilulae ejus *ecphracticae purgantes* conſtant ex *Aloes ſuccotrin.* — *Extract. Hellebor.* nigr. — *Scammonei* ana Drachm. 1. — *Tartar. Vitriolat.* Scrupul. 1/2. — *Oleo Juniper.* deſtillat. Gutt. 5. — *Syrup.* de *Rhamno* qu. ſuffic. ut fiant Pilulae 50. *Doſis* Pilul. 1. vel altera hora ſomni.

OBS. 4) *Pilulas balſamicas*, ſ. *polychreſtas*, ſ. *ecphracticas Piepenbring* in Parte 3. hocce commendat modo: Rec. Extracti *Trifolii fibrin.* Unc. 1. & 1/2. — Cochleariae Unc. 1. — *Gummi Hederae* Unc. 1/2. *Myrrhae* — *Aloes depurat.* ana Drachm. 6. — *Maſtich.* Unc. 1. — Pulver *Rhabarb.* Unc. 1. & 1/2. — Extract. *Hellebor.* nigr. Unc. 1/2. Miſceantur fiant Pilulae, quas in *menſium ſuppreſſione* inprimis commendat *Piepenbring*.

PILVLÆ CATHARCTICÆ, ſ. PVRGANTES.

Ex Extr. *Colocynthid.* compoſ. Drachm. 2. & 1/2.
Mercurii dulc. Drachm. 1.
Reſin. *Jalapp.* contrit. Scrupul. 2.

Caryophyllor. pulverat. Scrupul. 1. commixta Syrupo ſimplici redigantur in maſſam, e qua formentur Pilulae, ponder. Granor. 2.

In Gran. 15. harum Pilularum ſunt *Mercur. dulc.* Gran. 3. — *Reſinae Jalappae* Gran. 2.

VIS & USUS e nomine; ſed caute. Ph. *Suecica.*

PILVLÆ CÆRVLEÆ EDINBVRG.

vide *Pilulae Antivenereae.*

PILVLÆ CICVTÆ STOERK.

Rec. *Cicutae* recent. vel *Conii* maculat. qu. plac. Exprime ſuccum & lentiſſimo igne in vaſe terreo, agitando coque ad *Extracti* ſpiſſi conſiſtentiam. Formentur dein Pilulae cum ſuffic. quantit. Pulver. fol. *Cicutae* Gran. 2. *Mellin.*

VIS & USUS e ſimplici ingrediente patet, qua *reſolvens, mitigans, diſcutiens;* in *ſcirrho, cancro, vitiis glandularum.*

DOSIS Pilula 1-30. ſenſim augendo. l. Scrupul. 1-2.

OBS. 1) Ad Ph. *Hamburg.* conſtant e Pulver. Herb. *Cicutae* — Extr. *Cicut. Viennenſ.* ana Drachm. 2. — *Syrup. Cort. Aurant.* quant. ſuffic. ad formand. Pilul. Gran. 2. *Doſis* Nro. 1 — 10.

OBS. 2) Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet ad Maſſam *Pilularum Cicutae* ſumendi *Succi Cicutae* inſpiſſati. Unc. 2. — Pulver. Herbae *Cicutae* Unc. 1/2. fiat Maſſa dein Pilularum congrua.

VIS *reſolvens & mitigans*, DOSIS a Scrupulo 1 — 2.

PILVLÆ COCIAE MINORES,

ſ. e *Colocynthide* cum *Aloe.*

Rec. *Aloes ſuccotrin.* — *Scammonei* ana Unc. 2. *Salis polychreſti* Drachm. 2.

Terantur accurate ad pulverem, cui addatur *Colocynthid. pulveriſat.* Unc. 1.

Olei Caryophyllor. ſ. *Syrup.* de *Spina cervina* Drachm. 2.

Cum mucilagine *Gummi arabici* fiat Maſſa pilular.

VIS *laxans*, *purgans*, *draſtica*, *catharctica.* Ph. *Londinenſ.*

PILVLÆ ECPHRACTICÆ ſ. *Polychreſtae.*

Rec. Extr. *Acetoſell.* - *Chamom.* - *Gent.* - *Marrubii.*
Myrrhae ana Drachm. 2. & Scrupul. 2.
Extr. *Aloes aquoſ.* Unc. 1/2.
Gumm. Ammoniac. Drachm. 2. & Scrupul. 2.
Miſceantur, ut fiat Maſſa pilularis. *Piderit.*

VIS *incidens*, *aperiens*, *reſolvens*, leniter *purgans*, *ſanguinis fluxum promovens.*

USUS in abdominis *obſtructionibus;* ad *menſes* & *haemorrhoides* promovendas majori ſtimulo, cui Extr. *Hellebori nigri* Gran. 2. pro Doſi poſſunt addi.

In *obſtructionibus hypochondriacorum*, & ad proritanda *menſtrua* in *chloroticis*, Extr. Martis ad Gran. 6. cum Pilul. noſtris combinetur.

Si major *laxandi* l. multo magis *purgandi* vis deſideratur, Pilular. harum *Polychreſtar.* & *Extr. Panchymagogi* aequales partes miſceantur. *Piderit.*

DOSIS adulto Drachm. dimid. ad quam *Extract. Amaror.* & *Gummi Ammoniac.* Grana 24. ſ. de quolibet Grana 4. & de Extr. *Aloes* Gran. 6. veniunt.

OBS. 1) *Polychreſtarum* pilularum titulum retinuimus, ut pharmacopolae vulgi petitionibus, qui tales pilulas ſub hoc titulo expoſcunt, ſatisfacere poſſint.

OBS. 2)

OBS. 2) Alii commendant *Pilulas ecphracticas* e *Pilul. Rufi.* — *Sal. Martis* ana Unc. 2. — *Galban.* colat. Unc. 1. Miſcendi uſui; uti *Pilulas* e *Myrrha* cum *Marte*, — e *Myrrhae elect.* Drachmis 6. — *Sal. Martis* Drachm. 2. — Gumm. *Ammoniac.* colat. — Extr *Sabin.* ana Drachm. 3. — *Syrup. ſimplic.* qu. ſuffic.

OBS. 3) *Pilulas aloeticas* communicat Pharm. *Suecicae Edit. nova* ex *Extract. Aloes aquoſi* Unc. 1. — *Colocynthid.* compoſit. Unc. 1/2. — *Aethiop. martialis* Drachm. 2. commixta Syrupo ſimplici cogendi in Maſſam, e qua formentur Pilulae, quarum ſingulae Gran. 1. habeant.

Saunder ſuadet *Aloes ſuccotrin.* Drachm. 1. — *Gummi Gambogiae* Drachm. 1/2. — *Olei* e *Semine Carvi* Gutt. 15. — *Aloe* & *Gummi Gambogia* ſeparatim in pulverem redacta Oleo miſceantur, & *Syrupo ſimplici* fiat Maſſa in Pilulas 30. dividenda.

Doſis Pilula 1. l. altera hora ſomni.

OBS. 4) Diſpenſat. *Fuldenſis Pilulae foetidae* conſtant ex Extract. flor. *Cotulae foetid.* Unc. 1. — Gummi *Aſae foetidae* Unc. 1/2. — *Sal. Succini volatil.* Scrupul. 1. — *Olei Cornu Cervi foetid.* quant. ſuffic. ut fiant lege artis Pilular. Maſſa, in veſica ſervanda, qua remedium, quod *virtute irritante* & *antiſpaſtica* excellit; a Granis 10 — 20.

OBS. 5) *Pilulas laxantes* ſine *Mercurio*, correctas ita communicat *Piepenbring* in Parte 3. Rec. *Aloes depurat.* Unc. 1/2. — Pulver. *Rhei* Unc. 1. Extr. *Trifolii* Drachm. 2. Miſce fiant Pilulae. *Doſis* Grana 25 — 30.

Pilulae ejus *laxantes* cum *Mercurio* conſtat e Maſſa Pilularum laxantium ſine Mercurio Unc. 1. & 1/2. — *Mercurii dulcificati* Drachm. 1. Miſcend. ad Pilulas. *Doſis* ad Grana 32.

OBS. 6) *Herold Pilulae laxantes* conſtant e pulvere *Aloes ſuccotrinae* Unc. 1. — *Scammon.* Unc. 2. & 1/2. — Pulver. *Colocynthid.* Unc. 1. & 1/2. Miſce omnia accurate Spiritus ope ordinarii, ad Maſſam congruam pilularem; e Drachm. 3. conficiantur Pilulae Nr. 60. — — e quibus adulto ſufficiunt Nro. 12.

PILVLÆ FOETIDÆ, ſ. GVMMOSÆ, ſ. *Matricales Sydenham.*

Rec. *Aſae foetid.* — *Caſtorei* ana Drachm. 1. & 1/2.
Sal Succini Drachm. 1/2.
Olei Cornu Cervi Scrupul. 1/2.

Commixta *Tinctura Myrrhae* redige in Maſſam, ad formandas Pilulas Gran. 2.

Quidam *Camphoram* addunt & omittunt *Sal. Succini.* Ph. *Suecica*, & *Brunſuicenſ.*

VIS *nervina, antihyſterica, emmenagoga, ſtomachica.*

USUS in paſſionibus *hyſtericis*, *hypochondriacis.*

DOSIS Gran. 10 — 15 — 40.

OBS. 1) Ph. *Edinb.* & *Herbipolit.* communicant eas ex *Aſae foetid.* — *Galban.* — *Myrrhae elect.* ana Unc. 1/2. — *Olei Succin.* rectific. Drachm. 1/2-1. *Syrup. Menth.* qu. ſuffic. ad Pilul. formand.

Ejus *Foetidae martiales* conſtant ex *Aſae foetid.* — Flor Sal. *Ammon. martial.* ana Drachm. 2. — *Olei Succini* rectificat. Gutt. 10. — *Balſam. Peruv.* qu. ſuffic. ad Maſſam pilular.

Ph. *Argentorat. Caſtor.* Gran. 15. addit, ad *Gal-*

bani—Myrrhae— Aſae foetidae, ana Drachm. 1/2. & *Balſam. Peruvian.* qu. ſuffic.

OBS. 2) Ph. *Spielmann. Pilul. foetid. Whytt.* communicat ex *Aſae foetid.* Drachm. 3. — *Aloes* — *Vitrioli Martis* ana Drachm. 1. Miſce fiat Pilul. maſſa.

Ph. paup. *Edinburg.* communicat ex *Aſae foetid.* — *Galbani* — *Fuliginis* ſplend. ana Unc. 2. — *Olei deſtillat. Succini* Drachm. 1. & 1/2, — *Syrup. commun.* qu. ſuffic. Miſce.

PILVLAE HYDROPICAE BONTII.

Rec. *Gummi Guttae* pulv. *Vino* diſſol. Drachm. 1-1/2.
Scammonei ſulphur. ſ. *Diacryd.* Drachm. 1.
Gummi Ammoniaci Drachm. 1. & 1/2.
Tartari vitriolat. Drachm. 1/2.

Miſce fiat cum *Gumm. arabic.* Maſſa pilular.

VIS *diuretica, reſolvens.*

USUS ad *ſerum* potenter *educendum*, *obſtructiones reſolvendas; hydropicis* a Gran. 20 — 30.

OBS. 1) Melius e tempore per Species praeſcribuntur. *Aloe* quibusdam additum praeſcriptionibus, non omnibus conducit.

OBS. 2) Ph. *Roſſica*, *Pilulas hydragogas* ex *Elaterio*, valde draſticas communicat, e *Gumm. Ammon.* puriſſ. Unc. 2. — *Aloes ſuccotrinae* — *Gambogiae* guttae ana Drachm. 2. — *Elaterii* contr. Drachm. 1/2. Miſcendas ad Pilulas cum *Tinctura amara.*

Ph. *Pragenſ.* vero e *Sulphur. Antimon. aurat.* Drachm. 12. — *Mercur. dulc.* Gran. 15. — Extr. Rad. *Belladonn.* Drachm. 1/2. — *Balſam. copaiv.* qu. ſuffic. ad Pilul. formand. pondere Gran. 2.

OBS. 3) *Fordyce* huncce *Bolum* communicat valde *diaphoreticum* - & *diureticum*, e Pulv. Rad. *Squill.* Gran. 10 - 15. — *Piper. nigr.* — *Nitr.* depurat. ana Gran. 10. — Rad. *Ipecacuanh.* Gran. 5. *Opii* Gran. 2. ad *Bolum* confic. cum *Syr. alth.* l. *Melle.*

PILVLÆ KEYSERI.

Pilules ou *Dragées* de *Keyſer*, *Keyſeriſche Quekſilber-Pillen*, *Trageen* oder *Zuckerkörner.*

Rec. *Mercurii praecipitati* fuſci quant. plac.

Solvatur coquendo in vaſe fictili cum

Aceti Vini deſtillati l. *Aceti Vini commun.* puri optimi, nullo Acido vitriolico inquinati, quantum ſufficit.

Solutio haec *Mercurii*, Aceti acido peracta, filtrata prius, & evaporatione ſufficienter concentrata, miſceatur cum pulvere compoſito ex

Amyli & *Gummi Tragacanthi* electi partib. aequalibus;

Indeque fiat Mucilago tenuior, quae tandem addita quantitate ſufficiente,

Sachari canarienſis pulveriſati,

redigatur in Maſſam, ex qua formentur *Trochiſci* ſ. *Pilulae*, Grana aliquot ponderantes. Sic longe commodius parandae veniunt Pilulae hae ſiphyliticae, quam ad modum praeter neceſſitatem operoſum & ſumtuoſum, variis in locis deſcriptae. — Supra praeſcriptae Pilulae viribus etiam non cedunt veris *Keyſeri* Pilulis, ſed eas potius antecellunt, ob Tragacanthi mucilaginem, quae ſolutionis mercurialis acrimoniam obtundit & mitiorem reddit.

DOSIS. Sumant aegroti ab initio unicam Pilulam, & in dies ſenſim aſcendant ad 20—30; milleque ſaepius ab aegrotis ſingulis ſic deglutiendae ſunt Pilulae, ad *malum venereum* penitus extirpandum.

OBS. 1) *Baſis* earum eſt *ſolutio Mercurii* in *Aceto* ſ. ſic dictus *Mercurius acetatus*, cujus facultas *luem veneream*, aliosque morbos ſanandi jam *Bernardo Penoto*, ante centum, quod excedit annos, innotuit.

Nimis autem liberali manu huic medicamento laudes tribuit *Keyſerus*, qui noſtris temporibus ſeſe inventorem ejus finxit. Longe enim poſtponendum eſt Mercurio ſublimato, & inde confectis Pilulis meis alterantibus, paulo ante deſcriptis, eas ob rationes, quas nunc adferam, inquit *Vogler*.

Facillime, quin Mercurio tartariſato, ſ. Aqua vegeto-mercuriali facilius decomponitur *Mercurius acetatus*, Pilulas *Keyſeri* ingrediens a Sale culinari, quod primae culinae ſuccis & alimentis ineſt. Praecipitatur Mercurius, ex ſolutione ſua in Aceto, ad recentiorum Chemicorum experimenta, Acido Salis, Sachari, Acetoſellae, Phosphori, Vitrioli, Tartari, Citri, Nitri &c. Salibusque mediis ſalſis terreis aut metallicis, quae unum alterumve horum Acidorum continent. Praecipitatur porro Sapone, Salibus alcalinis, & Terris, Lapidibusque abſorbentibus, nec non Metallis, inprimis Ferro, ob majorem affinitatem eorum cum *Mercurio* l. *Aceto*.

Caveant ergo *Medici*, qui in praxi clinica nihilominus tentare volunt *Pilulas Keyſeri*, ne

alimenta, potulenta & medicameta ſimul praecipiant, quae contraria illa ingredientia habent. Sed incerti atque ſiniſtri hujus medicamenti effectus, v. c. ptyalismus, diarrhoea, nauſea, vomitus, cardialgia, colica, &c. uſum ejus plerumque ſequentes, vix ulla praecautione evitari poſſunt. Ob vim *alvum & urinam ciendi*, qua pollent *Pilulae Keyſeri*, *hydrope venereo* laborantibus praeſertim convenire videntur, contendit *Vogler.*

PILVLÆ MARTIALES SYDENHAM.

Rec. *Limatur. Martis* alcoholiſat. Unc. 2.

Extr. *Abſynth.* qu. ſuffic. ad Pilul. maſſam.

VIS *tonica, roborans.*

USUS *hypochondriacis, hyſtericis, cachecticis*, bis de die Scrupul. 1.

OBS. 1) Ph. *Herbipolit.* communicat Pilul. e *Limatur. Ferri* ſubtiliſſ. triti non rubigin. Unc. 1/2. — Rad. *Columb.* pulveriſ. Scrupul. 4. — Rad. *Rhei* exſiccat. — *Cinnamom.* ana Scrupul. 2. — Extr. *Abſynth.* qu. ſuffic. ad conficiend. Pilulas Gran. 3. conſperg. pulv. *Cinnamom.*

OBS. 2) Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet *Limaturae Ferri* puriſſim. praeparat. Drachm. 6. — Extr. *Gentian.* rubr. Drachm. 3. — Pulver. flor. *Caſſiae* Drachm. 1. fiat cum Syrupo *Cortic. aurantior.* Maſſa pilularis, *Virtute* gaudens *antacida, roborante-aperiente*, a Gran. 20-30 pro *Doſi*,

OBS. 3) *Saunder Pilulae martiales* conſtant e *Gummi Galban.* Drachm. 1. — *Piper. longi* — *Sal. Martis* ana Drachm. 1/2. — *Syrup. ſimplic.* qu. ſuffic. ut fiant Pilulae 24. *Doſis* Pilulae quater de die.

PILVLAE MATRICALES KAEMPF.

Rec. *Gumm. Galban.* depur.

Sal. Ammoniac. depur.

Aſae foetid. ana Unc. 1.

Tartar. vitriolat.

Vitriol. Martis puriſſ. ana Unc. 1/2.

Solve in *Aceti Squillit.* ſaturat. Unc. 24. probe ſub igne agitando. Miſce & inſpiſſa ad *Extracti* conſiſtent. cui adde

Olei Succini albi rectificat. Gutt. 48.

Miſce fiat Maſſa pilular.

USUS in *cachexia* & *chloroſi* poſt menſes.

PILVLÆ MERCVRIALES.

Rec. *Mercurii dulcis* rite parati Drachm. 2.

Sulphur. aurati Antimon. Drachm. 1.

Gummi Guaiaci Drachm. 1/2. l. *Gummi Tragacant.*

Miſceantur fiat pulvis, & cum *Spiritus Vini* qu. ſuffic. fiant *Pilulae. Piderit.* Ph. *Edinburg.*

VIS *alterans*, *reſolvens* potenter, & *corrigens*, *diaphoretica*, *ſialagoga.*

USUS in variis *viſcerum obſtructionibus*, morbis *catarrhalibus*, & *lymphae* vitiis, & in morbis *venereis*; ad *humores corrigendos* peccantes, *obſtructiones reſolvendas*; ad *cachexias*, *hydropem*, viſcerum *obſtructiones*, & ipſos incipientes *ſcirrhos*, continuato vero uſu.

In *morbis venereis*, *bubonibus* & *ſcabie* venerea, interpoſito interdum *purgante* quodam, ad ſalivationem imminuendam.

Plura vide *Pilulas venereas.*

DOSIS Grana 12—20—30..

OBS. 1) *Pilulae* hae l. *Pulvis* in omnibus fere cum *Pulvere* illo *alteranti Plumieri* convenit, qua praeſtans *reſolvens* in variis viſcerum *obſtructionibus* &c. a *Werlhofio* inprimis laudatum. Quidam componunt eas tantum e *Mercur. dulc.* — *Sulphur. Antimon.* praecipit. ana Drachm. 6. pulveriſatis tum addentur Extractum *Glycirrhizae*, l. *Cicutae*, l. *Gentianae*, — & *Mucilago Gumm. arab.* ad formand. Maſſam.

OBS. 2) Ob additum *Guaiacum* Pilulae hae, in *humorum lentore* & *humoribus viſcidis* eximie praeſtant; caute vero adhibendae ſunt ob *Guaiaci* indolem calidam in plethoricis & exſuccis.

OBS. 3) Ph. *Auſtriac.* & *Argentorat.* praeſcribit Extracti *Catholici* ſ. *Panchymagog.* Croll. Unc. 1/2. — Reſin. *Jalapp.* — *Nucleis Pinei* tritae, — *Mercurii dulcis* ana Drachm. 2. — *Spiritus Vini* qu. ſuffic. ut fiat Maſſa, ad Pilulas *mercuriales* purgantes commoda.

OBS. 4) Ph. *Edinburg.* compoſit. ſuppeditat e *Hydrargyr.* — *Mellis*, ana Unc. 1. — *Micae Panis* Unc. 2. ut conterantur in mortario vitreo, ad evaneſcentiam globulorum plenariam, addito quoque prout opus fuerit *Syrup. ſimplic.* cum Mica panis & Aqua fiat Maſſa dividenda in Pilulas quadringenta octoginta aequales.

Ph. *Brunſuicenſ.* combinat. *Pilul. mercurial.* e *Mercur. dulc.* Unc. 1/2. cum Extr. *Panchymagog. Croll.* Unc. 1. & 1/2. — Pilul. vero *mercurial. ſaponac.* e *Sapon. Venet.* Unc. 1. — Reſin. *Jalapp.* — *Mercur. dulc.* ana Unc. 1/2.

OBS. 5) Ph. *Suecica Pilulas* e *Mercurio corroſivo*

albo ſuadet e *Mercurii corroſivi albi* — *Salis ammoniac.* depurat. ana Scrupul. 1. — *Aquae deſtillat.* quant. ſuffic. ut deliqueſcant, dein adde Pulver. *Panis* biscocti Scrupul. 22. Mixta coge in Maſſam pilularem; ſingulae ad Grana 3.

OBS. 6) *Saunder* Pilulae e *Mercurio corroſivo ſublimato* conſtant ex *Aquae* purae deſtillatae Drachm. 2. — *Salis ammoniac.* crudi qu. ſuffic. ad ſaturationem, — *Mercurii corroſivi ſublimat.* Drachm. 1/2. — *Mica panis* qu. ſuffic. contunde in Maſſam, in Pilulas 60. dividendam. *Doſis* Pilula 1. l. altera bis in die.

Pilulae *Saunder mercuriales laxantes*, conſtant ex *Argenti vivi* ſex Unciis, — *Mellis liquidi* qu. ſuffic. ad extinctionem, & adde *Pilular. ecphracticar. purgant.* — *Sapon. hiſpanic.* ana Unc. 1. Miſce. *Doſis* Scrupul. 1. bis in die.

Commendat quoque *Saunder* Pilulas *Mercuriales* ex *Aquae purae* deſtillat. Drachm. 2. — *Salis ammoniac.* qu. ſuffic. ad ſaturationem, — *Mercurii corroſiv. ſublim.* Scrupul. 1. — *Mica panis* contunde in Maſſam, in Pilulas 80. dividendam.

OBS. 7) *Pilulas Mercuriales Keup.* ſuadet ex *Extract. panchymagog.* — Reſinae *Jalappae* — *Mercurii dulc.* rite praeparat. — *Diacrydii* ana Drachm. 1. — *Eſſent. Ligni Saſſafras* quant. ſuffic. ad Maſſam formandam pilularem. *Doſis* Gran. 12—15. quotidie a plebe, ſcopo *laxandi,* in diverſis expetuntur morbis.

OBS. 8) *Saunder* commendat *Argenti vivi* Drachm. 1. — *Mellis liquid.* qu. ſuffic. tere ad extinctionem, & adde *Gummi ammoniaci.* — *Sapon.*

hiſpanic. ana Drachm. 1. fiat Maſſa Pilularum 60. *Doſis* Pilulae 4. bis de die.

OBS. 9) *Herold* communicat praeſcriptionem *Pilularum mercurialium* majorum *Hofmanni*, e *Mercurio ſublimato corroſivo* Unc. 1/2. ſolvendi ſucceſſive in *Aqua fervida*, cui dein addend. ſunt *Micae panis albi* Unc. 10. ad maſſam quae ſunt redigenda congruam pilularem, e cujus Drachma 1. formentur Pilulae No. 28. quorum Pilulae 10. continent *Mercur. corroſiv.* Gran. 1.

Herold. communicat quoque *Pilularum mercurialium minorum Hofmann* praeſcriptionem e *Mercurio fixo* ſ. *dulci*, ſepties ſublimato, Aqua communi probe prius trita, cum eadem quantitate Micae panis, & ad Maſſam tum redacta congruam, e cujus Drachma 1. formentur Pilulae 60. cujus quaevis Pilula continet *Mercurii fixi* Granum 1/2.

OBS. 10) *Pilulae majores Hofmann antivenereae*, ſ. e *Mercur. ſublimat. corroſivo.* conſtant e *Mercur. ſublimat. corroſivi.* Gran. 15. Solve in *Aquae deſtillat.* Drachm. 6. decantato Liquori adde *Micae panis albiſſimae* Drachm. 2. & 1/2. Miſceantur bene ſubigenda, & fiant lege artis Pilulae aequales 120. poſtea exſiccandae. In qua formula ab *Hofmanno* propoſita, unaquaeque Pilula unam octavam partem *Mercurii ſublimati corroſivi* continet.

VIS & USUS eſt idem omnium Pilular. mercurialium. Poſſunt & pro iis, qui Pilulas minus deglutire valent, in pulverem teri & ſic commode exhiberi. *Dantur* plerumque mane & veſperi duae hujusmodi Pilulae, pro quavis Doſi ſuperbibendum *Decoctum demulcens.*

OBS. 11) *Pilulae mercuriales majores Hoſmann* ad *Vogler* conſtant e *Mica panis triticei* cum Lacte parati, (Milchbrodgrumen,) Scrupul. 10. — *Mercurii ſublimat. corroſiv.* Scrupul. 1/2. Aqua pauca exacte ſolutum. — In mortario lapideo miſceantur & ſubigantur exactiſſime, indeque fiant Pilulae 100. Semine *Lycopodii* conſpergendae.

In variis fereque infinitis *morbis* ac ſymptomatibus *ſiphyliticis*, e. g. in *hectica* - *hydrope* & *ophthalmiis* - in doloribus *iſchiadicis* aliisque *rhevmaticis*, *arthriticis*, *oſteocopis*, nocturnis in capite - auribus & alibi; adverſus *ulcera impura* cacoëthea, ſive cauſa venerea ſubſit, ſ. alia, *genitalia* - *fauces* - *uvulam* - *palatum* - *naſum* & alias corporis ſedes ac membra infeſtantia, adverſus *glandularum* & *tonſillarum tumores* - *abſceſſus* - *fiſtulasque* in *ano* & *perinaeo*, *bubones malignos*, *puſtulas* & *ulcera* ſerpentia in multis cutis locis v. c. *tineam*, *ſcabiem*, *lichenes*, *lentigines* &c. *mariſcas*, *condylomata*, *gummata*, *tophos*, *nodos*, quin & *cariem* in *cranio* aliisque oſſibus &c. feliciſſimo & exoptatiſſimo ſucceſſu interne praeſcribuntur, earumque una - duae - tres - quatuor pro cujuscunque aetatis menſura ac modulo, ter de die ingeruntur, & quavis vice Unciae aliquot Lactis meri l. Aqua maritati ſuperbibuntur, obſervationibus *Vogler*.

Quo magis enumerata mala inveterata & refractaria ſunt, eo diutius Pilularum ſupra praeſcriptarum uſus protrahendus eſt, & eo major earum quantitas, 300 — 400. quandoque plures, ab aegrotis ſucceſſive deglutiendae ſunt, interpolatis aliquot laxantibus anti-

phlogiſticis, e. g. *Decocto* ejus *laxativo*, vel *Pulvere catharctico*, & *Cortice peruviano*, ſimul in auxilium vocato.

Malum prae ceteris refractarium eſt, ſaepiusque revertens ſic dicta *Ozaena venerea*, vitiis ulceribusque faucium uvulae & palati plerumque ſtipata; attamen repetito & continuato Pilularum praedictarum uſu feliciter tandem vincitur. Luis venenum - inquit etiam van *Swieten*, difficilius ex naſo & palato extricatur, uti omnibus in cura hujus morbi verſatis notum eſt.

Laetus adhuc recordor 300—400. ſenſim ingeſtis Pilulis hiſce, quibus laxantia aliquot antiphlogiſtica pariter fuere interpoſita, incipientem non ſolum, ſed etiam fere conſummatam cataractam, compluries a me diſcuſſam, & claram lentem cryſtallinam, viſumque redditum fuiſſe.

Jucundum & efficax medicamentum quoque conſtituunt Pilulae in pulverem redactae, & cum Sacharo albo ſimplici, aut Elaeoſacharo aliquo remixtae. Porrigendum eſt iis, qui Pilulas deglutire neſciunt. *Vogler.*

Pilulae meae *alterantes*, inquit *Vogler*, mitius- *ſecurius* - & *certius* operantur, quam *ſolutio Mercurii ſublimati* aquoſa & ſpirituoſa, ſ. ſic dictus *Liquor ſiphyliticus Swietenianus*, itemque *Pilulae majores Hofmanni* ſupra deſcriptae.

Succus enim Liquiritiae & Species diatragacanthae corroſivam Mercurii ſublimati qualitatem egregie obtundunt, ſolutionem ejus avide imbibunt, & ita ſecum uniunt, ut in Pilulis dein venenatum hoc ingrediens aequa-

liter diſtributum ſit, quod in mica panis Pilularum majorum *Hofmann* haud aeque contingit. In primarum viarum humoribus lente ſolvuntur, prout experimentis extra corpus inſtitutis didici; hinc ptyaliſmum peraro l. leniſſimum ſaltim, cardialgiam vero, vomitum, tormina ventris, diarrhoeam aut dejectiones alvi cruentas dyſentericas fere nunquam excitant.

Praeberi denique *poſſunt* iis, quibus ob *calefaciendi*, *irritandi*, *commovendi*, *expandendi*, *coagulandi* & *conſtringendi facultatem* Spiritus ardens in Liquore *Swieteniano* alienus, & ſapor tam Spiritus ardentis, quam Mercurii ſublimati ingratus nauſeoſus planeque intolerabilis eſt ad *Baldinger Magazin.*

Caeterum, inquit *Vogler*, crebra fidaque experientia edoctus affirmo, reliqua medicamenta & praeparata mercurialia operoſa & pretioſa, v. c. *Pilulas Keyſeri*, — *Aquam vegeto-mercurialem Preſſavini*, *Mercurium mucilaginoſum Plenck* rel. nil praevalere Pilulis meis, hasque inſtar omnium praeſcribi, quin illis praeferri poſſe ac debere.

In ſanandis affectibus *venereis* refractariis v. c. *ozoena* & *faucium ulceribus*, Doſis Pilularum mearum augenda, (verum non ultra 4—5.) earumque uſus tamdiu continuandus eſt, usque dum lenior ptyalysmus cum aliis quibusdam in ore moleſtiis ſequatur. *Angina*, *ulceraque mercurialia* inde non excitata ſunt; nuperrimis obſervationibus haec didici, ſimulque de virtute Mercurii ſublimati *emmenagoga*, jam a *Meyer* in Commentatione de *ozoena*, 1785. notata, me convici, contendit *Vogler*.

PILVLÆ PACIFICÆ VULGO MATTHEWS *Londinenſ.* ſ. *Thebaicae.*

Rec. Gumm. *Ammon.* Unc. 3. — *Caſtor. ruſſic.* Unc. 2. *Croci* elect. — *Opii* ana Unc. 1. —
Syrup. commun. qu. ſuffic. ut fiat Maſſa Pilul.

VIS *expectorans*, *anodyna*, *reſolvens*. *Piderit.*

USUS in *tuſſi*, affectibus *pectoris*, *aſthmate*,

DOSIS Gran. 1—4. in adultis ad 8—10. Grana.

OBS. Ph. *Edinburg.* praeſcrib. *Opii* Unc. 12. — Extr. *Glycirrhiz.* Unc. 2. ſeorſim Aqua emollita & in Pulpam contuſa, adde *Sapon. hiſpannic.* Unc. 1/2. — *Piper jamaicenſ.* Unc. 1. pulveriſ. & bene ſubacta cogantur in maſſam.

PILVLÆ POLYCHRESTÆ, ſ. *Balſamicae Ruſi.*

Rec. Extr. *Gentian.* Unc. 1. — *Aloes ſuccotrin. Croci*, — *Myrrhae* ana Unc. 1/2.

Commixta Syrupo cortic. *Aurant.* cogantur in Maſſam Pilul. Gran. 1.

In Scrupul: 1. ſunt *Aloes* Gran. 4. Ph. *Londinenſ. Edinb. Suecic.*

VIS *laxans*, *purgans*, *aperiens*, *reſolvens*, *pellens*, *anodyna*.

USUS in *obſtruct. menſium - haemorrhoidum.*

DOSIS Grana 15—20. & ultra.

OBS. 1) Ad Ph. *Herbipol.* Rec. *Mercur. praecipit.* per ſe, — *Opii* colati ana Drachm. 1. — *Balſam. Peruv.* qu. ſuffic. Miſce fiant Pilul. ponder. Gran. 1. conſperg. pulv. *Liquirit.*

OBS. 2) *Mellin* hancce compoſitionem, qua optimae notae, ſic dictarum polychreſtarum commen-

dat. Rec. *Extr. amari* — *Rhab.* — Pulv. *Sapon. venet.* ana Drachm. 2. Miſce fiant lege artis Pilulae Grani unius. *Doſis* Nro. 20.

OBS. 3) *Selle* hancce communicat compoſitionem Extr. *Hellebor. nigr.* — *Aloes depur.* — Flor. *Salis ammon. martial.* ana Unc. 1/2. — *Croc. orient.* Drachm. 2. — *Opii thebaic.* Scrupul. 1. ad formandas Pilulas cum *Eſſent. Rhabarb.* qu. ſuffic. ponder. Gran. 2. conſperg. pulver. *Liquirit.*

OBS. 4) Aeque commode ſunt *Oetingeri* ſ. correctae *Stahlii*, quae conſtant e Gummi *Junip.* — *Heder.* praeparat. ana Unc. 6. — Extr. *Myrrh.* — *Abſynth. vinoſ.* — *Card. bened. vinoſ.* ana Unc. 4. — *Cochlear.* aquoſ. — *Ellebor. nigr. aquoſ.* — Pulv. *Croci* ſubtil. ana Unc. 2. cum *Terebinth. venet.* qu. ſuffic. ad Pilul. formandas; quae quo vetuſtiores eo meliores.

OBS. 5) *Pilulae Balſamicae* — *Polychreſtae Sthal.* parantur optime ad Ph. *Danicam* e *Gumm. Hederae* — *Juniperi* ana Unc. 2. & 1/2. — Extr. aquoſi *Aloes* — *Myrrhae* ana Unc. 2. — *Rhei Hellebor.* nigr. ana Drachm. 5. — *Trifol. fibrini* — *Abſynthii* — *Cardui benedicti* ana Drachm. 5. — *Fumariae* Drachm. 5. — *Terebinthin.* venet. Unc. 1. Miſce ad Maſſam pilularem.

OBS. 6) *Pilulae Polychreſtae Vogler.*

1) Rec. Pulver. *Squill. compoſit. Sthal.*
Gumm. Ammoniac. pur. ana Drachm. 2.
Extract. Taraxac. — *Cichor.* l. *Fumar.* Drachm. 2. & 1/2.
Magneſ. Sal. amari Drachm. 1/2.
Sulphur. Antimon. aurat. Gran. 15.

Miſceantur exactiſſime, indeque cum *Syrup. Altheae* quant. ſuffic. fiat Maſſa, e qua formentur Pilulae 200. adſpergendae pulvere ſubtiliſſimo, ex *Cinnabaris* factitii & *Oſtrearum* praeparatar: (melius pulvere Seminis *Aniſi* ſimplic. vel *Lycopodii*,) partib. aequalibus, compoſito.

DOSIS ter de die capiant adulti 7 — 8. Pilulas, infantes 4 — 5.

2) Rec. Pulver. *Squill.* comp. *Stahl.*

Gumm. *Ammoniac.* pur. ana Drachm. 2.

Tart. vitriolat. l. *Arcan. duplic.* Drachm. 1/2.

Extr. *Taraxac.* — *Cichor.* vel *Fumariae* Drachm. 2. & 1/2.

Magneſ. Salis amar. — *Sapon. Venet.* l. vegeto-mineral. Gravenh. Drachmam 1/2.

Sulphur. Antimon. aurat. Grana 15.

Miſceantur exactiſſime, indeque cum *Syrup. Altheae* quant. ſuffic. fiat Maſſa, ex qua formandae ſunt Pilulae 300. eodem pulvere conſpergendae.

DOSIS ter de die Pilulae, pro ratione aetatis, 6 — 8 — 10 — 12 — 15. deglutiantur.

USUS *Pilulis pectoralibus - morbos pectoris pituitoſos - chronicos, raucitatem, tuſſim, aſthma & phtiſin pituitoſam* multoties profligavit *Vogler*, praemiſſa Venae ſectione in pede, ſi cauſa ſanguinea ſubfuit, v. g. *haemorrhoides* aut *menſes* ſuppreſſae.

Pilulae polychreſtae in variis *morbis pituitoſis chronicis* absque phlogoſi, & quidem in affectibus *leucophlegmaticis*, *oedematoſis* aliisque *hydropicis*

cis poſt *febres intermittentes* & *ſcarlatinas*, e nimiis evacuationibus ſeri, aut ſanguinis & retropulſis *exanthematicis*, l. ſudore ortis, in ipſis *lichenibus*, *ſcabie*, & *variis tumoribus articulorum ſeroſis*, *febribus intermittentibus* minus calidis, praeprimis *quartana*; in *ophthalmiis* acribus, *nervorumque* morbis cum materia acri pituitoſa; nec non in affectibus *rheumaticis* - *arthriticis*, *paralyticis* & *apoplecticis* laudabilem opem tulerunt, aliisque medicamentis decantatis palmam ſaepius praeripuerunt.

Caeterum heic conferri merentur, quae ad *Electuarium viſcerale*, - *Mixtur. diureticam*, & *Pilul. viſcerales* annotata ſunt.

OBS. Non rite ſuccedente *alvi excretione* ſub uſu *Pilularum* tam *pectoralium*, quam *polychreſtarum* primarium in uſum ſimul trahenda eſt *haec Mixtura*, eaque alvus movenda:

Rec. *Aquae flor. Acac.* ſ. *fontan.* puriſſ. Unc. 6. — *Salis Friederician.* Unc. 1/2. — *Nitri depurat.* Drachm. 2. — *Syrup. Roſar. ſolut.* ſ. *Violar.* Drachm. 6. Miſce, dentur, & capiant adulti ter de die Cochlearia 2. infantes vero 1.

PILVLARVM MASSA PVRGANTIVM.

vide *Extractum Catholicum* l. *Panchymagogum*.

PILVLÆ RHVDII,

vide *Extractum Catharcticum*.

PILVLÆ SAPONACEÆ.

Rec. *Sapon. albi* Unc. 2.

Extract. Betulae Unc. 1.

Redige in Maſſam, e qua formentur Pilulae, ſingulae Gran. 3. continent. Ph. *Suecica*.

VIS *aperiens.*

USUS, in *obſtructionibus*, ad Drachm. 1/2. aliquoties de die.

OBS. Ph. *Danica* e *Sapon. venet.* Drachm. 2. — *Rhei* pulverat. — *Myrrhae* elect. ana Drachm. 1.

Pilul. ſaponat. Klein. conſtant e *Sapon. officinal.* Unc. 1 — *Gumm. ammoniac.* depurat. — *Extr. Centaur.* minor. ana Unc. 1/2. — Olei *deſtillat. Succini* Gutt. 10. mixta probe.

PILVLÆ SQVILLITICÆ EDINBVRGENS.

Rec. *Gumm. Ammoniaci*,

Radic. *Squillae* recent. ana Unc. 1/2. contuſis ſimul in mortar. lapideo l. marmoreo, adde

Pulver. *Cardamom. minor.* Unc. 12.

Miſceantur & fiat cum *Balſami Copaivae* quant. ſuffic. Maſſa pilularis. *Piderit. Keup.*

Adde ad Ph. *Herb.* ſin opus *Balſam. copaiv.* qu. ſ.

Et ad *Diſpenſ. Fuldenſe* fiant cum *Oxymell. ſquillitic.* quant. ſuffic. maſſa Pilularum a Gran. 6. — 15. pro *Doſi.*

VIS *reſolvens, aperiens, irritans, roborans*, in *urinae vias* agens.

USUS in *obſtructionibus viſcerum abdominis*, & *mucoſis morbis pectoris*; in *aſthmate* humido, *nephritide* pituitoſa, & ſabuloſa; in *iſchuria* & *dyſuria* a cauſis ortis pituitoſis; in *leucophlegmacia*, in *hydrope* inprimis, *ictero*, *febre quartana.*

Plura vide *Acetum ſquilliticum.*

DOSIS a Gran. 10 — 20.

OBS. Quidam uti Ph. *Brunſ. Würt. Danica* & *Spielmann.* addunt *Milleped.* prpt. Unc. 1/2.

Balſam. copaiv. Drachm. 1. — *Sapon. venet.* Unc. 1. cum *Oxymell. ſquillit.* quant. ſuffic. & *Herold* addendum ſuadet *Gummi ammoniac.* loco *Balſam. copaiv.*

PILVLÆ DE STYRACE.

Rec. *Styracis calamitae electae* Drachm. 2. vel Scrupul. 5.
Succi Liquir. ſ. *Glycirrhiz.* depur. Drachm. 1-3.
Opii puri colati, ana Drachm. 1.
Pulveris. cum *Syrupi Papav.* albi ſ. *Eſſent. Succini* qu. ſuffic. fiat Pilular. Maſſa. Ph. *Suecica.*

VIS uti *Pilul.* de *Cynogloſſo involvens, reſolvens, ſopiens, anodyna, anticatarrhalis.*

USUS in *catarrhis, tuſſi ferina* ſiſtenda, & *gravidis* cum metu abortus tuſſientibus.

DOSIS Gran. 6—8—12.

OBS. Quidam addunt *Crocum, Benzoes, Olibanum, Myrrham, Ambr.* ana Drachm. 1. qua ſuperflua uti Ph. *Auſtriac.* — Alii componunt e *Styrac. calamit.* Unc. 2. — Extr. *Liquirit.* — Pulv. *Croci* ana Drachm. 6. — *Opii* colat. Drachm. 5. ad Pilul. formand. cum *Balſam. peruv.* — e quibus continent Gran. 6. — *Opii* Gran. 1. Ph. *Herb.*

PILVLÆ DE SVCCINO CRATONIS
Simplices & Auctae.

Rec. *Succin.* praeparat. Unc. 1. & 1/2.
Maſtich. Unc. 1.
Agarici trochiſcat. Drachm. 6. (qua ſuperfluum)
Ariſtoch. rotund. ver. Drachm. 2.
Aloes ſuccotrin. Unc. 2. & 1/2.

Miſce & addita *Eſſent. Succini* quant. ſuffic. fiat Maſſa. Ph. *Würtenb.*

USUS ad *catarrhales* affectus *oculorum; aurium* & *dentium dolores; pituitam* a capite revellendam.

DOSIS a Gran. 12 — 20.

OBS. Pilul. de *Succino auctae* parantur e Maſſa pilular. de *Succino craton.* Drachm. 9. — *Reſin. Jalapp.* Drachm. 3. Miſceantur & e Drachm. 1. formentur Pilulae 60. Quorum vires eaedem, fortiores tamen ob *Reſinam Jalappae* magis *purgantem*, quae quartam Maſſae partem conſtituit; hinc raro ultra Gran. 15. exhibentur. Ph. *Würtenb.*

PILVLÆ TRAVMATICÆ

Diſpenſat. *Fuldenſis.*

Rec. *Extract. Millefolii*
Succi *Liquiritiae* hiſpanic.
Terebinthin. venet. ana Drachm. 1.
Pulver. *Maſtich.* elect. - *Oliban.* ana Drachm. 1/2.
Miſce ad Maſſam pilularem.

Virtute balſamica & *roborante* effectum travmaticum producens, abſente tamen *febre.*

Pro *Doſi* a Granis 12 — 20.

PILVLÆ VENEREÆ ſ. ANTIVENEREÆ.

Rec. *Vitrioli Veneris* Unc. 2. ſolve in
Aquae ebullientis Unc. 6. quibus inſtilla
Spiritus Salis ammoniaci quant. ſuffic.

Ut *Cuprum* coeat, penitusque iterum ſolvatur in Liquorem cyaneum. Coletur Liquor, & in vaſculo parum profundo evaporet, calore leniſſimo ad ſiccitatem. Cruſta cyanea in

pulverem trita in vaſculo bene obturato ſervetur ſub nomine, *Cupri ammoniaci;* de quo formentur Pilulae hae *Caeruleae Edinburg.* proficuae, in *epilepſia,* qua tonicae e *Cupri ammoniac.* Gran. 16. — *Micae Panis* Scrupul. 4. — *Spirit. Sal. Ammoniac.* qu. ſuffic. ut fiat Maſſa Pilular. 32. aequal.

Rec. *Cupri Ammoniaci* Grana 32.

Micae Panis Scrupul. 8.

Spiritus Sal. Ammoniac. qu. ſuffic. ut fiat Maſſa dividenda in Pilulas 64. Ph. *Herbipolit.*

VIS & USUS e titulo patent.

OBS. 1) *Pilulae antivenereae Ulffers* conſtant e *Mercur. calcinat.* Scrupul. 1/2. — *Sulphur. Antimon. aurat.* tert. praecipit. — *Aſae foetid.* ana Scrup. 1. — *Opii* puri Gran. 5. Miſce fiant Pilul. cum *Syrup. Cort. Aurant.* qu. ſuffic. Pilul. pond. Gran. 2. *Doſis* Nro. 1 — 2 — 4.

OBS. 2) Ph. *Hamb.* communicat Pilul. e *Cupro Ammon.* Gran. 16. — Extr. *Valerian. ſylveſtr.* Drachm. 1. ad formand. Pilul. Nro. 32. *Doſis* a Nro. 1. aſcendendo.

Ph. *Pragenſ.* communicat e *Mercur. corroſ.* Gran. 2. ſolvend. in *Aqua font.* qu. ſuffic. addend. *Micae Panis* Drachm. 1. ad formand. Pil. Gr. 2.

Ph. *Hamb.* pauper. cupit *Mercur. ſublim. corroſiv.* Gran. 2. ſolv. in *Aquae fontan. deſtill.* qu. ſuff. addend. Pulv. Herb. *Cicutae* Scrupul. 2. — Extr. *Cicut.* qu. ſuffic. ut fiant Pilul. Nro. 16. *Doſis* Nro. 1 — 4.

PILVL. ANTI-VENEREÆ MERCVRIALES *Plenck.*

Rec. *Mercurii* puriſſimi Drachm. 1.

Gumm. arabic. Drachm. 2. adde conterendo *Syrup. Violar.* Cochlear. 1. probe mixtis adde Extr. *Cicutae* Drachm. 1.

Miſce fiant cum pulv. *Glycirrhiz.* qu. ſuffic. Pilulae ponder. Gran. 2. *Doſis* Nro. 6.

VIS *haemocatarctica, reſolvens, diſcutiens.*

USUS ad humores depravatos, *cacochymiam;* ad *luem veneream* ſine ſalivatione ſanandam.

OBS. 1) *Mellin* combinat *Mercur. dulc.* Drachm. 1/2. cum *Terebinth. coct.* Drachm. 2. ad formandas Pilulas ponder. Gran. 2—3. qua *ſialagogum*, in *cacochymia* humorum eas quoque commendat.

OBS. 2) *Pilulae* ſic dictae *majores Mercurial. Hoffmanni* conſtant e *Mercur. ſublimat. corroſiv.* Gran. 15. perfecte ſolut. in *Aquae deſtill. commun.* qu. ſuffic. & tunc addantur *Micae Panis* albi Drachm. 6. bene aequaliter mixtis ad formandas Pilul. Nro. 186. — pro Doſi 6. quae *Mercur. ſublimat.* Gran. 1/2. circiter continent. Quibus qua Pilulae non arrident, iis pulveriſatae conveniunt.

Omnibus aliis praeparatis mercurialibus palmam praeripiunt hae Pilulae in lue venerea: pro *Doſi* bis l. ter de die Pilulas 5. —Oportet autem matutino tempore jentaculum aſſumſiſſe aegrotum, ne in vacuum veniat ventriculum.

Keup.

OBS. 3) *Pilulae* e *Mercurio corroſivo* albo alias componuntur e *Mercur. corroſ. albi*, — *Sal. Ammoniac.* depur. ana Scrup. 1. — *Aquae deſtillat.* qu ſuffic. ut deliqueſcant : Tum adde, Rad. *Altheae* pulverat. Scrupul. 16. — *Mellis elect.* Drachm. 2. Mixta redige in Maſſam pi-

lular. Gran. 3. Singulae hae Pilulae continent *Mercurii corroſivi* octavam partem Grani.
Ph. *Brunſuicenſ.*

PILVLÆ VISCERALES VOGLER.

Rec. *Extract. Gentian. rubr.* Drachm. 2. & 1/2.
Pulv. *Squillae* compoſ. *Sthal.*
— *Gumm. ammoniac.* pur. ana Drachm. 2.
— *Magneſ. Nitr.* optim. Drachm. 1/2.
— *Sulphur. Antimon. aurat.* Gran. 15.

Miſceantur exactiſſime, & cum *Spirit. Vini* commun. quant ſuffic. redigentur in maſſam, ex qua formentur Pilulae 200. conſpergendae ſubtiliſſimo Pulvere *Boli Armen:* cum Semine *Lycopodii* remixtae.

Uſus. In omni fere *diarrhoea habituali chronica*, v. c. *catarrhali - rhevmatica - arthritica - haemorrhoidali - menſtrua - hypochondriaca - hyſterica*; - in *viſcerum obſtructionibus*; in ſyſtematis *venae portarum* - vaſorum *abdominalium atonia*, *expanſione* & infarctibus conjuncta; in *lienteria* poſt *dyſenteriam*; in *fluxu coeliaco - hepatico*; in *tabe* & *hydrope* demum funeſtis, mirifice juvant, ubi adeo Simaruba - Caſcarilla - Quaſſia - Salicaria - Aqua Calcis, Martialia, - Terra Japonica - Opiata aliaque medicamenta parum l. nullum auxilium praeſtiterunt.

Doſis. *Adulti* harum Pilularum 7. *Infantes* 4—5. ter de die deglutiant, contendit *Vogler.*

PILVLARVM AMARARVM MASSA.

Rec. Extract. *Gentianae* rubrae
Pulver. *Rhei elect.*
Raſurae *Saponis* alicantic. ana Unc. 1.

Extractum Gentianae emolliatur, Aqua communi deſtillata, eique impaſtetur Sapo, ac tandem pulvis Rhabarbar. ut fiat Maſſa Pilularum in veſica, Oleo madida, adſervanda.

Diſpenſat. *Fuldenſe.*

VIS *antacida*, *ſolvens*, *abſtergens*, *laxans*, *diuretica.*

DOSIS Scrupul. 1—3.

PILVLÆ APERIENTES ALOETICÆ.

Rec. Extr. *Aloes* aquoſi Unc. 1.
— *Colocynthid.* compoſit. Unc. 1/2.
Aethip. martialis Drachm. 2.

Commixta *Syrupo* ſimplici redigantur in Maſſam ad formandas Pilulas Gran. 1.

Scrupul. 1/2. continet *Aloes* Gran. 7. Ph. *Suecica.*

VIS & USUS ſcopo *deobſtruente*, *catarctico*, *purgante* conducunt in cachecticis - chloriticis affectibus.

OBS. 1) Ph. *Edinburg.* ſuadet *Extr. Gentian.* & *Aloes ſuccotrin.* ana Unc. 2. cum *Salis Polychreſt.* trit. Unc. 1/2. commiſcendi ad Maſſam pilularem.

OBS. 2) *Pilulas aperientes Sthal* communicat Ph. *Danica* ex Extr. *Panchymag.* Unc. 1/2. — Extr. *Aloes gummoſ.* Unc. 1. —*Limatur. Mart.* tenuiſſime tritae Drachm. 2. mixtis ad Maſſam pilularem.

OBS. 3) *Pilulas aperientes* cum *Marte* Pharmacopoei parant e *Croci Martis ſulphurat.* Unc. 2. — *Myrrhae* rubr. — *Gumm. ammoniac.* — *Galban.* — *Aloes ſuccotrin.* ana Unc. 1. — *Mercur.* dulc. — *Sulphur. aurat. Antimon.*

ana Unc. 1/2. Miſce fiant cum *Elixir proprietat.* ſine Acido Pilulae ponder. Gran. 2.

OBS. 4) *Pilulae aperientes Saunder* conſtant e Pilul. e *Colocynthide* cum *Aloe* Drachm. 1. — *Saponis hiſpanic.* Drachm. 1/2. — *Syrupo Roſarum ſolutivo* contunde in Maſſam, in Pilulas 24. dividendam. *Doſis* Pilula 1. vel altera hora ſomni.

OBS. 5) *Pilulae aloeticae Keup.* Rec. *Aloes ſuccotrin.* tritae, — *Extract. Gentian.* ana Unc. 2. — *Salis polychr.* trit. Unc. 1/2. Miſce & cum *Melle* deſpumato fiat Maſſa pilular.

Uſus, aperiunt *alvum*, proſunt in *chloroſi*, *cachexia*, *febribus inveteratis*, inprimis *quartana*. *Doſis* pro indicationis ſcopo facile poteſt determinari.

OBS. 6) *Pilulae aloeticae Saunder* conſtant e Medulla *Rhabarb.* Scrupul. 2. — *Aloes gummoſ.* — *Extr. Pimpin.* alb. — *Terebinthin. venet.* ana Drachm. 1/2. — *Agaric. trochiſc.* Scrupul. 1/2. Miſce fiant lege artis Pilul. ponder. Gran. 2. inſperg. *Pulv. Lycopod.* Pilul.

PLVMBVM VSTVM,

ſ. *Plumbum* in *Calcem griſeam liquatum.*

Rec. *Plumbi* quant. plac. Liquetur in vaſe terreo non vitreato, ac ſub continuo motu cum ſpathula ferrea, in hac detineatur fuſione, donec totum in pulverem abierit, *Calcis* inſtar. *Piderit.*

VIS *exſiccans*, *adſtringens*; externe, uti reliquae Calces ſaturninæ, *puritate* tamen reliquis praeſtat.

USUS ad *varia remedia externa.*

OBS. Ad Ph. *Danicam* ſumuntur *Scob. Plumbi*

Unc. 24. —*Sulphur. citrin.* Unc. 12. Mixta in crucibulo, operculo obiter tecto, calcinentur. Materia calcinata ſaepius abluetur, exſiccetur, redigetur in pulverem.

POMADE EN CREME BEAUME, vide *Ceratum coſmeticum.*

POMPHOLYX, vide *Nihilum album.*

POTIVNCVLA RIVERI, vide *Aër fixus.*

OBS. Pro conditione morbi, ejusque ſymptomatum ad potiunculam ſuam, ſuadet *Riverius*, vel *Acidum* mite *Aceti*, vel *Acidum Succi Citri*, vel *Acidum* fortius *Vitrioli*, ad prius ſumtum *Alkali vegetabile*, *Aqua* dilutum.

POTIO AMMONIACA RICHARD.

Rec. *Gumm. Ammoniac.* Drachm. 2. diſſolvant. in
Oxymell. ſquillitic. Unc. 1. & 1/2.
Ptiſan. commun. Unc. 12. Miſceantur.

USUS *aſthmaticis* ad Cochlearia 2. alternis horis.

POTIO CRETACEA.

Rec. *Cretae* praeparat.—*Gumm. arabic.* ana Unc. 1.
Sachari puriſſim. Unc. 1/2.
Aquae commun. Unc. 24. — & *Nuc. Moſchat. ſpirituoſ.* Unc. 2. Miſce. Ph. *Edinburg.*

VIS *involvens, obtundens.*

USUS in *diarrhoea - dyſenteria*, - in *ſoda* per *cyathus.*

OBS. *Potio* ad *Hydropem Maſſariae*: Rec. *Succ.* Rad. *Ireos noſtr.* rec. expreſſ. Unc. 3. — *Mannae calabrin.* Unc. 1. & 1/2. Miſce.

VIS & USUS e titulo patet.

POT - POURRI.

Rec. Herbae recentis in umbra probe ſiccatae
Majoranae, — *Thymi*,
Serpilli, — *Abrotani*,
Baſilici, — *Menthae criſpae*,
Meliſſae citratae, — *Salviae* ana Drachm. 1.
Florum Roſarum rubrarum,
Lavendulae, — *Tunicae* ſ. *Caryophyllor*.
Cheiri l. *Calendulae*, — *Anthos*,
Cyani, — *Origani*,
Jasmini l. *Aurant.* ana Drachm. 1. & 1/2.
Gummi *Benzoes*, — *Styracis*,
Caryophyllorum ana Drachm. 2.

Inciſa, contuſa, miſce ad pulverem groſſum ſubito immittendum vaſculo vitreo, probe epiſtomio munito.

OBS. Herbae plane *recentes non ſiccatae* prius, *mucorem* in vitro facile acquirunt, & *putredinoſum odorem*, uti ab addito a quibusdam *Sale culinari* etiam decrepitato.

VIS *nervina*, *confortans*.

USUS *odoramenta-nervina-excitantia-confortantia*.

POTIONES variae, quas *Diſpenſat. Fuldenſe* qua praecipuas communicat, ſunt

1) *Potio* ad *atram bilem*, quae conſtat e *Tartari tartariſat.* — *Mellis* deſpumati ana Unc. 1/2. — *Aquae commun.* Unc. 8. Coquantur leniter ad Salis ſolutionem. *Virtute ſolvente, ſaponacea* acida, atram bilem corrigit, & ad eductionem diſponit, vaſculatim ſumtum.

2) *Potio* ejus *antiemetica* paratur e *Salis Alcali vegetabilis* depurat. Drachm. 2. — *Succi Citri* recenter preſſi Unc. 2. — *Aquae commun.* purae Unc. 4. — *Menthae piperitid.* Unc. 2. miſcendi ad potionem vaſculatim ſumendam, cujus *uſus* & *vires* e titulo patent.

3) *Potio* ejus *demulcens* conſtat e *Gumm. arabic.* Drachm. 6. ſolvend. in *Aquae commun.* Unc. 12. ſolutioni addend. *Syrup. diacodii* Unc. 1. ad potionem vaſculatim hauriendam, *virtutem obtundentem*, *involventem*, *lenientem* & *ſedantem exſerentem.*

4) *Potionem emeticam Ipecacuanhae* commendat quoque hocce *Diſpenſatorium* e *Cryſtallor. Tartari* Drachm. 1/2. ſolvend. in *Aquae commun.* ebullient. Unc. 4. in Colatura adhuc fervente, infundend. Pulver groſſi radic. *Ipecacuanh.* Drachm. 2. — *Cortic. aurantior.* Drachm. 1. tecta ſtent per aliquot tempus ſine ulteriori coctione, tinctura tepida filtrata detur cochleatim, virtute *emetica* leniter *roborante* ſe commendans.

PTISANA.

Veteribus *Medicis* dicebatur *Decoctum Hordei* mundati, hodie pro Decocto, quod potus ordinarii vicem ſuſtineat, uſurpatur.

PTISANA IN LVE VENEREA,

vide *Decoctum Luſitanicum.*

PVLPA CASSIAE.

Rec. *Fiſtulae Caſſiae ponderoſae* quant. plac. —
Eximatur *Medulla* ex apertis fiſtulis una eum ſeminibus & diſſepimentis, quae omnia ebulliant in ſufficiente quantitate

Aquae communis fervidae, ad perfectam medullae ſolutionem. Solutio per ſetaceum l. cribrum trajecta inſpiſſetur leni igne ad *Mellis* conſiſtentiam Unc. 12. addendo demum *Mell. elect.* vel *Sachari canarienſ.* Unc. 6. quae leni igne ulterius inſpiſſantur ad pulpae conſiſtentiam. *Piderit.* Ph. *Auſtr. -Suec.*

VIS *temperans, refrigerans, laxans, eccoprotica,* tormina vero intus ſumta facile *excitat, clysmatibus* hinc tantum ad Uncias aliquot additur, acrimoniam feri *demulcet*, caeterum *diuretica.*

USUS ad educendum meconium infantum recens natorum a Gran. 30 - 40 in *alvo adſtricta, ſpasmo;* ad *tormina*, ad *bilem* & pituitam blande educendam. In affectibus *urinariis*, & *pectoris.*

DOSIS *Pulpae* Unc. 2. forma Electuarii dantur, l. Fructuum Unc. 4. cum *Aquae* Unc. 12. decoquuntur; aut Pulpae Unc. 2. cum *Aquae* Unc. 6. diſſolvuntur.

OBS. 1) Quidam autores ab ejus uſu, *lotium* viridiuſculo - nigrum obſervarunt, quod alii negant. *Piderit.*

OBS. 2) Ph. *Roſſica* ſimplici valde via praeparat eam; ut *Medulla* e fructu *Caſſiae* in *Aqua* ſoluta & per cribrum trajecta, ad *Mellis* fere conſiſtentiam revocetur, addita tum *Sachari* albiſſim. dimidia parte, quo dein ulterius inſpiſſatur.

Ph: *Herbipolit.* ſuadet ad ſingulas Libras ſolutionis, ut addentur *Sachari* Unc. 4.

OBS. 3) In praeparatione *Pulpae Caſſiae - Tamarindorum - Pomorum* vaſa *cuprea* ſollicite ſunt vitanda; ubi magis conveniunt vaſa figulina, bene intus vitreata.

OBS. 4) In *Pulparum extractione* commendat Ph. *Londinenſis* potius haſce cautelas. — Fructus pulpoſos, ſi immaturi ſint, vel maturi & ſicci, ſepone in loco humido, ut molleſcant, dein pulpas per cribrum ſetaceum exprime; coque dein lento igne, crebro agitans donec debitae ſint craſſitudinis. — Item *Caſſiae fiſtularis* pulpam e Siliqua exime, & ad idoneam craſſitudinem decoque. — Fructuum maturorum & recentium Pulpas per cribrum exprime, nulla coctione adhibita.

PVLPA POMORVM.

Rec. *Pomorum dulcium* quant. plac. coquantur in *Aqua*, transmittantur per filtrum.

USUS ad *Cataplaſma ophthalmicum.* *Plenck.*

PVLPA PRVNORVM

praeparatur uti *Pulpa* Caſſiae,

VIS & USUS idem cum *Pulpa Caſſiae* & *Tamarindorum;* inſervit in *pauperibus* pro *Electuariorum* baſi, ſi pulveris folior. *Sennae* Scrupul. 1. additur, l. Prunorum enucleatorum Unc. 3. cum Unc. 12. Aquae decoquuntur. Caeterum Pulpae Unc. 3. dantur. Forma Electuarii cum Drachm. 3. *Cremor. Tartari.* *Plenck.*

PVLPA TAMARINDORVM.

Paratur uti *Pulpa Caſſiae.*

VIS eximie *laxans*, *eccoprotica*, *antiphlogiſtica*, *ſitim ſedans*, *antiſeptica*, *refrigerans*, *antibilioſa*, *ſolvens*, *obtundens*, *humectans*, *ſanguinem temperans* & *bilem*, eamque *educens.*

USUS ad *obſtruct. alvi;* acrimoniam bilis *corrigendam*, *mitigandam*, inprimis bilioſis; in *febribus omnibus* & morbis qua univerſale *antiphlogiſticum*, *temperans*, *laxans*, *diluens*; in *febribus acutis*, *bilioſis putridis*, *inflammatoriis.*

In morbis a *ſaburra bilioſa, inteſtinali;* uti in *eryſipelate*, in intumeſcentia veſicae felleae a *calculo fellis.*

DOSIS ab Unc. 1 — 3. ſcopo *laxante*, cum aliis remediis; in *ſero lactis*, uti *Cremor Tartar* Drachm. 2 — 3.

OBS. 1) Pro potu ordinario *temperante - diluente - antiphlogiſtico* in *febrib. acutis - putridis - inflammatoriis* confert *Decoctum* hoc, e *Pulp. Tamarindor.* Unc. 1. ſolut. in *Aqu. font.* fervid. Unc. 48. Colaturae ut addentur *Nitri depur.* Drachm. 2. — *Roob Ribium* Unc. 1. Miſceantur.

OBS. 2) Eodem ſcopo *Pulpa noſtra* in tali, l. pro rerum circumſtantiis modo majori, modo minori portione, Sero *Lactis* l. Decocto *Hordei* additur. *Piderit.*

OBS. 3) Non *convenit* in connexione cum *Salibus mediis*, acidum continentibus vegetabile, quae decomponuntur, uti *Tartarus tartariſatus* in combinatione horum duorum corporum apparet, nimirum poſt quoddam tempus ſedimentum notabile, *Cremori Tart.* regenerato ſimile. *Selle.*

OBS. 4) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet *Tamarindorum contuſor.* quant.placet. Coquantur cum quant. ſuffic. *Aquae* purae in vaſe lapideo l. terreo vitreato eo usque, donec omne pulpoſum e Siliquis extractum ſit; tum vero pulpae ſolutio per pannum laneum coletur, & ad unamquamque filtrati liquidi Libram addatur.—*Limaturae Ferri* puriſſimi Unc. 1/2. Liquor tum vero quieſcat per 24. horas, quo facto Liquori claro a *Ferri Limatura* decantato immittatur, per aliquot tempus polit, ferri la-

mina, qua exemta & nullum Cupri latentis indicium monſtrante, Liquor in vaſe terreo ad Mellis conſiſtentiam coquatur, coctus ponderetur, & ſingulae ejus Librae addantur *Sachari albi* Unc. 3. quibus additis *Pulpa* ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſetur, & in vaſe porcellaneo l. vitreo ſervetur *uſui*, qua remedium *vires* poſſidens *laxantes* - *antiphlogiſticas* - *refrigerantes* - *antiſepticas* - *antalcalinas*, & *ſitim* ex hac cauſa *natum ſedans*. a Drachmis 2. ad Unc. 2. pro diverſitate indicationis.

OBS. 5) *Pulpa Tamarindorum Piepenbring*, uti alii contendunt, praeparationem ad *Pharmacop. Würtenb. Pulpam Tamarindorum* percolatam ad Mellis ſpiſſitudinem inſpiſſandi, & tum addendi totidem Sachari, uti pondus erat medullae inſpiſſatae, non tam accuratam eſſe, nec tam accurate poſſe determinari medicis, quantum Medullae proprie aegro in Uncia 1. Pulpae Tamarindorum exhibeant, aliam hinc praeſcriptionem meliorem communicat.

Rec. *Pulpae Tamarindorum* quant. plac. coque per quodlam tempus cum *Aquae commun.* quant. ſuffic & tere tum Medullam ſolutam per cribrum. Quod toties reiterandum eſt, usque dum Aqua remanens, cum quovis reſiduo ſemper cocta, nullum acidum amplius relinquit ſaporem. Quo tum omnia vaſculo immittuntur ad inſpiſſandum, & tum tantum *Sachar* addetur, quantum ponderis erat Pulpae Tamrindorum ſolutae; inſpiſſantur dein omnia ita tamen, ut Medulla - Sacharum - & Aqua ſemper ſint ejusdem ponderis, ita, ut *Unci* 1. *Pulpae Tamarindorum* ſemper contineat *Pulpae Tamarindorum* Drachm. 2. & Scru-

Scrupul. 2. — *Sachari* Scrupul. 2. & *Aquae commun.* totidem: hocce modo praeparata Pulpa Tamarindorum a Medicis accurate, dein poteſt determinari,& commode praeſcribi.

Piepenbring.

PVLVIS ABSORBENS,
vide *Pulvis Digeſtivus.*

PVLVIS ABSTERGENS VOGLER.

Rec. *Sachar. canar.* Drachm. 1. & 1/2.
Flor. *Sulphur.*
Rad. *Irid. florentin.* ana Drachm. 1.
Magnes. Nitri optim. Drachm. 1/2.
Miſce fiat Pulvis.

VIS & USUS *ophthalmiis* acribus & *ſcrophulis*, *lichenibus*, *tinea*, *ſcabie*, aliisque *exanthematibus*, & *ulceribus* chronicis adfectis infantibus, infra bi- aut trimatum conſtitutis, ſubjectisque adultis ſenſibilibus, quae Antimon. crudum ferre nequeunt, hic Pulvis conducit cultri apice bis - ter de die cum *Lacte* l. *Aqua* captus, & interpolatis laxantibus.

Adjectis pro ré nata Granis 5. *Mercurii dulcis* l. *Sulphur. Antimon. aurat.* efficacior. redditur. *Cruſtam lacteam* ſaepe certius curat, quam celebrata *Viola tricolor* ſ. *Iacea* dicta, & virtute ſuperior eſt, ita ut vix quidquam praeſtantius infantibus incruſtatis propinari queat; uti *Vogler* contendit.

PVLVIS AD ACREDINEM.

Rec. *Conchar. citratar*, l. *Magneſiae ſimplic.* Unc. 12.
Antimonii diaphoretic. Unc. 1/2. Miſce.

VIS & USUS e titulo patent.

PVLVIS AEROPHORVS VOGLER.

Rec. Salis *Alcali mineral.* puriſſ. optim. Drachm. 2.
Cryſtallor. Tartari Drachm. 6.
Sachar. canarienſ. Unc. 1/2.

Primum *Cryſtalli Tartari* in ſubtiliſſimum pulveverem terantur, dein *Sal Alcali minerale* & *Sacharum* terendo admiſceantur. Pulvis hic Aquae inſperſus & agitatus bullulas cum ſibilo emittit, copioſumque aërem fixum largitur, hinc *aërophorus* dicitur.

USUS, *reſolvit*, *temperat*, *ſanguinem* & vias mictuales *purgat;* vires *analepticas*, & *anthelminticas* exſerit, *alvum obſtructam reſolvit*, *ardorem ventriculi* & *vomitum* compeſcit, *putredini interniſque ſuppurationibus* reſiſtit, *cachexiam*, *tuſſim reſiſtentem* & *phtiſin pituitoſam* ſubigit, *haemorrhagias naturales* provocat, ideoque in molimininibus *haemorrhoidalibus* ac *menſtruis* conducit.

DOSIS omni *quadrihorio* ejus Drachma 1/2. vel Scrupuli 2. vel Cochleare minus, quali ad potum Theae aut Coffeae utimur, Unciis aliquot Aquae fontanae puriſſimae, agitetur & cito epotetur. *Vogler.*

OBS. Aquae *Selteranae* & *Fachingenſis* vices gerit, quid? quod ob largiores particulas ſalinas virtute ſuperior eſt. Commodius eſt atque eventu ſecuriori ac certiori praeſcribitur aegrotis, quam medicamenta ſimilia v. c. Pulvis e Magneſia *Salis amari*, & *Cryſtallis Tartari* compoſitus, itemque medicamentum *Riverii* & *Hulme.* — Vel enim juſto citius haec medicamenta, l. juſto lentius & parcius aërem ſuum fixum emittunt, & debita acidorum &

alcalium ea ingredientium proportio difficulter determinatur. — Pulverem meum, inquit *Vogler*, ingrediens *Sal Alcali minerale* ſ. ex *Soda hiſpanica*, ſ. ex *Cinerum clavellatorum*, & *Salis commun.* ſolutione lege artis paratum ſit, cryſtallinum, purum, ſiccum, cum acidis probe ebulliens, & ſucceſſu temporis in pulverem album fatiſcens.

PVLVIS ALEXIPHARMACVS SINICVS, ſ. *Antilyſſicus Londinenſis*, vide *Pulv. Tunchinenſis.*

PVLVIS ALEXITERIVS DOWER, vid *Pulvis diaphoreticus.*

PVLVIS ALGAROTTI, ſ. *Mercurius Vitae.*

Rec. *Nitri depurati* Part. 3.
Antimon. crudi Part. 2. quae detonantur.
Hepar hoc *Antimonii* pulveriſ. adde
Sal. culinar. — *Olei Vitrioli* in *Aqua commun.* ſolut.
Solutio filtratur per pannum, multa Aqua praecipitatur, & praecipitatum exſiccatur.

USUS ad *Tartarum emeticum* requiritur Pulvis hic Algarotti, cujus copiam inſignem ſolvit Cremor. Tartari.

OBS. 1) *Pfingſten* praeſcribit *Butyri Antimonii* qu. plac. cum quant. ſuffic. *Aquae commun.* guttatim miſcetur, & Pulvis praecipitatus ſufficienter edulcoratur. Plurimum *Uſus* ad operationes *chemicas* - & ſcopo *purgante*, Grana quaedam.

PVLVIS ALTERANS PLVMER, ſ. *Edenburgenſium.*

Rec. *Mercur. dulcis*, ſ. *Panaceae mercurialis.*

Sulphur. Antimon. aurat. ana Unc. 1. tere in mortario marmoreo tam diu, usque dum fiat Pulv. ſubtiliſſ.

VIS *reſolvens* inſignis, *antiſiphilitica*, *ſanguinem depurans.*

USUS ad varios *morbos cutaneos;* ad *impurit. lymphae corrigendas;* ad *miaſma venereum;* ad *tumores rheumaticos - ſcrophuloſos, tineam, herpetem.*

DOSIS Grana 8 — 10. bis de die l. continuato uſu raro *ſalivationem* excitat.

OBS. 1) *Camphora* ſi additur, ſurgit *Mercurius diaphoreticus Klein.*

OBS. 2) *Plenck* & Ph. *Herbipolitan.* addunt *Gummi Guaiac.* & *Sachari* ana Drachm. 3 — 4.

OBS. 3) Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet *Sulphur. Antimon.* aurat. Drachm. 4. — *Mercurii dulcis* Drachm. 2. — Mercurio dulci ſuper marmore laevigato ſucceſſive admiſceatur *Sulphur Antimonii* ita, ut ambo ingredientia perfecte commixta pulverem non modo ſubtiliſſimum, ſed & aequaliſſimum exhibeant.

PVLVIS ANAPLEROTICVS VOGLER.

Rec. *Oſtrear.* praeparat. Drachm. 1.
Gumm. arabic. elect. Scrupul. 2.
Maſtich. elect. Scrupul. 1.
Miſce fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

USUS, *dolentes humidae - molles - eroſae - excoriatae* & *exulceratae papillae*, in gravidarum & puerperarum *mammis* exoptato ſucceſſu conſperguntur hoc Pulvere; ad quod obſervationibus quamplurimis edoctus affirmo inquit *Vogler.*

PVLVIS ANODYNVS.

Rec. *Pulver. Diatragacanthae* Unc. 2.

Extr. *Opii* Gran. 2. Miſceantur inter ſe exacte.

VIS *anodyna, ſopiens, leniens.*

USUS ubi in *forma ſolida* lene *anodynum* petitur, cujus Drachma 1. *Opii* tantum octavam Grani partem continet. *Piderit.*

OBS. *Pulvis anodynus Dower* conſtat e *Nitro-Tartaro vitriolato* ana Unc. 2. Injiciantur in crucibulum candens, ibique relinquantur, donec omnis ſcintillatio ceſſaverit, ſat refrigeratus redigatur in Pulverem, cui addantur, Pulv. *Opii, — Liquiritiae, — Ipecacuanh.* ana Unc. 1. Miſceantur exacte, ad *Uſum* in ſiſtendis *alvi fluxibus,* & *haemorrhagiis* ad Drachm. 1. *Spielmann.*

PVLVIS ANTACIDVS VOGLER.

Rec. *Sachar. canar.* Drachm. 7.

Magneſ. Sal. amar. Drachm. 1.

Rad. *Ipecacuanh.* Gran. 3—4.

Olei de *Cedro* l. *Aniſi* genuin. opt. Gutt. 6-10.

Miſce fiat Pulvis, detur in pyxidem aut vitrum probe clauſum.

USUS Iisdem ac Pulvis *cardiacus* gaudet virtutibus, praecipue vero, ob *Magneſiae Salis amari* connubium, ſubjectis confert, quae de ventriculi acido conqueruntur. — Feliciter porro ſubminiſtravi in *ardore ventriculi,* in *tuſſi ferina* infantum, in *haemorrhoidibus veſicae urinariae mucoſis,* in *fluore albo,* & *gonorrhoea benigna* a virulenta relicta, (*Gleet, Nachtripper* vocata,) in *leucorrhoea* ſic dicta *arthritica,* in *diabete hyſte-*

rica, & *hypochondriaca*, in *ſtranguriis*, aliiſque viarum *urinariarum* vitiis.

DOSIS Drachma 1/2. l. cultri apex, pro diverſa aetate major l. minor, bis - ter - quater de die ſumenda. *Vogler.*

PVLVIS ANTIFEBRILIS, ſ. *Antiſpasmodicus*, ſ. *Nitroſus.*

Rec. *Nitri vitriol.* Unc. 2. — *Nitri depur.* Unc. 4. Miſce fiat Pulvis, — cui ſi addas *Cinnabaris factitiae* partem dimidiam, exhibet tum *Pulverem nitroſum cinnabarinum*, ſ. *antiſpasmodicum Stahl.*

VIS & USUS e nomine patent. Ph. *Roſſica.*

OBS. 1) *Pulvis antifebrilis James* conſtat ad *Saunder — Guy* e *Tartar. emet. — Calc. Antimon. nitrat.* ana Gran. 20. Mixtas ad Pulverem in 4. partes dividend. ad uſum omni 3 — 4. horio 1. Doſis ſcopo *antifebr.* & ad primas vias purificandas.

OBS. 2) *Pulvis antiſpasmodicus communis* ſ. *temperans*, Ph. *Auſtriac.* conſtat e *Conch. pptis. — Tartar. vitriolat. — Nitri depurat.* ana Drachmas 6. — *Cinnabar. factit.* Drachm. 3. Mixta pulveriſanda.

OBS. 3) *Mellin* ſuadet *Nitri depurat. — Cremor. Tar.* ana Unc. 2. Miſce fiat Pulvis, & additis *Camphorae* Gran. 2 — 4. fit *camphoratus.*

OBS. 4) Ph. *Suecica* Edit. nova ſuadet *Nitr.* depurat. Unc. 3. — *Sal. Acetoſellae* Unc. 1. — *Sachar.* albiſſim. Unc. 10. Miſce.

PVLVIS ANTISEPTICVS.

Rec. Pulv. Cortic. *Peruv. — Rutae* ana Unc. 2. — *Camphor. Spiritu Vini* tritae Unc. 3. Miſce.

USUS. Inſpergitur *ulceribus* - ac *vulneribus* - *partibus gangraenoſis*. *Plenck.*

OBS. Ph. *Hamb.* & *Pragens. pauper.* ſuadent *Cortic. Peruv.* Drachm. 1/2. — *Camphor.* Gran. 3. Miſce fiat pro Doſi Pulvis, & ſcopo *reſolvente*, ſimul addendum ſuadent *Sulphur. aur. Antim.* Gran. 2. Probe miſcendi ad Pulverem pro Doſi 1. ſufficientem.

PVLVIS ANTISPASMODICVS

Roſenſtein, vide *Pulvis ſedativus.*

PVLVIS ARI COMPOSITVS,

vide *Pulvis ſtomachicus Birckmanni.*

PVLVIS BALSAMICVS.

Rec. Pulver. *Maſtichis* — *Myrrhae.*
— *Sarcocoll.* ana Unc. 1. Miſce.

USUS *oſſibus denudatis*, aut *carioſis*, *tendinibus* ac *ligamentis* nudis l. corruptis inſpergendum, - ad *corruptionem* arcendam.

PVLVIS BEZOARDICVS CORRECTVS

Piepenbring.

Rec. *Oculor. Cancror. prptor.* Unc. 1.
Rad. *Contrayerv.* pulveriſ. Unc. 1/2.
Folior. Auri Nro. 6. (qua ſuperfluum, plebis magis cauſa.)
Miſce. — DOSIS Drachm. 1/2. — 1.

VIS *diaphoretica* - *reſolvens* - *diſcutiens.*

Qua Pulverem ſemper ab antiquioribus tempobus a plebe valde ſemper quaeſitum, & magni aeſtimatum, ob virtutes plane peculiares in Diſpenſatorio *Würtenb.* praecipue laudatas, Pulverem huncce bezoardicum correctum, inprimis communicavit *Piepenbring* in Parte 3.

PVLVIS AD BILEM ATRAM.

Rec. *Sal mirabil. Glauber.*

Rad. *Ireos florentin.* ana Unc. 1/2.

Sulphur. aurat. Antimon. 3. praecip. Drachm. 2.

Rad. *Scillae* Drachm. 1.

Sachar. canarienſ. Unc. 1.

Miſce fiat Pulvis. *Keup.*

USUS. Non modo in *melancholia* incipiente, ſed in aliis quoque morbis e primarum viarum ſaburra tenaci, & *viſcerum infarctu* oriundis laudatur à *Willich*, (in Tractatu de *hemicrania* peculiari 1776.)

DOSIS. Omni trihorio Cochlear parvum in adultis, in infantibus & hominibus valde irritabilibus. *Doſis* cum prudentia eſt minuenda, ne *vomitus* oriatur. *Keup.*

PVLVIS CACHECTICVS.

Rec. *Limatur. Martis.* Unc. 1.

Rad. *Ari* — *Conchar.* praeparat. ana Unc. 1/2.

Cinnamomi Drachm. 1/2.

Sachari quant. ſuffic. ad gratitudinem.

Miſce fiat Pulvis. *Mellin.*

PVLVIS CARDIACVS VOGLER.

Rec. *Sachar. canariens.* Drachm. 5.

Cryſtallor. *Tartar.* Drachm. 3.

Rad. *Ipecacuanh.* Gran. 3 — 4.

Olei de *Cedro* l. *Menthae piperitid.* genuin. optim. Gutt. 6 — 10.

Miſce fiat Pulvis; detur in pyxidem, aut vitrum probe obturatum.

USUS. Summo cum fructu multoties exhibui, inquit *Vogler*, in variis affectibus *ſpaſticis - hypochondriacis* & *hyſtericis chronicis*, in *virium defectu* univerſali, *ventriculi debilitate* & *flatulentia* conjunctis, v. c. in *cephalaea - cephalalgia - clavo hyſterico*, *lipothymiis*, *ſpirandi difficultate*, *cordis palpitatione*, *vertigine*, *colica* &c.

Reſolvit pituitam potius primarum viarum & *ſpasmos*, *vomitum ſiſtit*, *alvum* aperit, ſanguinem in *pectore* & viſceribus *abdominalibus*, eorumque vaſis accumulatum diſcutit, *cardialgiam* & *vomitum cruentum* avertit; lienem expanſum & ſyſtema venae portarum laxum ac debilitatum *liberat*, *roboratque*, artubus frigidis calorem naturalem inducit, ſudorem & tranſpirationem cutaneam reſtituit.

DOSIS. Cultri apice bis- ter- quater de die excipitur.

PVLVIS CATHARCTICVS LAXANS.

Rec. Rad. *Ipecacuanh.* — *Rhabarb.* el. ana Unc. 2.
Miſce fiat Pulvis.

VIS & USUS e nomine patent; cujus *Vis* augetur addit. Gran. 38. *Tartar. emet.*

PVLVIS CATHARCTICVS VOGLER.

Rec. Pulver. *Rhabarb.* optim.
Rad. *Jalapp.* — *Nitr.* depur.
Cremor. Tartar. ana Unc. 1/2.
Miſce accurate ad Pulverem ſubtilem.

VIS. Pulvis eſt *antiphlogiſticus*, blande & ſecure *alvum ducit*, *bilemque* in *inteſtina* delatam ſuperfluam *eliminat*.

USUS. Eodem pariter cum fructu, ac *Decoctum laxativum* meum ſecundum, in memorato *pe-*

ctoris morbo - bilioſo - inflammatorio exhibuit, contendit *Vogler*.

Ingredientium delectum, & mole praebiorum minori hunc Pulverem prae aliis ſeſe commendare autumo. *Vogler.*

DOSIS adultis datur Drachma 1. l. Scrupuli 4. in duas partes aequales diviſi, quarum altera ante cubiculum, altera horis matutinis ingeratur.

PVLVIS CARTHVSIANORVM,

vide *Kermes Minerale*.

PVLVIS CAVSTICVS.

Rec. *Alumin. uſti* Unc. 1.
Mercur. praecipitat. rubr. Unc. 1/2. pulveriſata.
Miſce.

USUS ad conſumendam *carnem luxuriantem* inſpergitur in *ulcera* & *vulnera fungoſa*. *Plenck.*

PVLVIS E CERVSSA LONDINENSIVM,

ſ. *Trochisci albi Rhazis*.

Rec. *Ceruſſae venetae* Unc. 5.
Gummi *Sarcocollae* Unc. 1. & 1/2.
— *Tragac.* Unc. 1/2. Miſce fiat Pulvis.

USUS ad *ſiccanda ulcera*, & curandum *eryſipelas* externe, ſed caute. Ph. *Londinens. Spielman.*

PVLVIS CONTENT DICTVS,

ſ. *Creme de Ris*.

Rec. *Sachari canarienſ.* Unc. 12.
Oryzae Unc. 8. — *Cinnam.* Drachm. 4—6.
Caryophyllor. Drachm. 1 — 2.
Vanigliae Drachm. 1. & 1/2.
Redigantur in Pulverem & miſceantur.

USUS *Chocoladae* ſuccedaneum, Pulvis hic *Aqua* l. *Lacte* coquitur ad Potum ſuaveolentem. *Spielm.*

OBS. 1) *Pulvis Content. Re.*—Rec. *Pulv. Oryz.* Unc. 5. & Drachm. 2. — *Sachar. alb.* Unc. 11. — *Cinnamom.* optim. Drachm. 4. & 1/2. — *Sem. Amom.* Drachm. 2. & 1/2. — *Balſam. Peruv.* Gutt. 6.

Miſce fiat Pulv. ſubtiliſſ. cujus Unc. 1. ad *Lactis* Vaccin. Unc. 12. — & *Albumin.* Ovi Nro. 1. ſufficit ad *Potum* ſuavem, nutrientem.

OBS. 2) Quidam ſuadent ad *Creme de Ris* ſ. *Pulverem Content - Oryzae* Cochlearia 3. in Aqua fervente lavandi, cum Menſur. 1/2. *Aquae fontan.* coquendi ad dimidium, filtrandi per pannum *Amygdalas* Nro. 10. *dulces*, & 5. *amaras*, decorticat. in mortar. lapideo cum *Sacharo* contuſas addendi, uti conſueto more Emulſionibus adduntur, leniter tum coquendi addito prius fruſtulo *Cinnamomi*, ſ. *Aqua* odorata *d'Orange*, & mane jejune tepide bibendi. *Dertg.*

OBS. 3) Quidam miſcent *Oryzae* Unc. 8. — ad *Sachar.* alb. Unc. 4. — *Cacao* toſtae Unc. 2. — *Cinnamom.* acut. Drachm. 1. & 1/2. — *Caryophyllor.* Scrupul. 2. ad *Pulverem* ſic dictum *Content.*

PVLVIS CONTRAYERVÆ COMPOSITVS.

Rec. Radic. *Contrayerv.* Drachm. 6.
— *Serpentar. virgin.* Drachm. 2.
Lapid. Cancror. praeparat. Unc. 1.

Miſceatur in Pulverem. Ph. *Lond. Brunſuic. Dan.*

VIS *antifebrilis*, *alexipharmaca*, *ſudorifera.*

PVLVIS CORNACHINVS.
ſ. *Comitis* de *Warwick* ſ. *Diatrion.*

Rec. *Scammon.* praepar. l. *Diacryd. ſulph.* Unc. 2.

Antimon. diaphoret. Unc. 1. & 1/2.
Cremor. Tartari Unc. 1/2.

Miſce fiat Pulvis. VIS *purgans* forte.

OBS. 1) *Mercurius* huic Pulveri additus Venenum exhibet, uti quam diu commixtum, & qua antiquum, adhibitum.

OBS. 2) Ph. *Roſſica* praeſcrib. *Scamm. aleppenſ.* Unc. 2. — *Calcis Antimonii* Unc. 1/2. — *Tartari depurat.* Unc. 1/2. Miſce fiat Pulvis.

Ph. *Leidenſis* praeſcribit partes aequales.

PVLVIS COSMETICVS MANVALIS.

Rec. *Amygdalar.* dulc. amarar. toſtar. Unc. 1/2.
Benzoes — *Irid. florentin.*
Farin. Oryzae ana Unc. 1.
Sal. Tartari Drachm. 2.
Olei deſtillat. Lavendul.
— — *Ligni Rhodii* ana Gutt. 20.

Miſce ad Pulverem — *Eſſich.*

Suadet quoque ſumendi
Farin. ſubtiliſſ. Unc. 12.
Olei Ligni *Rhodii* Drachm. 1/2.
— *Rorismarin.*
— *Majoran.* ana Drachm. 1/2.

Miſcendi ad Pulverem, ad Diapasma pilorum convenientem. *Eſſich.*

PVLVIS DENTIFRICIUS.

Rec. *Cortic. Peruvian.* Unc. 2.
Radic *Ireos florentin.* Unc. 1.
Salis Ammoniaci depurat. Unc. dimid.

Sanguinis Dracon. Drachm. 6.

Gumm. *Myrrhae* Drachm. 3. Miſce fiat Pulvis.

VIS *detergens, mundans.* *Piderit.*

USUS ad *dentes purificandas - dealbandas;* ad *mucum tartareum* non ſolum a *dentibus detergendum*, ſed - frictione gingivarum iſto Pulvere *roborandas, vacillantes dentes firmandas*, & *ſcorbutica gingivarum profluvia* ſiſtenda, hinc inſervit quoque - eximie *incolis* ad *littora maris viventibus.*

OBS. 1) Omni die *gingivae pulvere* iſto ſollicite ſunt fricandae, neutiquam vero *dentes* ipſi, ne nitorem ſuum crebriori tali frictione amittant.

Pulvis iſte omni 14. dierum ſpatio, dentibus fricatus, ſufficit, & ſaltim omni die diligenter os Aqua colluatur pura. Sin vero negligentia jam *dentes*, mucore tartareo ingenti obducti, & nigricantes occurrunt, convenit tum optime, ut ante uſum hujus Pulveris primum quovis die, pulverato pane uſtulato aliquamdiu *dentes* purgentur. *Piderit.*

OBS. 2) Alii commendant e *Pulv. Conch. pptar.* l. *Cornu Cervi* Unc. 1. — *Cryſtall. Tartari,* — Rad. *Irid. florent.* — Cortic. *Peruv.* — *Myrrhae* ana Drachm. 2. miſcendi ad pulverem. *Mellin.*

Alii addunt loco Cort. *Peruv.* & *Myrrhae* — *Caryophyllor.* & *Nuces Moſchat.* ana Drachm. 1/2.

OBS. 3) *Pulvis dentifricius viridis R...*, eximie virtutis e Fol. *Salviae* probe ſiccator. Unc. 1. — *Cruſtae panis* probe uſtae Unc. 1. — *Salis commun. decrepitati* Unc. 1 — *Nuc. Moſchat.* uſtae Nro. 1—2. — *Caryophyllor.* Drachm. 1. Miſce fiat Pulvis ſubtilis.

OBS. 4) Diſpenſ. *Fuldenſe* ſuadet Pulver. ſubtil. *Cortic Peruv.* Unc. 1. — rad. *Ireos florentin.* — Folior. *Salviae* — Gumm. *Myrrhae* ana Unc. 1/2.

Miſce accurate ad *Pulverem* aequalem - *dentifricium roborantem* - *antiſepticum* - & *depurantem* praecipuum.

OBS. 5) Haud exiguo cum fructu praeſcribunt quidam, *Cremor Tartari* Unc. 1/2. — *Sal Acetoſellae* eſſential. Scrupul. 1. Miſce probe.

Uſus vero hujus Pulveris *non quotidianus* eſſe debet, ſed caute ſemper tantum 1 — 2 — 3. vices in hebdomade, alias nimium afficit dentes & gingivas; uti Uſus *Salis culinaris* decrepitati non modicus, noxius poteſt fieri.

OBS. 6) Ph. *Auſtriac. pulverem dentifric. rubrum* communicat e Pulver. dentifric. albi Unc. 2. & 1/2. — *Laccae florentin.* Unc. 1/2. miſcendi irrorando ſub ipſa commixtione pauco *Spiritu Lavendulae*, ac leviter denuo exſiccatum in umbra pulverem, ſervandi uſui.

OBS. 7) Alii ſuadent haud inconcinne *Cremor. Tartari* Unc. 1. — *Irid. florentin.* Drachm. 2. — *Olei Bergamott.* Gutt. 10. Miſcend. ad pulverem.

Vel *Crem. Tartari* — *Oſſae ſepiae* ana Unc. 1/2. *Gummi Myrrhae* — *Irid. florentin.* ana Drachmas 2. Miſcend. ad Pulverem ſubtilem.

Vel *Herb. Nicotian.* Unc. 1. — Radic. *Lapati acut.* — *Irid. florent.* — *Gummi Myrrhae* ana Drachm. 2. — *Olei Cariophyllor. deſtillat.* Drachm. 1. & 1/2. Miſce uſui, ad dentes dealbandos - purificandos, commendat *Plenck.*

OBS. 8) *Lotio* pro *Gingivis.* Rec. Cort. *Peruv. contuſ.* Unc. 1. coqu. cum *Aquae fontan.* Unc.

24. ad Unc. 12. Colatur. addend. *Aceti Vini albi* Unc. 4. — *Mel roſac.* Unc. 1. — *Alum.* Drahm 1. Miſce.

Alii ſuadent ad *Lotionem gingivalem Fol. Salv.* Unc. 1. coqu. in *Aquae fontan.* Unc. 24. ad remanent. Unc. 1. cui addend. ſunt *Aceti Vini albi* Unc. 4. — *Alum. crud.* Drachm. 1. Miſcendi uſui. VIS & USUS e nomine patent.

PVLVIS DENTIFRICIVS NIGER VOGLER.

Rec. Carbon. *Panis Secalin.* Unc. 1/2.
Rad. *Irid. florentin.* Scrupul. 4.
Arcan. duplicat. Drachm. 1.
Alumin. crud. — *Myrrhae* ana Scrupul. 2.
Caryophyllor. aromaticor. Scrupul. 1.

Miſce, fiat Pulvis, pauco *Spiritu Vini* l. *Frumenti* l. *Cochleariae* irrorandus.

Detur in pyxidem.

VIS & USUS e titulo patent.

PVLVIS DENTIFRICIVS RVBER VOGLER.

Rec. *Laccae* globulatae rubrae Drachm. 3.
Rad. *Irid. florentin.* Drachm. 2.
Borac. venet. Drachm. 1.
Alum. crud. — *Myrrhae*
Flor. *Caſſiae* ana Scrupul. 2.

Miſce, fiat Pulvis, pauca *Aqua Roſar.* - *Naphae* - aut *Salviae* irrorandus. Detur in pyxidem.

VIS & USUS. Pulveres hi dentifricii iisdem gaudent Virtutibus ac Electuarium dentifricium; ideoque hic repetantur, quae de iſto in antecedentibus dicta ſunt. *Vogler.*

PVLVIS DIAPHORETICVS,
ſ. *alexiterius Dower.*

Rec. *Tartari vitriolat.* Unc. 4. & 1/2.
Opii puri - Rad. *Ipecacuanh.* pulver. ana Unc. 1/2
Miſce, fiat Pulvis ſubtilis diu terendo. Ph. *Edinb.*

VIS & USUS e nomine patent. — *Vim* ejus eximiam *diſcutientem* & *lenientem;* nec *vomendi* conatum; nec *vim narcoticam*, ſed potius blandam *diaphoreticam* obſervavi, uti alii plures, uti & *Baldinger*; inprimis quoque in malo *iſchiadico, Keupp.*

DOSIS Scrupul. 1/2. — 1.

OBS. 1) Alii ſuadent *Opii puri* Gran. 2. — Pulv. *Ipecacuanh.* Gran. 3. — Pulv. *Nitri* Scrupul. 1/2. — *Syrup. commun.* qu. ſuffic. ad *Bolum.*

OBS. 2) Ad Ph. *Suecic.* ſumuntur *Tartari vitriolati* ſ. *Alcali vegetabil. vitriolati* Drachm. 9. — *Ipecacuanh.* — *Opii* ana Drachm. 1. commiſceantur ad Pulverem; in cujus Gran. 11. ſunt *Opii* Gran. 1.

PVLVIS DIASENNÆ,
vide *Pulvis* e *Senna compoſitus purgans.*

PVLVIS DIGESTIVUS,
ſ. *abſorbens.* ſ. *incidens Stahl.*

Rec. *Cryſtallor. Tartari* Scrupul. 1.
Rad. *Ari* pulver. recent. Grana 10.
Miſce fiat Pulvis. *Mellin.*

Si loco *Cryſtallor. Tartar.* ſumuntur *Lapid. Cancror.* exhibet Pulv. *incidentem Stahl.*

VIS & USUS e nomine patent; ad *corrigendas acidas* cruditates, & *incidendas viſcidas* in primis viis.

DOSIS

DOSIS a Gran. 20—40.

OBS. 1) Ph. *Suecica* compoſitionem communicat Pulver. *digeſtivi laxantis* e *Sal. catharctic. Anglic.* — *Rhabarb.* ana partibus aequal. commiſcendis ad Pulverem. — Et ad Edit. novam ſuadet *Sal. catarctic. anglic.* Unc. 3. ad *Rhabarb.* Unc. 1.

Ph. *Brunſuicenſ.* compoſitio conſtat e *Sal. Sedlic.* Unc. 2. — *Nitr. depur.* — *Cremor. Tartar.* — *Pulv.* rad. *Ari* ana Unc. 1. — *Sal. Ammoniac.* depurat. Drachm. 6. Miſce, ut fiat Pulvis.

Ph. *Danica* & *Mellin*, ſuadent *Tartar. vitr.* Unc. 2. — *Conchar. citrat.* Unc. 1. — *Radic. Ari* Drachmas 2. Miſce in Pulverem tenuiſſimum; cui quidam addunt *Rhei elect.* Drachm. 2.

Ph. *Würtenb.* e *Conchis* praeparat. Unc. 1. — & *Tartar. vitriol.* Unc. 2. ad Pulv. miſcendum.

Ph. *Hamb.* & *Pragenſ.* e Rad. *Ari* praeparat. — *Sal. Ammon.* depur. ana Drachm. 3. — Flaved. Cort. *Aurant.* Drachm. 2. Miſce fiat Pulvis. *Doſis* Cochlear parvum.

Diſpenſat. *Fuldenſe* cupit *Tartar. tartariſat.* Drachm. 3. — *Nitri antimoniati* Drachm. 1. — *Tartar. emetic.* Gran. 1. ad Pulverem miſcendi aequalem, *virtute ſolvente - incidente - antacida* gaudentem.

OBS. 2) Rec. *Tartar. tartariſat.* Unc. 1/2. — *Rhabarb. rad. elect.* Drachm. 2. Miſce ad Pulverem ſubtilem bis, ter, in die Drachm. 1/2. ſumendi. *Schmuker.*

OBS. 3) *Pulvis digeſtivus - incidens Saunder* conſtat e *Magnes. Edinburg.* — *Tartar. tartariſat.* — *Sale Ammoniac.* depur. ana Unc. 1/2. — Pulv. Rad. *Ari* Drachm. 2. Miſce.

OBS. 4) *Pulvis digeſtivus* ad *quartanam Pharmacop. Hafniens.* ita praeparatur, Rec. *Cremor. Tartar.* Unc. 1. — *Sal. ammoniac.* Unc. 1/2. — Pulver. Rad. *Rhabarb.* elect. Drachm. 2. Miſce.

Et ejus Pulvis *febrifugus* ad *quartanas* ita ſonat. Rec. Pulver. Cortic. *Peruvian.* Unc. 1. — *Sal. ammoniac.* Drachm. 2. — Pulver Radic. *Rhabarb.* Drachm. 1. Miſce.

Pulvis digeſtivus Klein, Rec. Pulver. *flavedin. Cortic. aurantior.* — Rad. *Rhabarbar.* optim. — *Tartar. tartariſat.* ana Gran. 20. Miſce pro *Doſi.* — *Oleum Cajeput* pluries *Sacharo* pulveriſato ad Guttas 3—5. commiſcuit, *ſpasmis* & *flatibus* urgentibus, *Keup.*

Repetitus hujus pulveris *Uſus* permultis *hypochondriacorum* ſymptomatibus medetur teſte *Baldinger*; *bilem rancidam abſtergit*, & acidam *corrigit*, leniter purgat, *motum* reſtituit *periſtalticum.* *Keup.*

PVLVIS - ſ. SPECIES - DIATRAGACANTHÆ.

Rad. Gummi *Tragacanthae*, — Radic. *Altheae*, *Sachari albi* ana Unc. 2. Miſce fiat Pulvis. *Pider.*

VIS *involvens*, *demulcens.*

USUS ad *acres* & *ſalſos* humores *involvendos*, in *aſperitate*, *raucitate*, *arroſione* faucium, *dyſenteria*, *urinae ardore*; ad *corrigenda* alia remedia.

DOSIS ad Drachmas plures pro lubitu Pulvis hic lambitur.

PVLVIS DIATRION, vide *Pulvis Cornachinus*.

PVLVIS DISCVTIENS VOGLER.

1) Rec. *Sachar.* canar. Drachm. 7.

Nitr. depurat. Drachm. 2.

Magneſiae Salis amari Drachm. 1/2.
Extr. *Aconit.* Scrupul. 1.
Sulphur. Antimon. aurat. Scrupul. 1/2.
Miſce fiat *Pulvis.*

2) Rec. *Sachar. canar.* Drachm. 9.
Magnes. Sal. amar. Drachm. 1/2.
Extr. *Aconit.* Scrupul. 1.
Sulphur. *Antimon.* aurat. Scrupul. 1/2.
Miſce fiat Pulvis.

3) Rec. *Sachar. Lact.* optim. Unc. 1.
Flor. *Sulphur.* Scrupul. 4.
Magnes. Salis amar.
Extr. *Aconit.* ana Scrupul. 1.
Miſce fiat Pulvis.

USUS in affectibus *arthriticis* & rhevmaticis permultis, tam internis, quam externis, eventu laetiſſimo exhibui.

DOSIS. Cultri apice capiant adulti omni 3—4. horio Scrupul. circiter 1. — Drachm. 1. & 1/2. — Scrupul. 2. in Aquae Uncia 1. diſſolutos.

OBS. 1) In locum *Extract. Aconit.* pondus aequale Herbae *Aconiti* ſiccae & pulveratae, (Scrupulum ejus,) ſurrogari poteſt, & tunc remedium habemus prophylacticum, a D. *Buſch*, Raboldivillae medico, adverſus *haemoptyſin* & *phtiſin* celebratum. *Vogler.*

PVLVIS DYSENTERICVS.

Rec. *Rhabarb.* optim. Unc. 1.
Cornu Cervi uſti prpti. ſ. *Magneſiae* Unc. 1/2.
Gummi *Arabic.* Drachm. 3.

Cort. *Caſcar.* Drachm. 2. Miſce in pulv. ſubtil.

VIS & USUS e titulo, qua *adſtringens*, *tonicum* caute tamen in congruo ſtadio - & ſpecie *dyſenteriae*. *Spielmann.*

OBS. Ph. *Würt.* praeſcribit e Rad. *Contrayerv.* Unc. 1/2. — *Tormentill.* — *Cornu Cervi uſti* praeparat. ſ. *Magneſiae albae*, Drachm. 3. — Gummi *Arabici* — *Maſtiches* ana Drachm. 2. miſcendas ad Pulverem.

Ph. *Hamb.* & *Pragenſ.* communicant e Rad. *Arnic.* Drachm. 5. — Cortic. *Caſcarill.* — *Winteran.* ſ. *Canellae albae* ana Drachm. 1. & 1/2. Miſce fiat Pulvis.

Mellin ſuadet tantum Radic. *Ipecacuanh.* —*Rhab.* ana quant. plac. Miſce.

PVLVIS ECPHRACTICVS VOGLER.

Rec. *Tartar. vitriolat.* l. Arcan. duplic. puriſſim. Unc. 1/2.

Rad. *Rubiae tinctor.*

Sachar. canar. ana Drachm. 2.

Miſce fiat Pulvis.

DOSIS. Bis - ter de die cultri apice capiendus hic Pulvis, diuturniori uſu.

USUS. Infantibus *rhachiticis* & *atrophicis* ſumme proficuus eſt hicce Pulvis.

PVLVIS EXTRACTI SATVRNI,

vide *Saturnus Acetoſus.*

PVLVIS EVACVANS PVERORVM.

Rec. *Reſin. Jalapp.* Drachm. 3. cum

Amygdal. dulc. Drachm. 1. & 1/2. terantur ad Pulverem ſubtilem, quibus adde

Mercur. dulc Unc. 1.
Cinnabar. rectific. Drachm. 1. (qua ſuperfluum.)
Sachari albi Unc. 1. & 1/2. Miſce.

Drachm. 1. continet Grana 6. *Reſinae* & *Mercur. dulc.* Gran. 20.

VIS *evacuans*, *laxans*, *antiverminoſa*, *haemocatarαctica*. *Pfingſten.*

PVLVIS FVMALIS ORDINARIVS.

Rec. *Olibani* ſ. *Thuris*, — *Succini albi*,
Maſtiches ana Part. 3. — *Styr. calamit.* Part. 2.
Benzoes — *Ladani* ana Part. 1.

Miſce fiat *Pulvis* groſſus. Omiſſis *Olibano* & *Succino*, habetur *Pulvis fumalis nobilis*, cui, ſi cum floribus exigitur, adde ad Ph. *Roſſicam.*

Florum *Lavendul.* — *Roſar. rubrar.* ana Part. 1.

USUS ad *ſuffimenta*, *odore* grato ſuavi ſe commendans.

OBS. 1) Alii uti Ph. *Auſtriac.* addunt *Sandarac.* & flor. *Cyani*, qua ſuperflua.

OBS. 2) *Riemer* ſuadet *Baccar. Juniper.* — Gumm. *Maſtich.* — Raſur. *Succin.* ana Unc. 1. — *Cortic. Caſcarill.* Drachm. 2. fiat Pulvis groſſo modo.

PVLVIS GALACTOPOEVS ROSENSTEIN.

Rec. *Magneſiae albae* Unc. 1. — Flav. Cort. *Aurant.*
Semin. *Foeniculi dulc.* ana Drachm. 1.
Sachari albi Drachm. 2. Miſce fiat Pulvis.

VIS & USUS e titulo patet. *Mellin.*

Nutricibus ad aliquod *Cochlearia* parva in die datur, ad *Lac* augendum, ab *aciditate* eam defendendam, & praemuniendam, *alvumque* apertam ſimul retinendam, ventriculi vires conſervandas.

OBS. 1) Ph. *Brunſuic.* & *Danicae* compoſitio parum differt ratione Doſeos, *Magneſ. alb.* Unc. 1. — Semin. *Foenicul.* Unc. 1/2. — Flaved. Cortic. *Aurant.* — *Sachari albi* ana Drachm. 2. Miſce in Pulverem.

OBS. 2) Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet *Pulverem Nutric.* ſ. *Galactopoeum* e *Magnes. Salis catharctic.* Unc. 1. — *Flavedin. Cortic. aurantior.* — Semin. *Foeniculi* ana Drachm. 2. Miſcendi ad Pulverem, virtute *antacida, roborante* praeditum, chylificationem promoventem, & lac meliorantem; parvum Cochlear aliquoties per diem.

PVLVIS HÆMAGOGVS VOGLER.

Rec. Flor. *Sulphur.*

Rad. *Rub. tinctor.*

Arcan. duplic. l. *Nitri* depur.

Sachar. canar. ana Drachm. 2.

Miſce fiat Pulvis.

USUS. Feminis ac puellis, quibus ex cauſis praeternaturalibus *Catamenia* non recte *fluunt*, vel plane deficiunt, & inde *languorem - lumborum artuumque dolorem*, *phlogoſin*, *anarrhopiam*, reſpirationem impeditam, *cordis palpitationem*, *tuſſim cophalalgiam*, ventriculi *inflationem*, *nauſeam*, *vomitus*, *cardialgiam*, dolores *colicos* &c. ſentiunt, feliciter adhibetur, una cum ſanguinis miſſione ex talo, additur quoque Aquis ſoteriis mineralibus, pediluviis & balneis tepidis &c.

DOSIS efficacem & ſecurum hunc Pulverem cultri apice bis- ter aut quater de die ex Aqua ſufficiente capiant aegrotae. *Vogler.*

PVLVIS HYPNOTICVS,
vide *Aethiops narcoticus.*

PVLVIS JALAPPÆ COMPOSITVS.

Rec. *Radic. Jalappae* — *Gentianae* rubr. ana Unc. 1.
Salis catharctic. anglic. Unc. 2.
Commiſce probe. *Ph. Suecic.* Edit. nova.

OBS. 1) Pulvis radicis *Jalappae compoſitus* Ph. *Roſſicae* conſtat. e Rad. *Jalapp.* — *Tartar.* depurat. ana partib. aequalib. Miſce accurate ad Pulverem aequalem.

PVLVIS INCIDENS STAHL,
vide *Pulvis digeſtivus.*

PVLVIS INCRASSANS.

Rec. Rad. *Altheae* — Gumm. *Arabic.*
Sanguin. *Dracon.* — *Liquirit.* ana part. aequal.
Miſce ad Pulverem.

VIS *involvens.*

USUS ad *haemoptyſin*, *urinam* acrem ejusque ardorem. *Pfingſten.*

PVLVIS INFANTVM.

Rec. *Magnes. alb.* Unc. 1. — Sem. *Foenic.* Drachm. 1.
Sachari canarienſ. Unc. 1/2. Miſce fiat Pulvis.

VIS *abſorbens*, *carminativa*, *ſtomachica.*

USUS ad *infantum dolores ventris*, loco tam noxiorum opiatorum l. aliorum inanium remediorum; ad *tormina*; ad *acidum primarum* viarum involvendum; *Plura* vide *Magneſia.* *Piderit.*

DOSIS Grana 6 — 15. Cochleare minus, ter quaterve in die.

OBS. 1) *Pulvis infantum temperans - abſorbens - re-*

ſolvens - pectoralis - anodynus - diaphoreticus, cum Magneſia *laxans*. *R*... conſt. e *Magneſ. alb.* ſimpl. Drachm. 6. — Rad. *Irid. flor.* — Semin. *Anis* ana Drachm. 2. — *Croc.* — *Sulph. crud.* ana Drachm. 1. — *Sachar. canar.* Drachmis 2. Miſce in Pulverem. *Doſis* a Gran. 20-40.

OBS. 2) Ad Pharm. *Auſtriac.* ſumuntur *Magneſiae albae* — *Lapidum Cancrorum* ana Drachm. 6. — Rad. *Altheae* Drachm. 3. — Semin *Aniſi* — *Foeniculi* ana Drachm. 1. & 1/2. — *Croci* Scrup. 2. — *Sachari* Unc. 1/2. Miſce fiat Pulvis.

Ph. *Suecica* praeſcribit tantum *Magneſ. alb.* Unc. 1. — *Rhabarb.* Drachm. 1. Miſcendi ad Pulverem.

Mellin commendat *Lapid. Cancror. pptor.* vel *Magneſ. alb.* Unc. 2. — *Cinnamomi* Drachm. 1/2. Miſce fiat Pulvis.

Uti *Diſpenſator. Fuldenſe* cupit *Magneſ. Sal. catharctic.* Unc. 1. & 1/2. — *Sachar.* alb. Unc. 1. — *Cortic. Cinnamom.* Drachm. 1. Miſcendi accurate.

PVLVIS LAXATIVUS VEGETABILIS.

Rec. *Pulver. Radic. Jalapp.* Unc. 2.

— *Reſin. Jalapp.* Drachm. 3. & Gran. 12.

Cremor. Tartar. Unc. 2.

Scammonei aleppenſ. Drachm. 2. & 1/2.

Pulver. Cinnamom. Drachm. 1. & 1/2.

VIS & USUS e nomine patent, quibusdam eſt valde *draſticum*. Ph. *Brunſuicenſ.*

OBS. 1) Ph. *Danica* & *Auſtriaca* praeſcribunt ſub nomine *Pulver. Purgantis*, Rad. *Jalapp.* Unc. 3. — *Tartar. vitriol.* Unc. 1. & 1/2. —

Olei Aniſi l. *Menth. piperitid.* Drachm. 1/2. ad Pulverem miſcendas.

OBS. 2) *Pulvis laxans* & in majori *Doſi purgans.* Rec. Pulver. Rad. *Jalappae* Drachm. 1/2. — *Cremor. Tartari* Scrupul. 1. Miſce fiat Pulvis pro una Doſi. *Mellin - Guy.*

OBS. 3) *Pulvis purgans* Diſpenſat. *Fuldenſ.* paratur e Pulver. radic. *Jalappae* Drachm. 1/2. — *Cryſtallor. Tartar.* Scrupul. 1. miſcendi ad Pulverem, *Doſis* unica pro adulto.

PVLVIS LENITIVUS TARTARISATVS.

Rec. *Cremor Tartari,*

Fol. Sennae electt. ana Unc. 2.

Cinnamom. — *Sem. Aniſi*,

Sem. Foenicul. ana Drachm. 5.

Miſce ad Pulverem, cum *Sacharo* pro lubitu edulcorandum.

VIS *diſcutiens, reſolvens, aperiens, carminativa, laxans* leniter. *Pfingſten.*

PVLVIS LIMONADE.

Rec. *Sachari albi* Unc. 8 — 9. quibus

Flavedo Cortic. 4. *Citri* fricatur, ad Pulverem ſubtilem redigitur tum, &

Succus e *Malis Citri* 4. inprimitur, maſſa haec leni calore fornacis l. ſolis ita exſiccatur, ut ad Pulverem ſubtilem poſſit redigi. Cui Pulveri miſcentur,

Cremoris Tartari l. *Salis eſſential. Tartari* Unc. 4—6.

Fiant perfecta mixtione Pulvis in vitro ſervandus. *Elwert.* & *Diſpenſat. Fuldenſ.*

VIS *temperans*, *refrigerans*, *analeptica*, *reficiens*; leniter *diuretica, laxans, ſitim ſedans*; *antalcalina.*

USUS. Pro potu ſuavi in calore nimio dierum aeſtivalium: in *orgaſmo-plethora* nimia ſanguinis; in affectibus *febrilibus*. Datur in ſufficiente Aqua, ut gratus ſit potus. *Ehvert.*

DOSIS quotidie ad Unc. 1. in *Aqua fontana.*

OBS. 1) Alia formula mere *temperans* eſt, ſi *Elaeoſachari* Unc. 2. & 1/2. fricatione *Sachari* cum Flaved. Cortic. *Citri* acquiſiti, cum *Sal. Acetoſell.* Scrupul. 2. miſcentur, de quo tot Cochlearia parva in *Aqua fontana* ſolvuntur, ac ſufficiunt ad gratum & ſuaveolentem ſaporem. Aliae praeſcriptiones *Elaeoſacharo* additis *Nitri*, *Salis Tartari* qu. determinata, ſunt partim incongruae, nec tam exoptati effectus.

OBS. 2) Alii uti *Delius* ſub nomine *Cryſtalli Tartari citrati cum Sacharo*, Pulverem hunc redigunt.

OBS. 3) Alii ſumunt *Cremor. Tartar.* — *Elaeoſach. Citri* partes aequales.

OBS. 4) *Pulvis Limonade Febure*, Rec. Sal. eſſential. *Acetoſae* Unc. 1. — *Sachar. albi* pulveriſat. Unc. 4. — *Olei eſſential. Citri* Gutt. 2. Miſce fiat Pulvis.

DOSIS. Hujus Pulveris Unc. 1. ſolve in Menſur. 1/2. *Aquae commun.* quod exhibet Pulverem Limonade extemporaneum, conveniens plenarie praeparato Pulveri Limonade cum *Succo Citri*, & commode poteſt ubivis transportari, & ſubito praeparari.

OBS. 5) Quidam commendant tantum ad Pulveres *Limonade*, levioris ſolutionis praeparationem, *Sal. eſſential. Tartari* Unc. 1. teren-

di cum Unc. 8. *Sachari albi*, in quibus antea *Albumen Cortic. Citri* defricatum eſt.

Quidam miſcent *Sal. Acetoſell.* Drachm. 1/2. — *Elaeoſach. Citri* Drachm. 12. ſolvunt in *Aqu. commun.* Menſur. 1/2. vel in *Aqu. commun.* & *Vini* ana Unc. 12. ad Potum ſuavem *Limonade.*

OBS. 6) *Piepenbring Pulvis Limonade* ad Pharmacop. *Suecicae* praeſcriptionem ob peculiarem ejus Uſum tam in medicina, quam in primis mari vehentibus perplacet, ſi ex eſſentiali acido Tartari & Sacharo conſtant, non tam amoenum vero ſaporem continet, uti Pulvis Limonade Citri, qui multo ſuavior acquiritur, ſi acidum Tartari eſſentiale non ab acido Vitrioli erat liberum.

Hancce hinc communicat compoſitionem *Pulveris Limonade*, quoad ſaporem plane analogum Pulveri conſueto Limonade, & hinc quovis alio palmam praeripit. — Miſcentur nempe accurate *Succi Citri* Unc. 2. — *Sachari* Unc. 6. & *Vini* boni Unc. 8. leni igne ad ſiccitatem evaporantur. Pulveriſatur tum haec Maſſa Limonade Pulveris, & miſcetur tum ea cum *Sachari* Unc. 2. antea tritis flavedine Citri recentis. Pulvis hicce dein probe aſſervandus eſt in vitro probe clauſo, ab aëris influxu, a quo alias brevi tempore humectatur. *Piepenbring.*

PVLVIS MANVALIS.

Rec. *Amygdal. amarar.* excorticat. Unc. 48.
Farin. Oriz. Unc. 26. — Pulv. Rad. *Irid. Florent.*
Cret. praeparat. ana Unc. 2.

Farin. Fabar. Unc. 12. — *Sal. Tartar.* Unc. 1.
Olei Jasminni Unc. 12.
— *Lign. Rhodii* Drachm. 1/2. Miſce.

VIS *coſmetica.* *Plenck.* Ph. *Brunſ.*

USUS ad manuum aliarumque partium ſordidarum *lavacra.*

OBS. Ph *Würtenb.* addit. *Benzoes,* — *Spermaceti* ana Unc. 1. — *Olei Lavend.* — *Caryophyll.* Gutt. 30. Miſce.

PVLVIS NITROSVS, vide *Pulvis antifebrilis.*

PVLVIS PAREGORICVS VOGLER.

Rec. *Amyli* Scrupul. 4.
Maſtich. elect. Scrupul. 2.
Extr. *Opii* ſ. *Opii* crud. Gran. 2.
Miſce fiat Pulvis.

USUS. Eſt ſuccedaneum Mixturae paregoricae Opiatae, quo caute & opportune adhibito, aptius & praeſtantius, quam Theriaca, Diaſcordio aliisque Opiatis inepte compoſitis, in *dyſenteria catarrhali* & *rhevmatica*, praeſertim ſi morbus l. ſolito gravior & pertinacior exiſtit, l. medicamentorum congruorum neglectu, l. prout frequenti experientia didici, *purgantium* uſu exaſperatus fuit, *alvi dejectiones* nimiae, aegrotos complures male multantes, & *lienteria*, *coeliaca*, *hydrope*, *tabe* &c. demum fatales, coërceri poſſunt ac debent, praemiſſis aliis, v. c. *Mixtura* mea *antidyſenterica* &c. inquit *Vogler.*

DOSIS. Bis, ter aut quater de die capiant aegroti cultri apice Scrupulum circiter 1. l. 1/2. pro

cujuscunque nempe aetatis menſura, ac modulo & circumſtantiarum ratione.

PVLVIS PLVNKETI AD CANCRVM.

Rec. Folior. *Ranuncul.* flammei Manipul. 2.
Herbae *Cotulae foetid.* Manipul. 1.
Arſenici albi Drachm. 2.
Flor. *Sulphur.* Drachm. 1. Miſce in Pulverem.

USUS ad ſummum *cancri dolorem* conſumendum, qua ſpecificum laudatum eſt. Cum *albumine Ovi* paſtam exhibet, quae *ulceri* impoſita & veſica bene firmata, per 24—48. horas relinqui debet. *Arſenicum* in eo contentum, valde cautum ſemper requirit uſum, hinc ulterioribus experimentis *uſus* ejus eſt confirmandus. *Pulvis Flammulae Jovis* pro *cauſtico* ad *cancrum* tutius interne adhibetur. *Plenck.*

PVLVIS POLYCHRESTVS.

Rec. *Nitri* depur. Unc. 6.
Tartar. tartariſat. Unc. 18.
Rhabarb. el. Unc. 9. Miſce fiat Pulvis.

VIS & USUS e titulo patent; *laxans* ſimul leniter cum effectu *temperante.*

PVLVIS PVERORVM CITRINVS
Piepenbring.

Rec. *Magneſiae* calcinatae.
Radic. *Irid. florentin.* ana Unc. 1/2.
Sachar. raffinati Unc. 1.
Croci Drachm. 1.
Miſce a Pulverem ſubtilem.

DOSIS Grana 10—20—30.

VIS *acidum* inprimis *involvens - reſolvens - diſcutiens* leniter - *anodyna.*

USUM ejus inprimis commendat infantibus adhuc lactantibus - nimis inquietis *Piepenbring.*

PVLVIS PVRIFICANS KÆMPF.

Rec. *Antimonii crudi* pulverat. Unc. 1/2.

Magneſiae albae Drachm. 1.

Sachari canarienſ. Drachm. 5.

Flor. *Caſſiae* Drachm. 1/2.

VIS *purificans*, *diaphoretica*, *abſorbens*, *acidum involvens.*

USUS *acidorum* humorum in ventriculo contentorum acrimoniam involvendam, abſorbendam.

Plura vide *Antimonium* crudum praeparatum.

DOSIS a Drachma 1/2. ad unam. *Piderit.*

PVLVIS PVRIFICANS VOGLER.

Rec. *Antimonii* crudi alcoholiſat. Unc. 1/2.

Magneſiae Nitri optim. Drachm. 1.

Sachar. canarienſ. Drachm. 5.

Miſce fiat Pulvis.

USUS. *Reſolvit, tranſpirationem* auget, acrimoniam humorum corrigit, ſanguinem purificat. Foedas *faciei exulcerationes*, *ſcabiem*, aliaque *exanthemata* chronica celerrime ſaepius perſanat. Adverſus *achores & favos infantum* ac puerorum, *tineam & lichenes*, *ophthalmias* acres, arthritidem & *ſcorphulas* efficax remedium ſiſtit. — Sanguinis fluxiones naturales, praeſertim *narium haemorrhagiam*, nec non *diarrhoeam* uſum ejus ſecutam; non raro obſervavi contendit *Vogler.*

Morſulis antimonialibus Kunkel hactenus uſualibus majori efficacia, ſecuritate, & utilitate pollet. Illi enim nimia copia Sachari ſcatent, pretioſiores ſunt, & ſubinde vomitus creant. Hic Pulvis autem compendioſior, minus pretioſus, leviori opera & e veſtigio parandus.

Magneſia ingrediens *acidum* in primis viis *exſtinguit*, *nauſeam* & *vomitum arcet*, & particularum Antimonii extractionem juvat.

DOSIS. Capiantur quarta vel quinta quavis hora Cochlearia aliquot minora, qualia potui Theae & Coffeae adhibentur.

Verum absque vehiculo, ſiccus & nulla prius Aqua dilutus ingeratur Pulvis, ob particulas Antimonii ponderoſas & celerrime ſubſidentes. —Gratiorem cupientibus pulveratorum Florum *Caſſiae* Scrupul. 1/2. adjeci; *Vis* ejus *purificans* additis Granis 10. —*Mercurii dulcis*; *Vis antarthritica* totidem Granis *Extracti* l. Pulveris Herbae *Aconiti* mirum quantum augetur. *Vogler.*

PVLVIS PVRGANS HEROLD.

Rec. Pulver. Rad. *Jalappae* Unc. 1 & 1/2.
— *Scammonei* electi Drachm. 2.
— *Tartari vitriolat.* Unc. 1/2. Miſce probe.

VIS & USUS e titulo, *Doſis* adulto Scrupul. 2.

PVLVIS REFRIGERANS.

vide *Pulvis temperans.*

PVLVIS SACHARATVS MYRRHÆ KEVP.

Rec. Extract. *Myrrhae* aquoſ. Drachm. 1.
Sachari canarienſ. Unc. 2.
Miſce fiat Pulvis.

VIS eximie *pectoralis* & vere *balſamica.*
DOSIS Gran. 20—30. quater de die.

PVLVIS SEDATIVUS SVECORVM, ſ. *antiſpaſmodicus - temperans, Roſenſtein.*

Rec. *Opii* Scrupul. 1/2.
Nitri depurat. Scrupul. 5. & 1/2.
Sachari albiſſimi Unc. 1. Commiſce ad Pulverem exacte homogeneum, in cujus Drachm. 1. ſunt *Opii* Gran. 1. Ph. *Suecica.*

VIS & USUS e nomine patent. *Spielmann.*

OBS. 1) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet *Sachar.* alb. Drachm. 2. — *Nitri* depurat. Drachm. 4. — *Opii* thebaic. Gran. 16. commiſcendi exacte, & adhibendi a Drachm. 1/2. — 1.

PVLVIS SEDATIVUS VOGLER.

Rec. *Sachar. Lactis* l. canar. Drachm. 6. cum 1/2.
Magneſ. Sal. amar. Drachm. 1.
Flor. *Zinci* rite parat.
Extract. *Hyoſciam.* ana Scrupul. 1.
Miſce fiat Pulvis.

USUS. In *epilepſia*, *chorea ſancti Viti*, *emproſthotano - opiſthotano*, *tetano*, *ſpaſmo cynico*, *riſu ſardonio*, aliisque *nervorum morbis* gravioribus *chronicis*, non raro magis, quam ulla media profuit.

DOSIS. Omni quadrihorio praebeantur, aegrotis pro diverſa aetate Grana circiter 5 - 10 - 20 - 30. Lacte l. Aqua ſufficiente permiſta.

Quovis etiam *Spiritu* Salis ammoniaci & Sale volatili oleoſo, aegrotorum naribus admoto, illico ſaepius praedictos nervorum affectus, ſed non conſtanter diſpelli inquit *Vogler.*

PVL-

PVLVIS SQVILLÆ COMPOSITVS.

Rec. Radic. *Squillae* recent. praeparat. Drachm. 1.
— *Vincetoxici* Drachm. 6.
Nitri depur. Unc. 1. Miſce fiat Pulvis.

VIS *diuretica*, *reſolvens*, *diſcutiens*. Ph. *Danica*.

USUS *Pulveris* hujus, ab *Helmontio*, *Stahlio*, jam laudati confert in *catarrho ſuffocativo*, in *aſthmate* tam *humido* quam *ſpaſmodico*, in *cachexia*; *obſtructionibus viſcerum*; & inde ortis morbis *leucophlegmaticis*, *oedematoſis*, & *hydropicis*. In vitiis primarum viarum *diureticum*; in *nephritide*, *iſchuria* perutile. *Piderit.*

In morbis *aſthmaticis* ad Scrup. 1. pro Doſi. *Spielm.*

Plura vide *Acetum ſquilliticum*.

DOSIS in initio in minori Doſi, ne vomitum excitet Squilla a Gran. 4 — 6 — 20 — 30. in Pilulis.

OBS. 1) *Squillae* Pulvis ſi *ventriculum* irritaret, *Camphora*, l. *Opium* additum multum levat.

OBS. 2) Ph. *Brunſuic.* ſuadet tantum Rad. *Squill. recent.* Unc. 12. in mortario marmoreo, piſtillo ligneo in pultem ut contundetur, & cum Pulvere Radic. *Vincetoxic.* ſ. *Hirundinar.* ſiccat. & recens pulveriſat. impaſtetur maſſa, leni calore exſiccata, denuo tum pulveriſetur.

Ph. *Danica* praeſcribit partes aequales. — *Keup* vero *Squill.* Unc. 12. ad Rad. *Vincetox.* Unc. 4.

OBS. 3) *Mellin* ſuadet tantum Radic. *Squillae* ſiccae Drachm. 1/2. — Cortic. *Cinnamom.* Unc. 1/2. Miſce exacte ut fiat cum l. ſine *Sachari* qu. ſuffic. Pulvis.

PVLVIS e SENNA COMPOSITVS-PVRGANS ſ. *Pulvis Diaſennae.*

Rec. Fol. *Sennae* — *Cryſtall. Tartari* ana Unc. 2.

Scammonii Unc. 1/2. -- *Caryophyll. aromaticorum*, *Cinnamomi* -- *Zingiberis*, ana Drachm. 2.

Scammonium per ſe, caetera ſimul in Pulverem rediguntur, dein miſcentur.

Grana 21. continent *Sennae* Gran. 8. — *Cryſtallor. Tartari* Gran. 8. *Scammon.* Gran. 2. Ph. *Lond.*

VIS & USUS e nomine patent.

OBS. Ph. *Suecica* ſuadet *Fol. Sennae* Unc. 2. — *Scammon. aleppenſ.* Unc. 1. — *Cremor. Tartar.* Unc. 4. commiſcend. in Pulverem, in cujus Gran. 42. ſunt *Sennae* Gran. 12. — *Scamm.* Gran. 6.

PVLVIS AD STRVMAS.

Rec. Pulver. *Spongiar. toſtar.*
Milleped. praeparat. ana Unc. 1/2.
Nitri depur. — *Muſci corallin.* ana Drachm. 2.
Sachari canarienſ. Unc. 1/2.

Miſce fiat Pulvis. Ph. *Brunſuicenſ.*

VIS & USUS e nomine patent; qua *adſtringens* in *ſtruma* nondum indurata, *diureticum* ad Gran. 10 — 30. cum *Sacharo* l. cum *Syrupo*, praemiſſo *laxante.*

OBS. Ad Ph. *Würtenb.* ſumuntur *Spong. combuſt.* Unc. 9. — *Arcan. duplicat.* Unc. 2. — Rad. *Vincetoxic.* Unc. 1. — *Cinamom.* Drachm. 2. pulveriſata miſcendi.

PVLVIS STERNVTATOR. ſ. CEPHALICVS.

Rec. Herbae *Majoran.* — Flor. *Lavend.* ana Unc. 1. Folior *Nicotianae.* Miſce fiat Pulvis. *Piderit.*

VIS *errhina*, *reſolvens.*

USUS in *congeſtionibus* humorum pituitoſorum ad

caput; & in morbis a lenta & tenaci pituita in capite haerente, uti in *vertigine*, *cephalalgia*, *oculis hebeſcentibus*, &c.

Ad *mucum* & pituitam e naribus eliciendam, in morbis ſinuum pituitoſorum. Ad *irritandum* corpus, ejiciendum heterogeneum e cavo laryngis l. tracheae.

OBS. 1) In *plethora* jam praeſente, in proclivitate ad morbos *apoplecticos*, in inſigni *nervorum* irritabilitate, uti in *gravidis*, *haemoptyicis* ſemper *nocet.*

OBS. 2) *Mellin* commendat miſcelam, vel e Folior. *Lavendulae* — *Majoranae* — Rad. *Ellebori albi* — *Sachari* puriſſim. ana quant. plac. *Pulveririſet.* ſubtiliſſ. cui pro lubitu addi poſſunt *Olei Aniſi* Guttae aliquot, l. *Moſchi* Grana quaedam. —Fol. *Majoran.* — *Salviae* — Flor. *Lavend.* — *Lilior. convall.* — *Sachar. canar.* ana Scrupul. 1. — *Olei Major.* Gutt. 4. commiſcendi ad Pulverem ſubtiliſſimum.

OBS. 3) Ph. *Edinburg.* vero e Fol. *Aſari* Unc. 3. — *Majoran.* Unc. 1. ad Pulverem commiſcendi ſubtilem.

Ph. *Danica* habet Fol. ſiccat. *Aſari* — *Majoran.* — *Mari* — Flor. ſiccator. *Lavend.* ana partes aequales, in pulverem contuſos.

OBS. 4) *Plenck* commendat e Fol. ſiccat. *Aſari* — *Majoran.* — *Mari ſyriac.* — Flor. ſiccator. *Lavendul.* ana partes aequales, conterendi in Pulverem.

Diſpenſat. Fuldenſe cupit Folior. *Aſari.* Unc. 1. & 1/2. — *Majoran.* Unc. 1/2. — *Mari veri* Drachm. 2. commiſcend. ad Pulver. aequalem.

Saunder Pulvis *ſternutatorius* conſtat ex *Aſari* — *Hellebor.* alb. ana Scrupul. 1. Miſce.

Ph. Suecica ſuadet fol. *Aſari* — fol. Herb. *Majoran.* —flor. *Convallar.* major ana partes aequales, miſcendi accurate ad *Pulverem ſuavem ſternutatorium.*

OBS. 5) *Eſſich* commendat *Herbae Majoran.* — *Flor. Liliorum convallium* — *Cubebar.* — *Sachari canar.* ana Drachm. 3 Miſce tere ad Pulverem ſubtilem. Cujus *Uſum* commendat in *coryza chronica*, inprimis juncta *cephalalgia*, a muco indurato in ſinubus frontalibus, aliquoties in die, praemiſſis vaporibus decocti Herbarum calidi, quo ſternutatio excitatur fortis, & mucus induratus quaſi excernitur e naribus cum dolorum imminutione. *Eſſich.*

PVLVIS STOMACHICVS BIRCKMANN.
ſ. *Radicis Ari compoſitus.*

Rec. Rad. *Ari ppti* Drachm. 2. — *Calami aromatici*, *Pimpinellae albae* ana Drachm. 3.
Tart. vitriol. Drachm. 2. —Flor. *Caſſiae* Drachm 1.
Miſce fiat Pulvis. *Piderit.* Ph. *Suecica.*

Sacharo pro lubitu addito edulcor. poteſt Pulvis.

VIS *digeſtica*, *incidens mucum*, *reſolvens*, *ſtimulans*, *carminativa*, *ſtomachica.*

USUS in turbata *digeſtione*, in *ventriculi* debilitate, *cruditatibus*, *anorexia*, *dyſpepſia*, *febrib. intermittentib.* - in affectibus *pectoris pituitoſis* - *hypochondriacis*; in *flatulentia* & *debilitate inteſtinorum*; in morbis a *viſcido* oriundis, *cachexia.*

DOSIS a Drachm. 1 - 2. ter quaterve in die *Bagliv.*

Ad Drachm. 5. vel per ſe l. cum aequali *Sachari* pondere, inſtar *Trageae*, poſt paſtum.

OBS. 1) Alii uti Ph. *Auſtr.* & *Spielmann.* ſuadent ut addentur *Lapides cancrorum*, & loco Flor. *Caſſ.* de *Cinnamom.* pondus appropriatum: & *Sal. Abſynthii* — *Juniperi*, atque *Sach. Roſati.*

Ph. *Herbipolitan.* praeſcrib. e Pulv. Rad. *Columb.* — *Elaeoſachar. Cinnamom.* part. aequalib. pulverem *ſtomachicum.*

Ph. *Danica* vero *Pulver. ſtomachic. Birckmann.* communicat e Rad. *Ari prpti* Unc. 2. — *Calami aromat.* — *Pimpin. alb.* ana Unc. 1. — *Lapid. cancror. prpt.* Unc. 1/2. — *Cinnamom.* Drachm. 3. — *Salis Abſynthii* Drachm. 2. Miſceantur ut fiat Pulvis.

Pulvis ſtomachicus Diſpenſat. *Fuldenſis* conſtat e Pulver. radic. *Ari* — *Calami aromatic.* ana Drachm. 3. — *Canellae* albae Drachm. 2. miſcendi ad pulverem, qui pro lubitu Sacharo edulcoratur, *virtutem ſtimulantem - incidentem calefacientem* & *carminativam* exſerentem, a Granis 20 — 30. pro *Doſi.*

OBS. 2) *Pulvis ſtomachicus externus Eſſich* conſtat ex *Olibani* Unc. 1/2. — *Maſtich.* — *Cinnamom.* — *Caryophyllor.* — *Nuc. Moſchatae* ana Drachmis 3. Miſce ad Pulverem, externo uſui inſpergendum *Cruſtae Panis*, — *Aqua Arquebuſade* madefactae, involutae dein in linteo, ventriculo imponendi.

OBS. 3) *Ph. Suecicae* nova Editio ſuadet Radic. *Ari* Drachm. 2. — *Calam. vulgar.* — *Pimpinell.* ana Drachm. 1. — *Canellae* Drachm. 1/2. — *Alkali* Herbarum fixi Scrupul. 1. commixta vaſe bene clauſo ſerventur probe.

PVLVIS TEMPERANS-REFRIGERANS *nitroſus & antifebrilis.*

Rec. *Nitri depur.* Unc. 3. —*Sal. Acetoſ.* eſſent. Unc. 1.
Elaeoſachar. Citri ſ. *Sachari* albiſſimi, Unc. 10.
Miſce fiat Pulvis. *Roſenſtein.*

VIS *temperans, antifebrilis, ſitim ſedans, antibilioſa,* in omnibus *animi* vehementioribus *affectibus.*

USUS in *aeſtu & circulo nimio* humorum & ſanguinis, tam *denſi* & *rarefacti;* in *cephalalgia, palpitatione cordis*, in ſomno interrupto a nimio aeſtu; in *febribus acutis*, ubi *alvus* leniter eſt ſtimulanda; ad *vitioſos* humores in primis viis corrigendos.

Terrorem qui paſſi ſunt non convenit; uti & in nimia copia, & diu nocet ventriculo.

DOSIS a Gran. 20 - 30 - 60. pro Doſi; aut Cochlearia 1 - 2. minora.

OBS. 1) *Pulvis temperans Unzeri* conſtat e *Tartari vitriol.* — *Nitri depur.* —*Lapid. cancror.* praeparat. ana part. aequal. ad Pulverem miſcendis; ad *orgaſmum ſanguinis* & *acrimoniam acidam* tollendam. *Spielmann.*

OBS. 2) *Pulveris temperantis* variae exſtant caeterum compoſitiones ſimplices e *Nitri depurat.* —*Tartar. vitriolat.* ana Unc. 1. —*Pulver. Diatragacanthae* Drachm. 2. Miſce fiat ad Pulverem. *Piderit.*

Ad Ph. *Auſtriac.* miſcentur tantum *Nitri depurat.* Unc. 1. cum *Lapid. cancror.* Unc. 3. ad Pulverem ſubtilem.

Ad *Mellin. Cremor. Tartar.* — *Nitri depurat.* — *Lapid. cancror.* l. *Magneſ. albae* ana Drachm.

1/2. ad Pulverem miſcend. cui pro lubitu addi poſſunt *Sulphur. aurat. Antimon.* Grana quaedam.

Ad Ph. *Herbipolit.* conſtat e Flor. *Chamomill.* Unc. 1/2. — *Sale Ammoniac. martial.* — *Lign. Quaſſ.* ana Drachm. 2. pulveriſat. ſubtiliter.

Ad Ph. *Brunſuic.* e *Magneſ. alb.* — *Cremor. Tartar.* — *Nitri cryſtalliſat.* puriſſ. ana Unc. 4.

Miſce, ut fiat Pulvis.

Ph. *Danicae Pulvis refrigerans* conſtat e *Nitri depurat.* Drachm. 7. — *Cryſtall. Tartari* Drachm. 4. — *Elaeoſachari Citri* e corticibus Drachm. 15. Miſce in Pulverem.

Pulvis autem ejus *temperans* e *Lapid. cancror. citrat.* Unc. 4. — *Arcani duplic.* Unc. 2. cum dimid. — *Nitri depurat.* Drachm. 8. — *Cinnabar. Antimon.* Unc. 1/2. Miſce in Pulverem.

OBS. 3) *Pulvis refrigerans Suecorum* conſtat vero e *Sali eſſentiali Tartari* Unc. 1/2. — *Sachari albiſſ.* Unc. 6. — Quintae *Eſſentiae Citri* Gutt. 6. Miſce fiat Pulvis.

USUS *Pulveris* hujus Unc. 1. — *Aquae* Unc. 144. diſſolvenda *Limonada* e tempore paratur.

OBS. 4) *Diſpenſat. Fuldenſe* cupit Pulver. *Cryſtallor. Tartari* Unc. 2. — *Nitri depurat.* Unc. 1. — *Sal. ſedativ. Homberg.* Unc. 1/2. Miſce ad pulverem homogeneum, *refrigerantem - antiſpaſmodicum - orgaſmum temperantem* pro *Doſi* Scrupul. 1 - 2.

Riemer cupit tantum *Nitr. depurat.* — *Cremor. Tartar.* ana Scrupul. 1. Miſce, detur pro Doſi omni trihorio.

OBS. 5) *Piepenbring.* in Parte 2. communicat. Pul-

verem *temperantem* correctum ex *Acidi Tartari* cryſtalliſat. Unc. 1/2. — *Nitr.* depur. Unc. 1. — *Sachari Lactis* Unc. 1. & 1/2. Miſcendi ad Pulverem ſubtilem, ad *Zobels* obſervata inprimis convenientem in *febribus putridis*, *bilioſis* & *convulſivis*, anteponendum longe pulveribus aliis conſuetis temperantibus. — Optimum eſt remedium *aeſtum febrilem* ſuperfluum ſubito & ſecure imminuendi. — Confert in Doſibus majoribus ad Drachmas aliquot, & exſerit effectum optimum *aeſtum lenientem* & *reſolventem*, hinc confert quoque eximie in *febribus catarrhalibus* - in *angina*, & in aliis *catarrhis epidemicis*, teſtimonio *Piepenbring*.

In Parte 3. commendat *Piepenbring Pulverem refrigerantem* Pharm. *Suecicae*, & anteponendam eſſe putat propriae ſuae praeſcriptioni in Parte 2. commendata, qua in aëre libero melioris conſervationis & longioris, & levioris quoque praeparationis. — Praeſcriptio Pharmacop. *Suecicae* ita ſonat. Rec. *Acidi Tartari* eſſential. Unc. 1/2. — Pulver *Sachar.* raffinat. Unc. 6. — *Olei Cortic. Citri* Guttas 3. Miſce accurate.

Si vero *Acidi Tartari* puri quant. plac. miſcetur *Sachari* Unc. 3. — *Cortic. Citri* recent. prius affrictis: acquiritur tum hoc modo tam leviter praeparatus - valde ſapidus Pulvis *Limonade*, cuivis perplacens *Piepenbring*.

OBS. 6) Quidam ſuadent ad Pulveris *temperantis* compoſitionem, hancce tantum ſimplicem e *Sale Seignet. polychreſto*, (conſtante e *Soda hiſpanica* Unc. 1/2. & *Cryſtall. Tartari* ſ. *Cremore Tartar.*) — *Nitro depurat.* Unc. 1/2. —

Ocul. Cancror. Unc. 1/2. miſcend. ad Pulverem aequalem, pro *Doſi* Grana 20 — 30. bis - ter in die.

PVLVIS TVNCHINENSIS,

ſ. *Pulv. Alexipharmac. ſinicus*, ſ. *antilyſſicus Londin.*

Rec. *Moſchi optimi* Gran. 16.
Pulver. Rad. *Valerian. ſylveſtr.* Scrupul. 1-
Camphor. Gran. 6. Miſce fiat Pulvis.

VIS ob *Moſchum* valde *penetrans*, *circulum ſanguinis* cito & eximie *augens*, *irritans*, *reſolvens*, *diaphoretica*, *roborans*, *nervina*, *antiſpaſmodica*, *anodyna*; ad corporis *peripheriam* materiam morbi *ducens*, *ſanguinis profluvia pellens*, *venereos excitans* appetitus. Ph. *Herbipol. Piderit.*

USUS in morbis *convulſivis*, *hyſtericis*, *epilepticis*; in periculoſis *febrium* tam ſimplicium, quam malignarum *ſymptomatibus*, uti in *ſingultu*, *ſpaſmo*, *tremoribus*, *ſubſultu tendinum*, *deliriis*, *anxietatibus* a materia morbi ad *nobiliora retrogreſſa*; in *tuſſi ſpasmodica*, *hydrophobia*, *mania.*

Poſt aſſumtum huncce Pulverem ſequitur utplurimum *ſudor ingens*, *ſpasmorum - dolorum - remiſſio*, & *ſomnus tranquillus*,

Spasmos, *convulſiones* & *ſingultum* aufert, *pulſum* ſimul *erigendo* & *exanthemata* ad exteriora ducendo, cum ſudore excitato copioſo, in *variolis*, uti in quibusvis aliis *morbis exanthematicis retrogreſſis.*

DOSIS paulo largior, eſſe debet, uti *Chinenſibus*, ut quid efficiat, minimum ad Scrup. dimidium.

In *febrium malignarum* periculoſis *ſymptomatibus*, ad Scrupulum 1. exhiberi poteſt, uti in morbis *epilepticis* & *maniacis*.

In *tuſſi* ſpasmodica infantibus ad Gran.' 4-6-8. Ad funeſtos effectus, a *morſu canis* rabidi ortos, & ad *hydrophobiam* Grana 10-20. pro una Doſi exhibenda ſunt, quo *ſudor* ſequitur enormis, per 48. horas durans, quo praeſentes *ſpasmodici* & *convulſivi* affectus ſubito ceſſant.

In *morbis exanthematicis*, variolis ad Scrupul. 1. *maniacis* ad Scrupul. 2. cum dimid. in *ſingultu* ad Gran. 12. *febrib. inflammator.*

OBS. 1) Andr. *Ried* in *China* reperiit, primum Pulverem hunc conſtantem e *Moſchi* Gran. 16. — *Cinnabar.* nativ. & *Vermillon* ana Gran. 24. tam efficacem ad *morſum canis rabidi.* —Quid *Chinenſes* ſub *Vermillon* intelligent, dubius erat, hinc ſubſtituit *Ried* - *Cinnabar. Antimonii*, qui recentiorum experim. aeque dubius, hinc alii, uti *Piderit* ſubſtituerunt Rad. *Valerian.* & *Camphor.* cum *Moſcho* qua praecipuo ingrediente, commiſcendi.

OBS. 2) Variis *Moſchus* in hocce Pulvere non arridet, iis *Moſchi* Grana 10-16-20. cum *Sachari* Drachma dimidia commode miſcentur, vel tali modo in Pulvere l. addita *Aqua* quadam deſtillata, in *Mixturae* forma.

Quibus *ſpasmus* impedit per os aſſumendi, iis cum *Sacharo* mixto ad Drachmam dimidiam *Enematibus* conſulto additur.

Quibus *Moſchi odor non arridet*, uti foeminis interdum quibusdam fit, iis odor iſte commode, quorundam obſervationibus, addita *Camphora*, *Aſa foetida*, l. *Caſtoreo* quodammodo obnubilatur.

Saepius ſuaveolentium uſum non admittunt.

VARIAS PVLVERVM COMPOSITIONES valde utiles commendat

a) *Diſpenſator. Fuldenſe*, & quidem

1). *Pulverem alexiterium* ex *Arcani duplicati* Drachm. 3. — Pulver. Radic. *Ipecacuanh.* — — Extract. *Opii* ana Gran. 10. miſcendi ad *Pulverem* aequalem, *virtutem* praeſtantem *incidentem - aperientem - antiſpasmodicam - diaphoreticam* & *diureticam*, pro *Doſi* Gran. 10.

2) *Pulverem antimonialem* conſtantem ex *Antimonii* praeparat. Unc. 1/2. — *Magneſ. Sal. cathartic.* Drachm. 3. — Flavedin. *Cortic. Aurantior.* Drachm. 1. Miſcendi terendo ad Pulverem aequalem, pro *Doſi* a Gran. 20 - 30. *virtute antacida*, *ſanguinem depurante* gaudentem.

3) *Pulverem cachecticum* e *Limaturae Martis* puriſſimae praeparat. Unc. 1/2. — *Conchar. praeparatar.* — Pulver. Radic. *Ari* ana Drachm. 2. — Flor. *Caſſiae* Scrupul. 2. miſcendi ad Pulverem aequalem, pro lubitu *Sacharo* edulcorandi, ſeſe commendantem ob *virtutem antacidam - aperientem - roborantem - incidentem* & *nervinam*, pro *Doſi* Scrupul. 1 — 2.

4) *Pulverem diureticum* ſ. *Squillae* compoſitum e *Tartar. vitriolat.* Drachm. 2. — Pulver. *Radic. Squillae* — *Zingiber.* ana Gran. 12. miſcendi ad Pulverem aequalem, a Gran. 10 — 20. pro *Doſi.*

6) *Pulverem eccoproticum* e *Cryſtallor. Tartari* Unc. 1. — *Magnes. Sal. cathartic.* — *Flor. Sulphur.* ana Unc. 1/2. — *Nitr.* depur. Drachmis 2. pulveriſata probe miſceantur ad Pul

verem *incidentem - diureticum - reſolventem* - & *alvum ſubducentem,* a Scrupulo 1 - 3. pro *Doſi.*

6) *Pulverem lenitivum,* e *Tartar. tartariſat.* Unc. 1/2. — Radic. *Rhabarb.* elect. Drachm. 2. — *Flavedin. Cortic. aurantior.* Scrupul. 4. fiat Pulvis, *ſolvens - alvum ſubducens - carminativus* & leniter *roborans,* a Drachm. 1/2 — 1.

7) *Pulverem reſolventem antiphlogiſticum.* Rec. *Radic. Senegae — Nitri depurat.* ana Drachm. 1. Miſce ad Pulverem homogeneum, pro *Doſi* a Scrupul. 1. — Drachmam 1/2.

8) *Pulverem roborantem martialem.* Rec. Pulver. *Cortic. Chinae - Chinae* rubr. Drachm. 2. — *Aurantior. Cortic.* Drachm 1. — *Limatur. Martis* puriſſimae praeparat. Drachm. 1. mixta ad Pulverem aequalem. Scrupul. 1. pro Doſi.

9) *Aromaticum* e *Nucis moſchatae* Unc. 1. — *Cortic. Canellae* albae, — Radic. *Zingiberis* ana Unc. 1. & 1/2. Mixta ad Pulverem conterendi, proficuum ad *Trachaeas,* & *Tincturam aromaticam ; Vim* continentem peculiarem *ſtimulantem, calefacientem, carminativam.*

10) *Eryſipelatodem externum* Pulverem, caute adplicandum, e *Creta* praeparat. Unc. 30. — Pulver. Folior. *Abſynth.* Unc. 10. miſcendi ad Pulverem aequalem, cujus Unc. 6. expeditionis tempore addatur, — *Camphorae* cum *Spiritu Vini* tritae Drachm. 1/2. Miſcendi tum iterum accurate ad Pulverem, *ſiccantem & discutientem externe* calide adplicatum.

b) *Pharm. Herbipolitanae,*

1) *Pulvis Aethiopis vegetabilis,* conſtat e *Fuci marin.* conciſ. Unc. 2. ut calcinetur in cru-

cibulo novo inter prunas candentes collocata, & operculo tecta, maſſam agitando fiſtulae ope argillaceae, ad Pulverem nigrum - ſubtiliſſimum in mortario vitreo redigetur, & in vaſe vitreo puro bene obturato ſervetur.

2) *Pulvis Aconiti* ex Extr. *Aconiti* Gran. 4. — *Sachar.* Unc. 1/2. Miſce exacte in mortario marmoreo diu terendo, divid. in 20. partes aequales. Si Drachm. 1. *Nitri* additur, obtinetur tum Pulvis *Aconiti nitratus.*

3) *Pulvis Aloes compoſitus*, ex *Aloes* ſuccotr. — Myrrh. el. — *Vitriol.* Martis ana Drachm. 1. — *Olei* deſtillat. *Sabinae* Gutt. 12. — *Sachar.* qu. ſuff. ad incorporand. Oleum. Miſce exacte.

4) *Pulvis antipſoricus* e Flor. *Sulphur.* — *Aethiop. Antimonial.* & *mineral.* ana Unc. 1. Miſce.

5) *Pulvis cachecticus* e *Limatur. Mart.* praepar. Unc. 1/2. — *Radic. Columb.* — *Rhei* exſiccat. ana Drachm. 1. — *Olei eſſential. Cinnamom.* Gutt. 8. — *Sachar.* qu. ſuff. ad incorporand. Oleum.

6) *Pulvis Moſchi* compoſ. — e *Moſchi* Drachm. 1. — *Flor. Zinci* Gran. 24. — *Sachar.* Drachma 1. Miſce.

7) *Pulvis ophthalmicus Baldinger*, e *Boli* alb. l. rubr. — *Cremor.* Tartar. — *Sachar.* canar. ana partib. aequalibus. Miſce.

8) *Pulvis pacans* e Rad. *Valerian. ſylveſtr.* — *Spic.* celtic. ana Unc. 1/2. — *Sulphur. Cupri* Gran. 24. Miſce.

9) *Pulvis pectoralis*, e Rad. *Liquirit.* Unc. 1/2. — *Lapid. cancror.* Drachm. 2. — *Kerm. mine-*

ral. Scrupul. 1. In mortario vitreo ad Pulverem teratur.

10) *Pulvis Rubiae tinctor.* compoſ. - e Rad. *Rub. tinctor.* Unc. 1/2. — *Myrrh.* elect. — *Borac. venet.* ana Drachm. 1.

11) *Pulvis ſalinus*, e *Cryſtallor. Tartar.* Unc. 1/2. — *Sal. polychr.* e *Sulphur.* & — *Nitr.* Drachmis 2. Miſce.

12) *Pulvis Spicae celticae* compoſit. e Pulv. *Rad. Spic. celtic.* Unc. 1/2. — *Vitriol. albi* Scrupul. 1. Miſce.

13) *Pulvis Squillae compoſ.* - e *Squill. exſiccat.* Drachm. 1. — *Nitri depur.* Drachm. 2. — *Cinnamon.* Scrupul. 1.

14) *Pulvis Stanni* compoſit. - e *Stanni* puri, *Mercurii vivi* depur. ana Unc. 1. — *Stanno liquefacto* adde *Mercurium*, poſt refrigerium, pulveriſatur cum *Conch. praeparat.* Unc. 1. Cum *Conſerv. Abſynth.* Unc. 3. & Syr. *Abſynthii* qu. ſuff. in Electuarium redigitur hic Pulvis *Stanni* compoſitus.

c) *Pharm. Hamburg.* & *Pragenſis.*

1) *Pulvis alexiterius* ex *Arcan. duplicat.* Drachm. 9. — Pulv. Rad. *Ipecacuanh.* — *Opii* ana Drachm. 1. Miſce fiat Pulvis.

2) *Antacidus ſtomachicus* e *Magneſ. Sal. catharct.* Drachm. 6. — *Flaved. Cort. Aurant.* Drachm. 2. Miſce fiat Pulvis. *Doſis* Cochlear parvum.

3) *Pulvis antifebrilis adſtringens* e *Cort. Peruv.* optim. Unc. 1. — *Cinnamom.* Scrupul. 2. — *Alumin.* crudi Scrupul. 4. Miſce fiat Pulvis. *Doſis* Scrupulus 1.

4) *Antifebrilis reſolvens* ex *Arcan. duplic.* Drachma 1/2. — *Sulphur. Antimon.* aur. ult. praec. Gran. 2. — *Rad. Ari* Gran. 8. Miſce fiat Pulvis pro Doſi.

5) *Antifebrilis* ſimplex e Rad. *Gei Urban.* Unc. 1. — *Sal. Ammoniac. pur.* Drachm. 2. Miſce fiat Pulvis. Doſis Cochlear parvum.

6) *Antiſpasmodicus roborans* e Rad. *Valerian.* ſylv. Unc. 1/2. — *Flaved. Cort. Aurant.* — *Tartar. tartariſat.* ana Drachm. 2. Miſce fiat Pulvis. Doſis Cochlear parvum.

7) *Antiſyphiliticus* e *Gumm.* arab. — *Magneſ.* — *Sal. catharct.* ana Scrupul. 1. — *Mercur. ſublim. corroſiv.* Gran. 1. Miſce divid. in 4. Partes aequales. Detur pro Doſi.

8) *Arthriticus* ex Extr. *Aconiti* Gran. 2. — *Sachar.* albi Scrupul. 1-2. Miſce fiat Pulvis.

9) *Catarrhalis* e Flor. *Sulphur.* ſimpl. — *Nitri* depurat. — Rad. *Liquirit.* — Sem. *Foenicul.* ana Drachm. 2. Miſce fiat Pulvis. Doſis Cochlear parvum.

10) *Diureticus* e *Nitro* depur. — *Cremor. Tartar.* ana Scrupul. 1/2. — Rad. *Squill.* Gran. 1. *Zingiber.* Gran. 2. Miſce fiat Pulvis pro Doſi. — Addit *Camphor.* Gran. 2. fit *camphoratus.* addit *Limat. Martis* ſubtiliſſ. pulver. Scrupul. 1/2. fit *martialis* Pulvis.

d) *Pharm. Hafnienſis*

1) *Pulvis digeſtivus* cum *Rheo* e Pulvere *Cremor. Tartar.* Unc. 1/2. — Pulver. *Nitr. depurat.* Drachm. 2. — Rad. *Rhabarb.* optim. Drachma 1. Miſce.

2) *Digeſtivus* ſine *Rheo* e *Cremor. Tartar.* Part. 2. —Pulver. *Nitr.* depur. Part. 1. Miſce.

3) *Pulvis eccoproticus* Rec. *Cremor. Tartar.* Part. 2. — Pulver. Rad. *Rhabarb.* Part. 2. Miſce.

4) *Pulvis eccoprotico - tonicus* e Pulver. *Cortic. Peruv.* Part. 2.—Radic. *Rhabarb.* Part. 1. Miſce.

5) *Pulvis emeticus* e *Tartar. emetic.* Gran. 2. Pulv. Radic. *Ipecacuanh.* — *Sachar.* alb. ana Scrupul. 1. Miſce.

6) *Laxans communis*, Rec. Rad. *Rhei* Part. 2. — *Jalapp.* — *Arcan. duplicat.* ana Part. 1. Miſce ad Pulverem.

7) *Pulvis* pro *ſuffitu*, Rec. Raſur. *Succin.* —Bacc. *Juniper.* — Folior. *Sabinae* — Gummi *Maſtich.* ana. Miſce.

8) *Pulvis refrigerans*, Rec. *Cremor. Tartar.* Part. 15. — Pulver. *Nitri depurat.* Part. 4. — *Eleoſachar. Citri* Part. 7. Miſce.

9) *Pulvis temperans camphoratus* e Pulver. *refrigerant.* Unc. 1. & 1/2. —*Camphor.* Scrupul. 2. Miſce.

e) *Piepenbring Pulvis aëreus fixus*, in Parte 3. commendatus, ita optime paratur.

Rec. *Magneſiae albae* Drachm. 1. — *Acidi Tartari eſſentialis* Drachm. 1/2. Miſce. *Doſis* una vice ſumenda, in Cochleari, cui Aquae portio quaedam ſuperfundenda eſt, & quod dein in initio ebullitionis ſubito ſumendum eſt, cum Aquae commun. quantitate ſufficiente ſuperbibenda, quo modo e Magneſia dimidium Aëris ſeſe evolvit, ſufficiens ſemper pro una Doſi.

Pul-

Pulverem epilepticum Marchionis correctum communicat *Piepenbring* in Parte 3. (Compoſitionem enim ejus ad *Pharmacop. Würtemb.* nimis compoſitam & plane inconcinnam eſſe ſentieris cum aliis (inquit,) e variis conſtans ſimplicibus plane inefficacibus „) & quidem ita Rec. *Magnes.* albae Unc. 2. — Pulver. *Viſci querni* — *Sachari* albi ana Unc. 1. — *Croci* Drachm. 2. & Gran. 6. — Folior. *Auri* No. 15. *Doſis* una vice Scrupul. 1.

Pulvis e *Tragacantha compoſitus*, *Piepenbring* in Parte ejus 3. communicatus, compoſitus & correctus ſimul e Pulver. *Specier. diaireos ſimplic.* & *Diatragacanthae* frigidae ad Pharmacop. *Würtenberg.* ita ſonat, e Pulver. *Gummi Tragacanth.* Unc. 2. — Radic. *Irid. Florentin.* — *Liquiritiae* ana Unc. 1. & 1/2. — *Sachari* candis. albi Unc. 2. Miſce accurate.

REGVLVS ANTIMONII SIMPLEX.

Rec. *Antimonii crudi* Unc. 24.
Tart. crudi Unc. 18.
Nitri depurat. Unc. 12—16.

Singula pulveriſata, exſiccata, mixta, detonent in crucibulo candente, & liquefiant tum igne fortiori: fuſa effundantur tum in conum fuſorium calefactum, ſebo illitum conum ſimul concutiendo, ut in fundum abeat *Regulus*.

Separatis tandem ſcoriis *Regulus Aqua* abluatur.

VIS & USUS internus *nullus*; qua forte *draſticum*, & ob Vim ejus *emeticam* vehementem; ad *praeparata* caeterum *mercurialia*; & qua *ingrediens* ad *Tincturas Antimonii varias* confert. *Mellin.*

Caeterum ad *uſus chemicos.* — E *Scoriis* vero,

quae nil niſi *Hepar Antimonii* ſunt, & cum *Spiritu Vini* infuſae *Tincturam Antimonii tartariſatam* largiuntur, Aqua ſolutis, per praecipitationem *Sulphur Antimonii* auratum parari poteſt.

Diſpenſat. Fuldenſe.

OBS. 1) *Regulus Antimonii martialis*, e *Clavor. ferreor. purgator.* non *rubiginoſorum*, Unc. 8. igne forti candentibus in crucibulo, paulatim addantur ſucceſſive, & per vices, ne crucibulum refrigeratum nimis fiſſuras accipiat, *Antimon. crudi ungar.* pulveris Unc. 16. optime fuſis inſtar Aquae, addantur ſucceſſive *Nitri* Unc. 3-4. Perfecte fuſa per horae quadrantem & ultra, igne ſat forti, & adhuc plane fluentia effundantur in conum fuſorium purum, ſiccum, ſebo illitum, ſub jugi hujus percuſſione. Qua maſſa refrigerata, Regulus nempe a ſcoriis eo facilius ſubſidat, & ſeparetur, qui minutim tritus, iterum ſecunda ac tertia vice, addita eadem *Nitri* quantitate, fundendus atque a ſcoriis ſeparandus eſt, ad *uſum* magis *chemicum* quam *medicum*. Ph. *Danica* — Diſpenſator. *Fuldenſ.*

Vim emeticam vehementem poſſidet Regulus, quam *Vino* conciliat, quare ab aliquibus ex una parte hujus Reguli, & duabus partibus *Stanni* parantur *Scyphi vomitorii*, quorum tamen operatio infida eſt, & hinc ſaltem apud nos, extra uſum medicum poſiti ſunt hi ſcyphi, uti contendit *Diſp. Fuldenſe.*

E *Scoriis* huic *Regulo* adhaerentibus, in libero aëre deliquatis, & Aqua pura edulcoratis, aut elixatis obtinetur *Crocus Martis antimoniatus*, ſ. aperitivus *Sthal.*

OBS. 2) Quidam ſuadent *Antimonii* Partes 4. fundend. cum Parte 1. *Sal. vegetabil. alcalini.* l. melius *Tartaro vitriolato*: maſſam refrigeratam terendi ad pulverem tenerem, & Aqua bulliente abluendi, ut eo laevius liberetur Maſſa a forte orto Hepate Antimonii. *Wal.*

OBS. 3) *Regulus Antimonii medicinalis*, ex *Antimon. hungaric. crudi* Unc. 4. fuſis igni fuſorio in crucibulo clauſo, addantur ſucceſſive paulatim — *Nitri puri* ſicciſſimi contriti Unc. 1. Poſt ſingulas *Nitri* additiones caute claudatur crucibulum; Maſſa per 10. minuta horae quadrantem fuſioni commiſſa, & in mortarium ferreum calidum effuſa, l. in conum fuſorium ſiccum, Creta probe obtectum, pro *Tinctura Antimonii nigra* paranda inſervit. Quo obtinetur maſſa vitriformis fuſco-rubra, quae refrigerata cum fragore diſſilit, & improprie Regulus vocatur. Maſſa probe pulveriſata abluetur Aqua fervente, ad eo certius liberandum ab Hepate Antimonii: pulvis probe ſiccatus in loco ſicco adſervetur, ad *Tincturam nigram Antimonii* ex ea parandam. Diſp. *Fuldenſe.*

OBS. 4) *Regulus Antimonii martialis Piepenbring* conſtat e *limaturae Martis* ordinar. Unc. 24. — *Antimonii* crudi Unc. 48. & *Cinerum clavellator.* Unc. 12. contus. ad pulverem groſſum, miſcentur accurate, & impletur iis crucibulum, ita, ut digiti altitudinis circiter ſpatium remaneat. Maſſa haec exponitur igni fuſorio, in cujus fluxum Regulus ſeparatur, & alteram partem inferiorem vacuam crucibuli adimplet. Separatis omni cura Cochlearis ope ferrei ſcoriis, reliqua tum funduntur in conum fuſorium.

Quomodo acquiſivit *Dollfus*, ſi crucibulum ſine rimis remanebat, plus quam Unc. 24. *Reguli Antimonii.* Hoc modo acquiſitus *Regulus Antimonii* ſemper adhuc aliquid *Martis* poteſt continere, in valde quidem exigua copia, purior facile poteſt acquiri, uti credit *Piepenbring*, ſi ſemel l. bis Antimonium funditur. Quo modo addito Antimonio hoc, Regulus hisce privatur plane, omni reliquo adhuc adhaerente Marte, eoque plane purificatur. — Antimonium hocce ita paratum adhiberi ſemper poteſt ad reproducendum Regulum recentem, teſtimonio *Dollfus* & a *Piepenbring* confirmatum.

OBS. 5) *Hagen* ſuadet *Antimonii crudi* Unc. 16. — *Tartari crudi* Unc. 12. — *Nitri depur.* Unc. 6.

Miſce bene ſiccat. deton. in crucibulo candente, caeterum uti ſupra.

Wiegleb vero commiſcet Pulver. *Antimon.* Unc. 12. cum *Nitri crudi* Unc. 15. accendit in mortario ferreo carbone candente: Reſiduum pulveriſatur & *Aquae* ferventis ope omne ſalinum ſeparatur. Reſiduum Antimonii exſiccatum fuſcum cum *Tartari crudi* Unc. 12. exhibet Reguli Antimonii Unc. 9.

Marggraff vero acquirebat ex Unc. 12. *Cinerum clavellator. depurator.* & *Carbonum pulveriſat.* Unc. 1. & 1/2. per horam 1. igni permiſſorum, *Reguli Antimonii* Unc. 7. & 1/2.

REGVLVS ANTIMONII IN ACIDO *Salis Solutus*, vide *Antimonii Butyrum.*

REQVIES NICOLAI, vide *Electuarium anodynum* pro *Infantibus.*

RESINA JALAPPAE.

Rec. Rad. *Jalappae* ponderoſae & ſatis *reſinoſae* in pulverem groſſiuſculum contuſ. phialae immiſſis, Unc. 72. cui adfundantur *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 144. Stent infuſa in digeſtionis calore per aliquot dies, colentur tum & fortiter exprimantur Radices, novus tum radicibus addatur *Spiritus Vini* rectificatus, & toties repetatur, donec *Spiritus Vini* tingi ceſſet, ſuperfuſus, digeſtioni ſufficienti commiſſus, & colatus. A Tincturis hisce commiſtis & colatis *Aqua communi* quoque affuſa, abſtrahatur *Spiritus Vini* major portio deſtillationis ope, reliquum in cucurbita frigidae *Aquae* ſufficienti quantitate debilitetur; & Aqua commnis eo usque adfundatur, dum Liquor lacteo colore imbutus partes reſinoſas, dimittat, & ſub filamentorum alborum ſpecie praecipitet: praecipitatione finita Liquor ſupernatans decantetur, in vas purum.

Reſina vero in fundo cucurbitae haerens Aqua frigida probe abluatur, quo particulis gummoſis magis liberatur; ablutiones hae aquoſae cum prius decantato liquore aquoſo-ſpirituoſo commixtae deſtillentur, leni igne, dum omnis Spiritus abſtractus ſit; quo facto reſiduum evaporetur ad Extracti conſiſtentiam, qua *Extractum Jalappae gummoſum* obtinetur. *Praecipitatum* vero *reſinoſum* a partibus gummoſis liberatum leni igne, eo usque evaporet, donec particula ejus in laminam politam frigidam repoſita non amplius tenax ſit, ſed facillima fragilitate gaudeat; quo facto Aqua calida emolliatur, & in cylindros contorta adſervetur. Diſpenſat. *Fuldenſe.*

Spiritus deſtillando evocatus, novae praeparationi ejusdem reſinae, inſervit.

VIS *purgans*, *catharctica*, *ſtimulans*, *hydragoga*, *anthelmintica.*

USUS cum Extract. *amaris* in formam pilularem redactis, nunquam ſolum, alias in *obſtruct.* primarum viarum ad *educendos* per *alvum noxios* humores *pituitoſos*,

In *phlegmaticis*, *hydropicis*, & ad *vermes educendos* *Pulvis Jalappae*, uti *Reſina*, eximie confert. Nonniſi *Saponi* cuidam junctum debet exhiberi, ita ab humoribus primarum viarum excipi, & e corpore eliminari poterit.

Noxae ejus abuſui ſunt adſcribendae.

DOSIS *Infantibus* annorum 4 — 12. *Reſinae* hujus ſunt Gran. 2—3—5. infra enim 4. annorum magis convenit pulvis radic. *Jalappae*, l. aliud congruum purgans. Adultis ſufficiunt Gran. 6—8—10. ad ſummum, robuſtioribus Grana 12.

OBS. 1) *Noxium* ſemper edunt *effectum* reſinoſa purgantia, in morbis *inflammatoriis*, *bilioſis*, in *fibris ſtrictis*, & *ariditate inteſtinorum*, uti in *haemorrhoidariis*, *alvi obſtruction.* in *plethoricis*.

OBS. 2) *Praeparata Reſina*, ſimplici ſemper praeferenda, *tormina* & metum *vomitus* tollit, ſi *Reſina Jalappae* nempe cum aequalibus partibus *Amygdalarum dulcium* teritur, & alterum tantum quam de ſimplici praeſcribitur. Cum *Syrupo emulſivo* commode quoque exhibetur; antea quoque ad majorem *Reſinae* ſolubilitatem ea cum *Elaeoſacharo* congruo poteſt teri. *Piderit.*

OBS. 3) Non raro valde *adulteratur* haec Reſina,

etiam Reſina *Guaiaci*, hinc pharmacopaei eam ipſi ſibi extrahant.

OBS. 4) Eodem modo parantur *Reſina Scammonei aleppenſis*, uti & *Reſina Ligni Guaiaci*, cavendo ne Spiritus abſtrahatur. — VIS *purgans*, *hydragoga-ſtimulans*, mitius quam *Jalappae*. Cautus tamen USUS in *obſtruct. alvi - viſcerum*, & qua *hydragogum*, *anthelminticum* ad *hydropem*, *vermes*. DOSIS Gran. 3—10—12.

Non diſſolvitur in Liquore ſpirituoſo ardente; ſi cum vehiculo aquoſo velis exhibere, teratur, l. cum nucleis, pineis, aut *Amygdalis dulcibus*, l. cum *Vitello ovi* prius diſſolvatur.

OBS. 5) *Reſina* & *Gummi Aloes* pariter praeparatur, ſi *Aloes* ſuccotrin. Unc. 4. — *Aquae commun.* Unc. 24. coquuntur ad *Aloes* ſolutionem, quant. fieri poteſt, & ſeponitur per noctem. *Reſina* ad vaſis fundum praecipitabitur, Liquor ſupernatans, ſi opus, colatur, & admoto igne, vaporando conſumatur, ut relinquatur *Gummi*. Si *Extracti* conficiendi major ſit copia, balnei calore commodiſſime inſpiſſatur. Omnia vero *Extracta aquoſa* pauco *Spiritu Vini* irrorentur ne ſitum contrahant. Ph. *Lond.*

OBS. 6) *Reſina Pini flava.*—*Succus* ſ. *Lacruma* e *Pino ſylveſtri* exſtillans, coctione in *Reſinam* fragilem inſpiſſatur. USUS ad *Emplaſtra* - leniter *irritantia*. *Plenck.*

Reſina Succini. — Rec. *Olei deſtillat. Succini* Drachm. 1. — *Acidi Nitri* concentr. Drachm. 3. cum dimid. Miſce fiat Reſina.

OBS. 7) *Herold Reſinae Jalappae* praeparationem ita commendat e Rad. *Jalappae* elect. contuſ.

quant. ſuffic. ſuperfuſ. *Spiritu Vini*, exprime, qualis extractio - ſuperfuſio toties reiteranda eſt, ac Tinctura nullum exhibet amplius colorem. — Omnes hae extractiones, poſt filtrationem commiſcentur, & Partes 3. *Spiritus Vini* deſtillantur. — *Reſiduo* Aqua ſuperfunditur, quod exhibet mixturam albam - lact um, & reſina fundum petit in forma filamentorum albidorum, Liquor ſuperſtans decantatur, & Reſina, in fundo, Aqua pura tamdiu abluitur, ad omnium partium admixtarum plenariam abſentiam, leni calore tamdiu teruntur, usque dum in lamella frigida metallica poſita fragilis plane evadit, & commode poteſt volvi in lamella hac, Oleo Amygdalarum antea probe illinita, in fruſtula oblonga. — Liquor decantatus & percolatus leni igne evaporatur ad Mellis conſiſtentiam, quo acquiritur *Extractum Jalappae aquoſum.*

Reſina non *adulterata* fractura ſplendeſcit, carbonibus immerſa bene olet, in *Spiritu Vini* & *Oleo* plane ſolubilis eſt, in flamma ignis leviter incendi poteſt, caeterum valde levis & fragilis eſt. — *Colophonio* l. *Pice* mangoniſata contraria tum plane prodit phaenomena. *Herold.*

REGLISSE ROYALE SEV GELATINA *Liquiritiae*, vide *Extractum Liquiritiae.*

RHABARBARI ſ. RHEI PRÆPARATIO.

Rec. *Rhabarb.* ſ. *Rhei* quant. plac. in taleolos ſciſſi, loco nonnihil calido exſiccetur, ut in pulverem redigi poſſit tenuiſſimum.

Ph. *Herbipolitan.*

OBS. Toſtione vires minuuntur valde.

Roob ſ. *Gelatina Rubi Idaei*, paratur uti *Roob Berberum*, cujus *vires* & *uſus* conveniunt.

ROOB BERBERVM, ſ. *Gelatina Berberum.*

Rec. Succi *Berberum* depurat. Unc. 48.
Sachari canarienſis Unc. 12. coque ad *Mellis* conſiſtentiam in vaſculo figulino.

VIS *temperans*, ſitim aeſtu *minuens*, bilem *refraenans*, leniter *adſtringens.*

USUS ob tam ſuavem *Berberum* aciditatem - puritatem & efficaciam, prae aliis acidis vegetabilibus, confert eximie in *morbis acutis inflammatoriis*, *biliofis* & *putridis.*

Caeterum *Gargariſmatibus* & *Mixturis temperantibus*, *antiphlogiſticis*, *antiſepticis* ad Uncias aliquot additur. Confert quoque in *diarrhoeis putridis*, & *dyſenteriis*, praemiſſis congruis.

Caeterum additur *Julapiis* & *Electuariis.*

OBS. Loco *Roob* variis in regionibus aeque commode adhibent. *Gelat. fructuum Horraeorum.*

ROOB CYDONIORVM.

Rec. *Succi Cydonior.* depurat. Unc. 144. l. Libr. 3.
Sachari albi Unc. 12. l. Libra 1/2. coque ad Mellis ſpiſſitud. leni igne.

VIS leniter *adſtringens*, *ſtomachica*, *ſitim ſedans* - *ſaponacea* - *acida*, bilioſis ab Unc. dimid. ad Drachm. 6.

OBS. 1) *Roob Cynosbatos* Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet e Pulpae *fructuum* maturorum *Cynosbati* per fortem pannum trajectae, Libr. 3. — *Sachari albi* Libr. 2. leni igne ad Mellis conſiſtentiam inſpiſſat. Cujus *Vis* praecipua *ſubadſtringens* - *diuretica* - *antiſpaſmodica* - *reficiens* - *ſtomachica*. *Doſis* a Drachm. 4 — 12.

Roob Dauci Radicis e *Succi* radic. *Dauci ſativ.* conquaſſat. expreſſ. perque pannum fortem traject. quant placet. inſpiſſat. per ſe leni igne, ita ut aduſtio praecaveatur, ad *Mellis* ſpiſſioris conſiſtentiam. — *Virtutem internam demulcentem* exſerens, *acrimonias temperantem* poſſidens; *externe* vero ad *cancri aperti dolores mitigandos*. Diſpenſat. *Fuldenſe.*

ROOB EBVLI.

Rec. Succi Granorum *Ebuli* depur. Unc. 12.
ſingulis Libris ſ. Unc. 12.

Sachari Unc. 2. coque ad *Mellis* conſiſtentiam, igne moderato inſpiſſando.

VIS *diaphoretica*, *alexipharmaca*, *diuretica.*

USUS ad *ſerum hydropicorum educendum* per *alvum*, & *urinam.* DOSIS ab Unc. 1/2 — 1.

OBS. Eodem modo *Roob Nucum* e *ſucco Nuc. Jugland.* virid. expreſſ. qua *adſtringens.* Unc. 24. — *Mell.* Unc. 12. leni igne, deſpumando ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſantur. Qua *adſtringens*, adhibetur in *ulceribus oris* & *linguae* demulcendis, in *angina* & *tonſillis* tumefactis. Qua *roborans* - *reſolvens*, *Aqua* dilutum, ad gratum *gargariſma* conſtituendum. *Plenck:* qui *Cinnamom.* Drachm. 2. addendum ſuadet.

ROOB JVNIPERI.

Rec. *Baccar. Juniperi* maturar. recent. *Aqua frigida* lotar. & in mortario lapideo conquaſſatar. Unc. 96.

Immittatur pultiformis maſſa vaſi terreo, eique ſuperfundatur tantum *Aquae ebullientis*, ut haec ad digiti unius altitudinem baccarum pulpae

ſupereminceat, tunc autem vas probe tectum leni ſuper igne reponatur, ut maſſa per horae dimidium leniter coquat; quo facto per pannum lineum fortem prematur, colatae vero addatur

Sachari canarienſ. Unc. 12. leni tum igne inſpiſſa ad conſiſtentiam *Roob* ſ. *Mellis.*

VIS *ſtimulans*, *roborans*, *diuretica*, *diaphoretica. Ruſticorum theriaca.* Caeterum *Vis* quoque *aromatica-carminativa-ſtomachica.*

USUS in morbis *oedematoſis*, *hydropicis*, *pituitoſis*, *mucoſis*, *ſtomachi flatibus*; in *calculo*, *hydrope*-& *urina* pellenda. *Piderit.* Ph. *Auſtriaca. Fuldenſ.*

DOSIS Unc. 1/2 — 2. omni bi- vel tri- horio.

OBS. 1) Ex optimis *Roob exhibendi methodis congrua* haec quoque videtur *van Swieten.* Rec. *Roob Juniperi* Unc. 4. dilue in *Aquae Juniperi* Unc. 24. cui adde *Spiritus Juniperi* Unc. 2.

OBS. 2) *Roob* hoc uti reliqua juniperina *nocent plethoricis; renum inflammationi-mictui cruento* obnoxiis.

OBS. 3) Ph. *Roſſica Roob Juniperi* praeparandum ſuadet e baccis contuſis, frigida digeſtione, virtus medicinalis Aqua educitur, haec tum ad debitam inſpiſſatur conſiſtentiam.

Ph. *Suecica* hancce commodam ſuppeditat praeparationem e *Bacc. Juniper.* matur. parum contuſ. qu. placet; quae affuſa *Aqua fluviali* macerentur, per diem 1. alterumve, in vaſculo ligneo convenienti, cujus fundus foramine praeditus, bacillis ligneis & ſtramine puro contextus ſit. Liquorem tum foramine aperto trajectum toties reaffunde, donec bac-

cae inſipidae ſint; Liquor tum coletur, & ſupra modicum ignem decoquatur ad Mellis ſpiſſitudinem.

OBS. 4) *Roob Sorborum* eodem modo praeparatorum — VIS efficatior *diuretica*, *temperans*, quam *Roob Juniperi*, magis caeterum *exaeſtuans*. *Selle.*

OBS. 5) *Diſpenſator. Fuldenſe* varias quoque alias *Species Roob* communicat, ſemper utiles.

1) *Roob Myrtillorum*, e Baccar. *Myrtilli* nigrae quant. plac. in mortario lapideo conquaſſandi in pulpam, quae vaſi terreo immiſſa reponatur per aliquot dies in cella, tunc vero ſuccus per linteum preſſus ponderetur, & ad
Succi expreſſi ac ponderati part. aequal. addantur *Sachari* albi Pars 1. tuncque in ſartagine terrea leni ſuper igne, ſubque continua verſatione ad Mellis conſiſtentiam inſpiſſetur, ad *Roob, virtute acido-ſaponacea-ſubadſtringente* conſtans, pro *Doſi interne* ab Unc. 1—2. — *externe* loco *Roob Mororum* ad gargariſmata proficuum.

2) *Roob Nucum Juglandum*, e *Nucum Juglandum* viridium ſemimaturorum Unc. 12. contundend. in mortario lapideo, & in vas terreum immittend. eisque addendi — *Aquae commun.* Unc. 24. coquendi invicem per aliquot horas, tum vero Succus expreſſus ponderetur, & addetur — *Mellis deſpumati* pondus aequale, quo facto ſub continuo motu ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſetur, Roob, *Vi mundificante*, *reſolvente*, leniter *adſtringente* gaudens, ad *Uſum* praecipue *externum*.

3) *Roob Rubi Idaei* paratur uti *Roob Myrtillorum*,

virtute acido - ſaponacea, analeptica, ſitim ſedante pollens, & hinc proficuum ad *Mixturas & potus analeptico - refrigerantes.*

4) *Roob Sorbi aucupariae* paratur uti *Roob Baccarum Juniperi; virtute* inſigni *diuretica & refrigerante* a *Selle* potius commendatur, in iis caſibus, in quibus *Roob Juniperi* ob vim *calefacientem* noceret; Pro *Doſi* ab Unc. 1ſ2—1.

5) *Roob Vitis Ideae*, parandum ſuadet e Succi *Baccar. Vitis ideae* expreſſ. & depurat. Part. 4. — *Sachari albi* Parte 1. Coquendi in vaſe figulino ad *Mellis* conſiſtentiam, ſervandi uſui tam *interno* quam *externo:* ob *vim acido - ſaponaceam - refrigerantem, ſitim ſedantem*, ſupplet Roob Mororum, non ubivis ſemper tam leviter creſcentium.

ROOB SEV GELATINA RIBIVM.

Rec. *Baccar. Ribium* maturar rubrar. Unc. 170.
Sachari contuſi Unc. 144.

Mixta coquantur in patina plana, leni igne ſaepe invicem agitando, donec quarta circiter humiditatis pars evaporetur, & ſuccus in frigore conſiſtentiam *Gelatinae* acquirat; fervidus coletur per linteum, & refrigeratus ſervetur vaſculo conveniente. *Spielmann.*

VIS *analeptica*, grate *reficiens, refrigerans, temperans*, caeterum uti *Roob Berberum;* virtute *acido - ſaponacea refrigerat, ſitim ſedat*, & *alcali* infringit. Diſp. *Fuldenſe.*

USUS in tumoribus *tonſillarum;* ad *fauces humectandas;* ad *febres* acutas qua ſuave analepticum; ad *aeſtum & ſitim mitigandam.*

ROOB SAMBVCI.

Rec. *Succi* e *Baccis-Sambuci matur. rubr.* expreſſ. Unc. 48.

Sachari albi Unc. 6. moderato igne, & perpetuo ſub motu, ad juſtam coque conſiſtentiam melleam, l. paulo craſſiorem, cavendo *empyrevma.*

VIS eximie *diaphoretica, diuretica, laxans, haemocatarctica, antifebrilis.* Caeterum cum *Ebulo* convenit.

USUS tam celebris remedii hujus *domeſtici* - ad *ſuppreſſam tranſpirationem* - ſine inſigni ſanguinis motu; in *febribus* - *hydrope, rhevmatiſmo, arthritide.* *Selle.*

Externe in *Emplaſtri* forma *inflammationes diſcutit*, uti in *Unguenti* forma *ulcera purificat.*

DOSIS. Ad *Electuaria antifebrilia* & alia ſimul-leniter *diaphoretica*, ab Unc. 1. ſ. Cochl. 1/2 — 1. & ultra.

OBS. 1) *Roob Sambuci nigrae* paratur uti *Roob Myrtillorum*, *virtute ſaponacea* vegetabili *diaphoreſin* ſine ſtimulo *movens*, ab Unc. 1/2 — 2. Diſpenſ. *Fuldenſe.*

OBS. 2) Eodem modo praeparantur aliae *Species* non tam *univerſales*, uti *Roob Mororum* - ad *Gargariſmata* - & *Collutoria antiſcorbutica. Plenck.*

Uti *Oxycocci* - *Berberum* - *Cydoniorum* - *Ebuli* - *Ceraſorum nigrorum* & *rubrorum*, - *Ribium*, - *Rubi Idaei* - *Sambuci* - *Uvarum.* Ph. *Roſſica.*

Quorum *vires* & *uſus* e ſimpl. patent ingredientib.

ROTVLÆ BERBERVM.

Rec. *Sachari albi* pulverati Drachm. 2 — 3. Incale-

ſcat leniter in vaſculo cupreo, ſtanno obducto, tum addantur

Succi Berber. per ſubſiſtent. depurat. Unc. 2.

Saccharum lente diffluat, ſine coctione, & fiant effundendo ſine coctione, ad tabulati conſiſtentiam redacta, lege artis ſpatulae ope ferreae, *Rotulae.* *Piderit.* Ph. *Herbipol.*

VIS *temperans*, *refrigerans.*

USUS ad *ſitim* & *ſiccitatem oris* in *febribus - acutis* praecipue ſedandam; ad gratam *potui ordinario* aciditatem conciliandam: caeterum cum Syrupo conveniens.

ROTVLÆ E CITRI SVCCO & *Elaeo-Sacharo.*

Rec. *Sachar. canarienſ.* albiſſ. Unc. 16. calef. adde
Succi Citri Unc. 2. & 1/2. mixtis adde
Elaeoſachar. Citri Unc. 4. e quibus lege artis parandae ſunt *Rotulae.*

USUI ad *aeſtum* & *ſitim* mitigandam. *Pfingſten.*

ROTVLÆ MENTHÆ PIPERITIDIS.

Parantur ex *Elaeoſacharo Menthae piperitidis*, & *Gummi Tragacanth.* Quorum Unc. 1. continet Scrupul. 1/2. *Olei* cum ſapore acri, amoeno tamen. *Knigge.*

Elaeoſachar. Menth. piperitid. Unc. 1. continet Scrupul. 1/2. *Olei.*

Plura vide *Trochiſcos Menthae piperitidis.*

ROTVLÆ PECTORALES.

Rec. Pulver. Radic. *Irid. florentin.* Unc. 1/2.
— — *Liquirit.* Drachm. 2. & Scrup. 2.
— — *Angelicae* Scrupul. 2.
— Flor. *Sulphur.* Drachm. 1.

Extr. *Enul.* — *Marrub.* ana Scrupul. 2.
— *Croci* Scrupul. 1.
Sachari Aqua Hyſſop. ſolut. Unc. 16.
Olei deſtillat. Foenicul. Gutt. 15. adſpergendo fiant Rotulae. Ph. *Brunſuicenſ.*

VIS & USUS e nomine patent.

SACHARVM CLARIFICATVM.

Rec. *Sachar. albi* Unc. 12. ſolve in
Aqua fontan. fervent. Unc. 9.
poſt unicam ebullitionem, cola.

USUS ad *edulcoranda medicamenta* varia, ad *Electuaria* &c.

OBS. 1) Si Unc. 12. *Sachari* hujus clarificati *Aquae Naphae* Unc. 1. addideris, habebis *Syrupum* quem *Capillorum veneris* vocant; hic itaque ſi expetatur, praeſcripta ratione e tempore melius parabitur.

OBS. 2) *Sacharum candum*, paratur a *Sacharo* ſoluto ad conſiſtent. *Syrupi* inſpiſſati, e quo orti cryſtalli aſſervantur ſub nomine *Sachari candi*, qui eo albidiores fiunt, quo purius antea fuit Sacharum. *Sacharum candum* paratur e *Sacharo* ſic dicto *Thomae*, multo viliori.

VIS & USUS idem cum aliis *Sachari* Speciebus.

SACHARVM GLYCIRRHIZATVM,

vide *Extractum Liquiritiae.*

SACHARVM HORDEATVM.

Rec. *Sachari albi* Unc. 12.
Decocti Hordei ſaturat. clarificat. Unc. 6.

Ebul-

Ebulliant leni igne, & ad debitam conſiſtentiam cocta effundantur in tabulam marmoream, *Oleo Amygdalarum* illinitam, & in Bacillos convolutos l. Tabulas formentur.

VIS *expectorans*, *demulcens*.

USUS in *tuſſi*, *raucedine*, *catarrho*.

SACHARVM LACTIS.

Rec. *Lactis Vaccini* recens mulcti qu. plac. coque ordinarie, & adde tum

vel *Gallii albi*, vel *Coaguli Vitulini*,

vel *Albuminum Ovorum* in ſpumam coctar. ſatur. qu. ſuff. ad *Lactis* coagulationem formandam.

Serum iſtud a caſeoſa parte, *coli* ope ſeparatum, & per chartam filtratum emporeticam, in vaſculo figulino, probe vitro cruſtatum, leni calore, ad ſextam partis remanentiam, evaporetur, & loco reponatur frigido ad formandos Cryſtallos.

Aqua frigida iſti tum probe abluantur, inter chartas ſiccentur, in vitro incluſae denique, in loco ſicco - temperato & tepido conſerventur.

VIS *temperans*, *involvens*, *demulcens*, *expectorans*, *relaxans*, *antiſpaſmodica*, *anodyna*, *antarthritica*, *antiſcorbutica*, *ſanguinis* motum quodammodo *temperans*, bilem *exaeſtuantem mitigans*; *expectorationem facilitans*; in affectibus ab humorum acrimonia pendentibus laudatur.

USUS Salis hujus *acidum Sachari* continentis, & terram calcaream, cum partibus inflammabilibus-mucoſis praecipue, in *pleuritide*, *peripneumonia*, *haemoptyſi*; & *Nitri vim* temperantem perferre non valentibus.

Quidam eximie laudant in *obſtruct. viſcerum,* in *phthiſi*, in *ſebr. lentis, hecticis, ſcorbut: nephriticis.*

In *doloribus arthricicis* & *rhevmaticis*, uti in *arthritide fixa*, *podagra*, *ſcorbuto*, etſi plurimis magis conducit uſus *Kermes mineralis* , Flor. *Sulphur. Sachari myrrhati, Sulph. aur. Antimon.*

Senſilibus perſonis, *haemorrhoidariis* , *hypochondriacis* eſt lene *laxans.*

Cavendum caeterum eſt ne ſit *rancidum*, ſed recens ſemper paratum , alias magis nocet , quam prodeſt.

DOSIS a Drachm. 1—8. commode exhibetur, cum *Infuſo* quodam, l. *Aqua ſoteria.*

OBS. 1) In *Helvetia* optime, & in copia acquiritur Sacharum Lactis , plerumque & hinc expetitur, & vix unquam in officinis paratur pharmacevticis, ejus tamen, & ſuperius praeſcripti locum facile, & minori quidem pretio, implet *Serum Lactis dulce*, cum Herbis appropriatis coctum.

OBS. 2) Majora praeſtare credit *Piderit* , ſi *Serum Lactis* ipſum , pro diverſa medici intentione, probis plantarum *ſuccis* maritatum fuerit.

OBS. 3) Ph. *Danica* praeſcribit *Seri Lactis dulcis* cum coagulo *Lactis* in ventriculo vituli repeperiundo , l. cum herba *Pinguicula* vulgari qu. plac. caetera uti ſupra.

Ph. *Roſſica* & *Suecica* ſumit *Serum Lactis* cum coagulo *Vitulino* paratum, ut evaporetur ſupra modicum ignem ad *Syrupi* craſſitudinem, l. ad 4. partis remanentiam, repetitis dein vicibus generandis cryſtallis exponatur frigori, quae collectae ſolvantur in *Aqua bulliente,*

& denuo ad puriorem ſalinam formam reducantur.

OBS. 4) *Keup* ſuadet ad *Sachari Lactis* praeparationem ſumendi *Lactis vaccini* rec. Unc. 10. reponendi per 24. horas, auferendi Cremorem, & reſiduum Lac lento igne exponendi, ut caſeoſum praecipitetur. *Serum* per colatorium ſeparatum, & per chartam bibulam filtratum, in vaſe figulino vitreato, igne lento ad ſextae partis remanentiam evaporetur, & ad cryſtalliſationem reponatur. Cryſtalli collectae Aqua frigida abluantur, & in loco tepido inter chartas ſiccentur, atque loco ſicco temperato, in vitro aſſerventur.

OBS. 5) *Sacharum Lactis* eſt Sal eſſentiale Seri Lactis dulcis, e Sacharo cum phlogiſto & terra calcarea unitum; *acquiritur* optimae notae ex Helvetia & Lotaringia, coloris albiſſimi lactei, & in fruſtis duris craſſis, ſaporis ſacharini, ubi in copia paratur, & interne e cryſtallis parvis inter ſe accurate cohaerentibus, regulare priſma parallelepipedicum formantibus, cum apicibus acutangulis-parallelogrammis. Ad Fahrenheit 56°. requirit plus quam 7. partes Aquae ad ſolutionem plenariam. — Nec Acidum, nec Sal alcalinum redolet, ſed inſtar Sachari, cui in mixtura maxime eſt ſimile.

Quidam utuntur *Alumine*, ad *purificandum* hoc Sal, quod ſubito patet praecipitatione ad Saturnum Vitrioli, Nitri Saturnini commixti cum ſolutione Sachari Lactis.

Quamplurimum *mangoniſatur* cum *Sacharo communi*, ſi commiſcetur accurate Aquae

communis partibus aequalibus, & tum quieti committitur, fluidum tum omne Sachari copiam ſolvit, & prodit eum haec ſolutio nimia dulcedine. — Eleganter albidum eſt eligendum uti & flavum - rancidum - olens, ſaporis non jucundi eſt rejiciendum. — *Vis* hujus Sachari Lactis eſt eximia, humores *involvens* - *demulcens* - *temperans* - *aperiens* - excretiones leniter promovens. In *morbis chronicis pertinacibus*, in *purulento pulmonum* ſtatu - *haemoptyſi*, *ſcorbuto*, in obſtructione meſenterii glandularum &c. a quibusdam valde laudatur, & id non ſemper juſte; in potionibus variis a Drachma 1. ad plures.

Sande & Hahneman.

SACHARVM MYRRHÆ - HOFFMANN.

Rec. Extr. *Myrrhae aquoſ.* Drachm. 2.

Sachari canarienſ. Unc. 1. exacte miſceantur.

VIS *roborans* - *ſtomachica*, *reſolvens*, *ſtimulans*, *balſamica.*

USUS ad *ſtomachum roborandum*, *pituitam* ejus *reſolvendam*; in *aëre epidemico* maligno; *colluvie verminoſa*; *haemorrhoidibus pituitoſis*; *uteri morbis ſeroſis* eximie confert. *Piderit.*

DOSIS ad aliquot Cochlearia parva in die a Scrupulo 1 — 30.

OBS. 1) Ph. paup. *Hamburg.* & *Diſpenſ. Fuldenſe* ſuadet *Sachar. Lactis* cryſtalliſ. Unc. 1. ad Extr. *Myrrhae aquoſi* Drachm. 2. Miſce.

OBS. 2) *Sacharum Roſatum* ſ. *Roſaceum* Ph. *Londinenſis* communicat e *Roſis* rubr. immatur. demtis unguibus, celeriter arefactis Unc. 1. — *Sachari* puriſſ. Unc. 12. Pulveriſata ſingula

miſce, & Aqua humecta, ita ut fiant Tabellae leni calore ſiccandae; *uſus* ad variis remediis gratam dulcedinem conciliandam.

OBS. 3) *Diſpenſat. Fuldenſe* communicat *Sacharum clarificatum* parandi e *Sachari albi* Unc. 12. ſolvendi in *Aquae commun.* fervent. Unc. 6. ſolutionem poſt unicam ebullitionem colandi.

Sacharum Mercurii communicat quoque parandi e *Mercurii vivi* depuratiſſimi Unc. 1/2. — *Sachari candi* flavi Unc. 1. miſcendi exacte per triturationem in mortario vitreo, eo usque, dum Mercurius cum Sacharo per minima mixtus ſit, & ne oculo quidem armato Mercurii globulus detegi poſſit.

Virtus hujus remedii a Mercurio dependet, unde *reſolvit - purificat.* — Tria Grana continent Granum 1. Mercurii, unde *Doſis* determinatur. Diſpenſ. *Fuldenſe.*

SACHARVM - ſ. SAL - SATVRNI ſ. *Ceruſſa acetata.*

Rec. *Ceruſſae* in lamellis ſ. *Calcis Plumbi albae*, l. *Minii.* Unc. 12. immiſſas cucurbitae vitreae.

Ad *Acetum deſtillatum* forte funde qu. ſuffic. ad plenariam ſolutionem; Librae 8 — 12. pro bonitate Aceti requirunt *Calcis Plumbi* Libram 1. digere in balneo arenae, in vaſe figulino evapora Liquorem frigefactum ad cuticulam, quo tum concreſcent in loco frigido *Cryſtalli dulces*, leni calore exſiccandi, atque *uſui* aſſervandi. *Piderit. Mellin.*

Ph. *Suecicae Edit. nova* cupit uti & *Keup Ceruſſae* pulverat. qu. placet. — *Aceti* deſtillat. qu.

ſatis eſt, l. quantum 4. digitos ſupereminеat, in vaſe fictili coquendi, donec Acetum dulceſcat, quod tum per chartam coletur; reſiduo affunde iterum *Aceti deſtillati* qu. ſuffic. incoque, & cola uti antea, Liquores commixti tandem vaſe vitreo vaporent, ad *Mellis* liquidioris ſpiſſitudinem, ut loco frigido cryſtalli demittantur.

VIS *Externe antiphlogiſtica, refrigerans, ſiccans, conſtringens, repellens*, fortiter *mundificans.*

USUS ejus tam caute, uti *Aceti Saturni;* caeterum ad varia *remedia ophthalmica* venit; ad *collyria adſtringentia;* in oculorum *inflammationib. tumorib.* in *ſcirrho* oculi, ne in cancrum abeat. *Plenck.*

In *Aquae* Unc. 12. ſolvantur Scrupul. 1.

Interne temere adhibetur qua *venenum* lethale, ob acidum plerumque *praeſens* in primis viis, plumbum *abſorbens*, & in Ceruſſam *reducens*, etſi quidam commendant in *mictu ſanguin. gonorrh. haemorrhagia, haemoptoe, fluore albo,* in *acrimonia ſanguinis mitiganda.*

Externe in *ulceribus ſerpentibus, malignis, cancroſis, impetiginibus, ambuſtis* & *inflammationibus;* in *doloribus haemorrhoidum;* in *inflammat.* & rubedine *oculorum*, ſed ſemper caute.

USUS idem caeterum in *Aqua ſolutum* uti *Acetum plumbi*, vide ibi *plura.*

OBS. 1) *Sal* hoc acquirunt plerumque Pharmacopaei e *Batavia.*

OBS. 2) Ph. *Danica* praeſcribit *Minii* Unc. 12. — *Aceti Vini deſtillati* Unc. 96. coquendas in vaſe plumbeo, donec *Acetum* ſatis dulceſcat. Colata evaporentur, & cryſtalliſationi committantur.

Ph. *Argentorat.* ſuadet ex *Aceto Lythargyr.* praeparationem, uti ſupra caeterum.

Ph. *Roſſica Acetum Saturninum* inſpiſſatum ut exponetur generandis cryſtallis.

Ph. *Londin.* coquit *Ceruſſam* in *Aceto* deſtillato, vaſe plumbeo, donec *Acetum* ſatis dulceſcat, dein *Acetum* per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

OBS. 3) *Sacharum Saturni* officinale eſt Sal Plumbi, e Calce Plumbi & Aceto cryſtalliſatione ortum, e cryſtallis conſtans ſubtiliter ſplendentibus non pellucidis plane, ſubalbidis, gravibus, valde dulcibus - adſtringentibus - inodoris; per tempus externe parum flaveſcit, & amittit in aëre, diu conſervatum partem quandam acidam, cum acido aëreo commutatam, quo pondus ejus multoties augetur. A ſe ipſo orta haec Ceruſſa detegitur ſubito ſolutione in Aqua deſtillata, in fundo tum remanens Ceruſſa fuſco - flava per pondus ſuum determinabit tum qualitatem ejus imminutam.

Mangoniſatur interdum quoque *Sacharum Plumbi* cum *Nitro Saturnino*, Sal dehinc ortum in cryſtallis minoribus, Saccharo Plumbi ad externam formam tantum aequale, valde albidum tantum manens & pellucidum.

Exigua pars *Nitri ſaturnini*, *addita Sacharo Saturni*, in conum fuſorium immiſſa, facile detegitur tum detonatione, & eo majorem copiam *vaporum nitroſorum* emittet, ſi infunditur Oleo Vitrioli, e non mangoniſato exhalant tantum vapores *Aceti* volatiles.

A *Nitro Saturnino* ſolvuntur, in calore Thermomometri Fahrenheit 212°. in Uncia 1. Aquae communis, ejus Grana 62. ubi alias in calore Fahrenheit 104°. Sachari Plumbi in Aquae partibus aequalibus ſolvuntur. — Ambo haec Salia ſaturnina decomponuntur per Salia vitriolica.

Internus uſus Sachari Plumbi ſemper eſt *nocivus*, etſi quidam commendant eum qua *ſpecificum*, in Decocto ad Grana quaedam in *haemoptyſi*, & in *gonorrhoea* vera *chronica*.

Aqua ſaturnina ad *externum uſum* optime paratur e *Sacharo Plumbi* & *Aqua deſtillata*, in proportione uti 1 : 300. ad 1 : 20. pro diverſo ſcopo. — Quo modo acquirit medicus remedium Aqua pellucidum, aequaliter efficiens, & Pharmacopaeus viliori pretio poteſt praeparare e Sacharo Plumbi, quam ex Extracto Plumbi, teſtimon. *Sande* & *Hahneman*.

SAL ABSYNTHII. ſ. SAL ALKALI *Herbarum fixum*, ſ. *vegetabile*, ſ. *Sal* Herbarum per incinerationem paratum, ſ. *Sal plantarum*.

Rec. Herbae *Abſynthii*, l. alius *plantae amarae* qu. plac. combure una cum ſtipitibus in cinerem, quae ſartagine ferrea uretur ad albeſcentiam aequal., fluviali tum *Aqua* calida diluatur, & fiat lixivium, quod per linteum colatum in modico ignis gradu decoquatur, donec omnis humor plane conſumtus ſit, & exhibeat *Sal alcalinum fixum*, *fuſcum*, ulteriori in *Aqua* ſolutione - filtratione - & evaporatione tum in purum album mutatum, quod in vaſe probe munito ſervetur, ne deliqueſcat ab aëre.

Lenta hac incineratione ad *Tachenium* non adeo

acre remanet, quam *fuſione*, qua quidquid carbonacei Salis adhaeſit - comburitur, fortius redditur.

Caeterum ex quocunque fuerit vegetabili paratum, inprimis ſi ab Oleo empyrevmatico fuerit depuratum, nulla adeſt differentia pro ſcopo medendi.

VIS *digeſtiva*, *acidum infringens*; humores craſſos *reſolvens*, *aperiens*, *ſaponacea*, *attenuans*, *incidens*, *diuretica*, *laxans*; in *ſubtiliſſima vaſa lymphae penetrans*.

USUS ad *aperiendas obſtructiones*: *purgantibus* pro ſtimulo; ad *vomitus*, cum *Succo citri*, in *colica-calculoſa - bilioſa*; ad *febr. intermittent. Boerhav.* a Drachm. 1. & ultra, in copioſa *Aqua* diluta; ad *obſtruct. pertinaces - ſcrophuloſas*.

OBS. 1) Raro per ſe ſolum Herbarum *Sal*, ſed cum aliis plerumque praeſcribitur.

OBS. 2) *Nocet* in *inflammatione*, & ſtatu *ſcorbutico*.

OBS. 3) Caveant Pharmacopaei *Cineres*, l. *Sal* ipſum cum *Sulphure*, pro more calcinare, l. *acidum* quoddam addere, ut *Sal* in cryſtallos evaporando concreſcat; quo modo non *Sal alcalinum* incineratione Herbarum obtinetur, ſed *neutrum*, *Tartaro vitriolato* ſimile.

OBS. 4) Eodem modo paratur *Sal alcalinum vegetabile*, non e *Carduo benedicto*, l. *Centaurio* minori tantum, ſed ex omnibus herbis, id continentibus, vetuſtate non amplius proficuis in officinis.

Sic idem praeſtant *Cineres clavellati* boni, in *Aqua* bulliente ſoluti, *filtrati*, ſeparati a *Terra* adhaerente, & *Lixivium* tum iſtud inſpiſſetur, *Mönch.*

OBS. 5) *Sal Abſynthii* inſpiſſatum ſuadet, ita praeparandi *Roſenſtein.* Rec. *Sal. Abſynthii* Drachm. 1. ſolve in *Aqua commun.* Unc. 12. adde *Succ. citri* qu. ſuffic. ad plenar. ſaturationem, tum affunde *Vini Rhenani* Cochlear. 1 — 2. cum *Syrup. Cort. Aurant.* qu. ſuffic. ad gratum ſaporem.

OBS. 6) Eodem modo acquiritur *Sal Geniſtae.*

OBS. 7) *Mönch* in Obſerv. ſuis practicis *Sal Abſynthii* conſiderat, qua Sal, per incinerationem, elixivationem, filtrationem, & inſpiſſationem ſeparatum ex Abſynthio, quod in recentioribus temporibus *Sal Herbarum* appellatur, & pro lubitu e quavis herba amara paratur. Conſiderat hinc, hoc ita acquiſitum Sal, e quavis Herba amara deſumtum, qua *Cineres clavellatos* probe depuratos, qua ſuperfluum hinc plane credit inſcriptionem hancce, uti & ſingularem praeparationem ex Herba Abſynthii; dudum enim jam demonſtratum eſſe, per incinerationem partes conſtitutivas plantarum plane deſtrui; & in cineribus remanentibus, Sal purum alcalinum fixum, & interdum Tartarum quoque vitriolatum, & in incineratione ſuſcepta in vaſis clauſis, *Oleum empyrevmaticum*, acquiri. — Repetita ſolutione & filtratione Sal ita acquiſitum herbarum purificatur, Oleum hinc empyrevmaticum, & aliae in eo contentae partes terreae ſeparantur, hac ita ſuſcepta praeparatione acquiruntur Cineres clavellati depurati, in qua nullum deprehenditur veſtigium Terrae ſiliceae, uti vulgo occurrit in Cineribus clavellatis ordinario modo paratis, ma-

joris lucri cauſa. — *Cineres clavellati* leviter poſſunt ſemper & ubivis comparari, & ſi nullam Terram ſiliceam continent, (qualis mangoniſatio ſubito patet, ſolutione in Aqua frigida, & conſueta dein ſubſecuta depuratione,) iſti ſunt idem, & eundem effectum ſemper exſerunt, uti Sal ſic dictum Herbarum ſ. Abſynthii, obſervat. *Mönch*, cum quo plane conſentimus.

OBS. 8) *Sal Abſynthii* aequales continet qualitates cum *Sale Tartari*, hinc commode poteſt pro lubitu ſubſtitui, uti omnia Salia Herbarum alias conſueta, obſervationibus inprimis recentioribus *Piepenbring*, qui reperiit *Sal Herbarum* methodo conſueta paratum ita ſe habere; 1) in aëre humido liqueſcere in ſpatio 6. horarum; 2) in igne eſſe fixum; 3) terreas ſolutiones praecipitare; 4) Tincturam violaceam Lacmus mutare in ſuaviorem; 5) Mercurium ſublimatum corroſivum praecipitare coloris aurantii; 6) diſſolvere Sal volatile e Sale ammoniaco; 7) Sulphure fuſum reſtituere Hepar Sulphuris; 8) Acido vitriolico ſaturatum producere ſaturationem Tartari vitriolati. —— Cinerum clavellatorum ſ. Salis Tartari relationem eandem eſſe ad corpora heic ſupra denominata, horum duorum Salium & Abſynthii & Salis Tartari concentus luculenter hinc ſe manifeſtat, quin ulla differentia hisce duobus Salibus ulterius poſſit attribui. *Piepenbr.*

SAL ACETOSÆ ſeu ACETOSELLÆ *Eſſentiale.*

Rec. *Succi Herbae Acetoſae* vel *Acecoſellae* recenter

expreſſi in mortario marmoreo, & ſubſidendo clari depurati l. addito albumine Ovi per ebullitionem clarificati, in vitro l. olla vitrea, qu. plac. ad mediam tertiam circiter partem leni igne evaporetur, (pauca prius Aqua ad *Herold* addita,) dein colatum per *manicam Hippocratis* exhaletur ulterius, ad cuticulam, quo tunc partes terreae craſſiores ſeparatae, in vaſe vitreo repoſitae ad locum frigidum, qua *Cryſtalli* tenues a Liquore liberandi, cryſtalliſandi ſpatio 24. horarum, uti prius, reponantur, concreſcent tum, in *Aqua* pura fluviali iterum ſolvendi, & facta per filtrum depuratione provide coagulentur. *Solutio* & Cryſtallorum ita *generatio* tamdiu repetenda eſt, usque ad plenariam albedinem.

Tam a prima quam a reliquis Cryſtallorum procreationibus remanens Liquor depuratus, ulterius inſpiſſetur, & denuo ad jam acquiſitas reponetur, Cryſtalli obtenti ſiccentur, & adſerventur uſui. *Piderit.* Ph. *Suecica.*

Herold obtinuit e Libris 10. hujus Herbae Drachmas 15. *Salis Acetoſellae.* — Ad *Diſpenſator. Fuldenſe* acquiruntur e *Foliorum Acetoſellae* Libris 10. —*Succi* Librae 2. & Cryſtallorum Drachm. 9. Si folia *Acetoſae* l. Acetoſellae qu. plac. contunduntur in mortario lapideo, & ſuccus expreſſus Aqua dilutus reponitur per aliquot dies, donec partes groſſiores terreae ſubſederint, & liquor ſupernatans clarus evaſerit: vel via breviori ſuccus poſt expreſſionem albumine Ovorum clarificetur, Liquor clarus per pannum colatus, & ad cuticulam evaporatur, & ad cryſtal-

liſandum reponitur loco frigido, poſt aliquot tempus Liquor clarus a Cryſtallis decantetur, de novo ad cuticulam evaporetur, filtretur, & ad cryſtalliſandum reponatur; ſicque pergatur, donec nullae amplius Cryſtalli adpareant. Cryſtalli obtentae ſiccentur, & adſerventur.

Qui *Cryſtallorum albedinem* amat, obtentos cryſtallos frigide ſolvat, ſolutionem ad cuticulam evaporet, & ad cryſtalliſandum reponat, hosque labores eousque reaſſumat, donec Cryſtalli ſatis albeſcant. Diſpenſ. *Fuldenſe.*

VIS Salis hujus acidi-ſaponacei-ſuaviſſimi, cum ſuccis noſtris ſaponem conſtituens naturalem - eximie *temperans*, *aperiens*, *diuretica.* Caeterum multum cum viribus *Cryſtallorum Tartari* convenit.

USUS in *febrib. acutis*, ad *ſanguinem & bilem temperandam*; ad *obſtruction.* leviores, inprimis *hypochondriacorum*, *icterirorum*, *haemorrhoidar.*

In *vitiis digeſtionis*, in haerente *ſaburra* - *bile in ventriculo* - ante *vomitoriorum* uſum tum proficuorum, *Sal* hoc *Acetoſellae*, ad Drachmas aliquot in die exhibetur utiliter; Vel aliis remediis *ſtomachicis*, uti & in Mixturis & Julapiis confert.

In *dyſuria & iſchuria* l. ex *inflammatione*, l. e *muco acri* in *viis urinariis* orto, cum congruis aliis remediis eximie confert. *Piderit.*

Aeſtatis tempore, potui *temperanti* additum, gratum ei conciliat ſaporem.

DOSIS a Gran. 20 — 60. optime & ſuaviſſime ex-

hibetur cum *Elaeoſachari Citri* ſ. *Cort. Aurantior.* parte 4.

OBS. 1) Ph. *Roſſica* cupit ut Succus *Acetoſellae*, ebullitione una & colatura depuratus inſpiſſetur ad *Syrupi* conſiſtentiam; dein adfuſo *Oleo*, quod aërem arcet, vaſis vitreis infuſus, reponatur loco temperato, ut Cryſtalli naſcantur, abluendae & exſiccandae.

OBS. 2) *Sal Acetoſellae mangoniſatur* ſaepius *Acido vitriolico*, ſ. *Tartari vitriolato* ſuperſaturato, valde acido, & in Aqua ſolubili; ſi huic ſoluto *Sali Acetoſellae* mangoniſato *Acetum Saturni* inſtillatur, tum *lacteſcit* ſolutio, nec ab Acido Nitri adfuſo clareſcit, quum alias in ſolutione Salis genuini Acetoſellae ortum praecipitatum plumbeum ab Acido Nitri ſubito ſolvitur. — *Sal Acetoſellae purum* laminae terreae candenti ſtratificatum ſubito funditur, nec odorem ullum ſpargit, & exhibet purum plane *Alcali vegetabile*, in quo nullum veſtigium Salis medii poteſt obſervari. *Herold.*

OBS. 3) *Sal Acetoſellae officinale* eſt Sal alcalinum vegetabile Acido Sachari ſaturatum, valde acidum, difficulter ſolubile, pro majori l. minori copia acidi contenti, in Aqua fervida, cryſtallos tum formans poſt refrigerium, in forma lamellarum oblongarum-rhomboidalium.

Sal eſſentiale eſt Oxalis Acetoſellae, e recenti planta paratum $\frac{1}{320}$ — $\frac{1}{142}$. Sal exhibet, coloris optimi-albi-ſplendentis, paratur in Helvetia, uti & in Würtenbergia Tuttlingae, & in Thuringia, (quod duplam Aquae copiam requirit ad

ſolutionem,) & in Hercinia.— In Capite bonae Spei paratur e Herba *Oxalis cernuae* Linnaei.

Praecipitat hoc Sal Mercurium & Lunam ex Acido Nitri ad Salia difficulter ſolubilia, uti Aurum ſulminans in igne tonitruantia; praecipitat Æs viride cryſtalliſatum ad cryſtallos parvos - caeruleos difficulter ſolubiles, & decomponit Gypſum ſolutum, & Aquas ſic dictas duras; praecipitatum continet $\frac{48}{100}$. Acidi. Solvit dephlogiſtiſatam ferri Ochram. Spiritus ejus deſtillatus pellucet, & eſt acidus, ($\frac{7}{15}$. adhibiti Salis Acetoſellae,) & praecipitat ex Acido Nitri cum qualitate tonitruante; Mercurium valde acidum - album, in lamellis majoribus cryſtalliſatum eſt eligendum.

Mangoniſatum cum Cremore Tartari, ſ. Acido Tartari patet e vapore empyrevmatico Spiritus Tartari, qui ſeſe elevat, ſi interea Sal purum Acetoſae ſub crepitatione, & veſicarum elevatione parum odoris acidi mordentis emittit, inflammat & flamma ardet colore caeruleo.

Artificiale hoc Sal e Tartaro vitriolato cum acido Vitrioli ſuperſaturato innoteſcit, ſubito addita ei ſolutione Sachari Plumbi, quo acquiritur praecipitatum non ſolubile in Acido Nitri; patet quoque ſi Sal Acetoſae calcinatum continet ſal amarum difficulter ſolubile, genuinum enim relinquit purum Sal lixivioſum vegetabile.

Eximie ſitim ſedat, & inflammationi reſiſtit, a Granis 10—30. Nitrum caeterum non redolens, in febribus putridis - bilioſis proficuum. — Confert eximie ad optimae notae

Pulverem Limonade, *Oleo Citri* & *Sacharo* in ratione uti 330:1:480. commixtum.
Sande & Hahneman.

SAL ACIDVM BORACIS,
vide *Sal ſedativum Hombergii.*

SALIS ALCALINI VEGETABILIS FIXI *vulgaris Depuratio*,
vide *Cinerum clavellatorum Depuratio.*

OBS. 1) Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet *Cineres clavellat.* Unc. 36. ſolvendi frigide, & ſine igne in *Aquae commun.* deſtillat. Unc. 36. ſolvendi, reponendi invicem per 24—30. horas in loco frigido, mixturam ſpatula lignea ſaepius agitando, Liquorem per chartam emporeticam filtratum in vaſe porcellaneo puro ad ſiccitatem evaporandi. Sal ita acquiſitus, vaſi vitreo probe clauſo immiſſus in loco ſicco & calido adſervetur.

Reſiduum Cinerum clavellatorum in filtro relictum cum quantitate ſufficiente Aquae calidae ſolutum, ac denuo filtratum ſaturetur, Spiritu Vitrioli, & in loco frigido ad cryſtalliſandum reponetur: Cryſtalli inde orti ſunt *Tartarus* vitriolatus.

Caeterum *Vis* hujus *Salis alcalini vegetabilis* eſt *antacida*, *ſtimulans*, *incidens*, *reſolvens*, *abſtergens*, *diuretica*: *externe mundificans*, *reſolvens.*

OBS. 2) *Diſpenſat. Fuldenſe Sal Alcali minerale fixum purum* praeparand. communicat e *Lixivii* bene ſaturati *Salis mirabil. Glauber.* qu. plac. — Lixivii *Sal. Alcali vegetabilis* depurat. qu. plac. Mixta evaporandi ad cuticulam,

culam, & ad cryſtalliſandum reponendi. *Cryſtalli* priores inde ortae ſunt *Tartarus vitriolatus*, reliquum vero Sal in hoc Lixivio contentum eſt *Sal Alcali minerale*, per ulteriorem evaporationem & cryſtalliſationem purificandum: quod continet *Vires antacidas*, *reſolventes*, *aperientes*, alvum *ſtimulantes*, *diureticas*, & *venena* mineralia deſtruentes, datur ut plurimum in ſolutione pro diverſitate ſcopi a Guttis 10 — 100.

OBS. 3) *Sal Alcali minerale* ad aliam methodum commodiorem parandi, ſuadet *Piepenbring* in Parte 3. ſolvit nimirum *Cinerum clavellatorum* Libras 10. in *Aquae* tepidae Libris 15. ſolutionem filtravit, coxit ſolutionem filtratam cum *Salis culinaris* Libris 10. & *Aquae* commun. Libris 15. in aheno ferreo, inſpiſſavit plusquam ad cuticulam usque, filtravit. Per refrigerii tempus in forma cryſtallorum apparebat *Sal digeſtivum*, ad dimidium jam Librarum 10. Salis culinaris.

Poſt plenarium refrigerium lixivium remanens in aliud vaſculum fundebatur, & per triduum quieti relinquebatur. In quo temporis ſpatio eadem copia *Salis lixivioſi* in forma Cryſtallolorum apparebat, uti ſupra *Sal digeſtivum*.

Remanens Liquor affunditur in ahenum, inſpiſſatur ad cuticulam ſalinam, & ad quadrantem horae usque filtratur, ubi iterum haud exigua copia *Salis digeſtivi* generatur, poſt plenarium refrigerium lixivium iterum in aliud vaſculum decantatur, & iterum uti antea quieti in eo relinquitur, ubi tum cryſtalli Salis lixivioſi apparent, non

tam puri quidem, ſed plerumque Sale digeſtivo mixti, in non tam larga copia. Omnis copia lixivii inſpiſſatur in priori aheno ad cuticulam, refrigerio committitur, transfunditur cum eadem quantitate Aquae frigidae, ac pondus erat reſidui ſicci, movetur per aliquot vices cum vaſculo, per noctem quieti committitur, filtratur per colum laneum, & reſiduum abluitur cum pauca Aqua frigida; Liquor filtratus inſpiſſatur in calore fornacis tamdiu, ac Sal digeſtivum adhucdum praecipitatur, ſi hoc ceſſat, tunc quieti committitur, & ſucceſſive omne Sal lixivioſum in Cryſtallis apparebit.

Purificationem Salis digeſtivi & *Salis alcalini* ſuſcepit ſemper ad *Weſtrumb.* methodum optimo cum fructu. *Piepenbr.* Prior Liquor tum per coctionem in Aqua communi ſolvitur, ad dimidium coquitur, frigori exponitur, quo tum in fundo patebunt cryſtalli *Salis digeſtivi*, & in ſuperficie *Alkali minerale* in valde magnis cryſtallis, leviter ſeparabilibus. Repetitur dephlegmatio Liquoris reſidui, ſecunda vice labor leviter finitur. Lixivium vero ſi remanet, Alcali minerale continens, purificatur tum cum eo, quod remanebat in depuratione Salis lixivioſi.

Minerale alcali purificatur, ut in aequali copia ſolvetur, & per aliquot dies loco frigido committetur. Si magna copia *Salis digeſtivi* eſt inquinatum, apparet tum iſtud ſubito, ſi Liquor poſt ſeparationem prioris cryſtalliſationis ſecunda vice dephlegmatur, quo tum Alcali poteſt addi, obtentum in priori depu-

ratione Salis digeſtivi. — Si Alcali valde eſt purum a *Sale digeſtivo*, id adparet prius tertia dephlegmatione lixivii, quo tum fere omne Sal lixivioſum ſeparatur, ſi ulla tantum cognitione & exercitatione labor inſtituitur.

Weſtrumb aſſertum qua verum quoque reperiit, univerſum huncce laborem in ſpatio 12—14 dierum commode poſſe abſolvi, in connubio aliorum laborum pharmacevticorum, obſervat. *Piepenbring.*

SAL AMMONIACVM DEPVRATVM, vide *Flores Sal. Ammoniaci* ſimplices.

VIS *interne & externe incidens, digeſtiva, reſolvens; ſtimulando - roborans - carminativa, antiſeptica; antipituitoſa, antiſcabioſa, diuretica, diaphoretica, antifebrifuga.*

USUS *internus* ad *humores viſcidos, glutinoſos, craſſos & tenaces incidendos;* ad *obſtructiones tollendas;* etiam in primis viis; - varias *excretiones* per *ſudorem, urinam, & alvum* in majori quidem doſi promovendam; - ad *languidas fibras - ſtimulando - roborandas*; - *flatus pellendos;* - ad *gangraenoſam & ſpaceloſam diatheſin*, qua *antiſepticum.*

Caeterum confert praecipue in variis *febribus intermittentibus - meſentericis;* in *obſtructione glandularum meſaraicarum, rachitide;* in *febribus putridis* - iisque junctis potius *diarrhoeis ſymptomaticis;* - in affectibus *hypochondriacorum & haemorrhoidariorum*, eorum quoque *inflationibus abdominis;* - in *obſtructione* quoque *menſium, lochiorum* a fibra languida & copioſa pituita orta, uti in *chloroticis.*

Cum *Cortice peruviano* junctum, *Sal. Ammoniac.* Vis *antifebrilis*, uti & *antiſeptica* augetur, in ipſa *gangraena* & *ſpacelo.*

In *menſium ataxia*, ſi *valens roborans* indicatur, commode *Limaturae* l. *Extr. Martis* & Salis noſtri pondera aequalia praeſcribuntur; uti alia *digeſtiva* e. g. *Tartarus tartariſatus* in *febribus meſentericis* & ad viſcerum *obſtruct.* referandas.

Sic *vis antiſeptica* augetur *Sal Ammoniac.* additis aliquot Granis *Camphorae*, in inſigni *febr. putridarum* & *malignarum debilitate*, uti ſimul quoque pariter ſuccumbentes naturae vires fere eriguntur.

In *febr. intermittent.* & *gangraena* hoc *Sal* efficacius interdum ſolo Cortice *Peruv.* hinc non ſatis ejus frequens - prudens vero ejus uſus requiritur. *Piderit.*

In *gangraena* variis morbis *pituitoſis* frigidis, in *tumoribus frigidis*; in *angina* ad *Gargarismata Sal Ammoniac.* & *Spiritus Salis Ammon.* confert.

USUS *Externus* praecipue redit ad *ſanguinem ſtagnantem* in *ſugillatis* & *contuſis* partibus reſolvendum; a putredine arcendum; in *luxationibus* & *fracturis*, *fibras* ſimul *roborandas*, a *gangraena* & *ſphacelo* praeſervandas, ubi tum *Sal. Ammoniac.* Unc. 1. in *Vini generoſi* l. *Oxycrati* Unc. 12. & ad partes affectas tepide fovendas ita adhibetur.

Loco Cortic. *Peruv.* tam pretioſi pauperibus inſervit ad fomentationes ſolum, vel conjunctim.

Sic cel. *Boerhav.* jam praeſcripſit in Liquore *antigangraenoſo*, qua fomento *Sal. Ammoniac. depur.* Unc. 2. cum *Aceti Rutae*, *Vini generoſi*,

Inſuſ. Scordii, ana Unc. 12. uti in *fomentatione frigida Schmucker* cum *Nitro*, ita combinatur, ut *Sal. Ammon. depurat.* — *Nitri depur.* ana Unc. 12. — *Aquae commun.* Menſur. 24. — *Aceti Vini* Menſur. 6. combinentur: & quidem ad praecipuum uſum in *inflammatis* partibus externis, capillis prius abraſis, frigide applicata - in *phrenitide, apoplexia* ſanguinea, in omni ſanguinis cumulo intra cranium; in capitis *laeſionibus*, poſt trepanationem: in *cephalalgia* ab orgaſmo ſanguinis, lintea hac fomentatione imbuta fronti & tempor. applicata, uti in *ophthalm. ſanguineis.*

Ulcera inſperſum *Sal. Ammon.* eximie ea purgat, uti in *Unguentis ſulphureis* ad *ſcabiem. Pringle.*

Externe confert *Sal. Ammoniac.* in *linimento volatili*, perquam utili in *rhevmatiſmo, arthritide*, tumoribus *frigidis reſolvendis*, *paralyſi.* &c.

Qua *antiſepticum* in fomento *externe* coercet *gangraenam*, in connubio *Camphorae*, *Myrrhae*, Cortic. *Peruviani*, *Nitri.* *Bicker.*

Caeterum ad *ulcera putrida* - *fiſtuloſa, ecchymoſin, oedemata*, *cyſticos & frigidos* tumores. *Cariei* exhalationem procurat, ſi ei *Sal. Ammon.* inſpergitur, ſed tegantur partes molles *ulceris*, ne nimio dolore afficiantur.

Qua *Gargar.* cum *Salviaé* decocto in *angina pituitoſa*; in *ſcabie* lotionis forma l. *linimenti* convenit.

In commotione *Cerebri* l. alius partis, aut viſceris, effuſionem humorum, & inflammationem ex atonia impedit, aut reſorptionem in ipſa effuſione procurat, qua fomentum ex *Aqua frigidiſſima*, cum *Sale Ammoniaco* adhuc magis refrigerata. *Plenck.*

DOSIS a Gran. 12—20. ordinario, in morbis *pertinacioribus* uti in *febr. intermittent.* ad Gran. 40. in majori doſi, in *ſphacelo-gangraena*, omni trihorio ad Gran. 30. & ultra, ſ. ad Drachm. 3. de die cum Cortice.

OBS. 1) Ph. *Danica, Roſſica* & *Suecica* praeſcribunt ut *Sal. Ammoniac. crudum* ſolvatur in *Aquae calidae* quintuplo; filtrata in vaſe vitreo ſolutio evaporetur ad pelliculam, & in cella reponetur, ut concreſcant *Cryſtalli.*

OBS. 2) Ad *Sal. Ammon. flores* ſimplices acquirendas *ſublimatio* non ſemper requiritur, ſolutione enim ſimplici in *Aqua*, & filtratione facillime poteſt acquiri depuratio, & in puro *Sale Ammoniaco ſublimatio Sal Ammoniacum* non amplius depurat. *Baldinger - Elwert.*

OBS. 3) *Sal Ammoniacum officinale* conſtat e partibus 52. Acidi Salis culinar. & partibus 40. Alcali volatilis, & partibus 8. Aquae commun., ſaporis ſalſi calefacientis ardentis, in igne plane volatile Sal continet 1,420. ſpecificam gravitatem, ſolubile in calore Reaumur. 13°. caloris in 3 1/2. partibus Aquae; in calore Reaumur 50°. in proportione uti 127: 240. — Spiritus Vini coctus continet $\frac{17}{240}$. ponderis ſui, frigidus vero vix $\frac{1}{32}$. tam in via ſicca, quam humida arrodit Zincum, Ferrum, Cuprum, & in ſublimatione ſurſum aliquid evehit, in Aqua cryſtalliſabile, uti nix, in forma flocculorum, alborum - ſolutum, perfrigefacit plane fluida corpora. *Sande & Hahneman.*

OBS. 4) *Sal Ammoniacum* praeparandi e Muria Salis culinar. (Mutterlauge,) communicat *Pie-*

penbring hancce methodum ; in pharmacopaeorum eorum gratiam, qui in vicinia ſalifodinae cujusdam vivunt, ut inſpiſſentur nempe muriae Sal. culinaris in copia haud exigua, (1 - 2. Anker.) & iteratur inſpiſſatio tamdiu, usque dum omne Sal amarum ex eo cryſtalliſationis ope plenarie elicitum ſit. — —
Sal ita acquiſitum vaſculo figulino immittitur, una vice tantum leniter comburitur, ad eo melius a parte reſinoſa liberandum, & in aëre libero aſſervandum, ſolutum in Aqua communi filtrandum, & cryſtalliſationi dein relinquendum. — Liquor hic remanens, (conſtans e terra amara, ſoluta in acido Salis, ſi lixivium terram calcaream continebat; — l. e terra calcarea in acido Salis ſoluta, & ſi non omne Sal amarum ex eo erat cryſtalliſatum, e Sale amaro eſſentiali;) diluitur, ad terram ex eo praecipitandam, cum quarta circiter parte Aquae, tum coquendi ad punctum Aquae bullientis. Adde tum huic ſolutioni Sal lixivioſum volatile, (ex unguibus, oſſibus, & urina optime elicitum, in Aquae communis copia ſufficiente ſolutum, usque dum omnis terra e muria praecipitata eſt, l. usque dum nulla efferveſcentia ſubſequitur; filtratur tum Liquor hic ammoniacalis a terra, inſpiſſatur, & cryſtalliſationi relinquitur.
Si forte in lixivio Sal amarum erat ſolutum, primum tum apparebit in forma cryſtallorum *Sal mirabile Glauberi*, (ſeparandum a lixivio remanente,) & tum *Sal ammoniacum* ordinarium. — Si Sal ammoniacum hic forte in initio ſtatim & primum adparet, & nullum Sal mirabile Glauberi, tum omnis Liquoris hujus

copia, in vaſculo figulino inſpiſſatur ad ſiccitatem, reſiduum comburitur ad albedinem, caeterum uti ſupra. — Salis ammoniaci uſtio in leniſſimo igne caute inſtituenda, requiritur, ideo, quia Muriae, (Mutterlaugen,) quamplurimum ſunt fuſcae, bituminoſae ſ. pingues, quae partes in lixivio ſ. in Sale hoc ita parato remanent, & Sali huic fuſcum colorem largiuntur. — Remanens terra praecipitata confert, ſi Muria erat terra calcarea, ad Magneſiam, caeterum confert ad colores ſic dictos Laccae.

Hacce via acquiritur ſemper Sal ammoniacum, qua remedium officinale electum, ad alias vero praeparationes oeconomicas non ſemper tum proficuum, hinc aliam adhuc commendat *Piepenbring*, ut Muriae magna copia, (Mutterlauge 1-2. Anker.) ad ſiccitatem usque inſpiſſetur, retortae ita immiſſae, ſuperfunditur ſucceſſive Olei Vitrioli - Aqua diluti tanta copia, quantum ad reſiduum requiritur. Deſtillatio tum ſuſcipitur ad ſiccitatem, omnibus probe prius lutatis; In excipulo acquiſitum, ſi non major Olei Vitrioli quantitas eſt affuſa, quam reſiduum ad ſiccitatem requirebat, purum erit acidum Salis culinaris, quod ſaturatur alcali volatili, inſpiſſatur parum Liquor hic Salis ammoniaci & cryſtalliſationi tum relinquitur.

Si purum acidum Salis culinaris additum eſt, in Cryſtallis tum formabitur prius Sal ammoniacum vulgare; alias vero prius Sal mirabile Glauberi, & tum demum Sal ammoniacum verum, quo tum Sal mirabile Glauberi a Cryſtallis Sal. communis probe eſt ſeparandum.

Qui cryſtallos non cupiunt, ii omnem copiam Sal. ammoniac. liquidi ad ſiccitatem usque poſſunt inſpiſſare, qualis praeparatio plus lucri ſemper profert.

Reſiduum in retorta eſt Sal amarum, uti & Selenit, ſi Muria non libera erat a terra calcarea, qui in Aqua commni eſt ſolvendus, evaporandus in vaſculo figulino, ſub motu perpetuo comburendus, iterum ſolvendus, filtrandus, & ad cryſtalliſationem reponendus. *Piepenbring.*

SAL AMMONIACVM CVPRO MIXTVM, ſ. *Ens Veneris*, vide *Cuprum Ammoniacale.*

OBS. 1) *Herold* ſuadet ad *Sal. Ammoniacum Veneris*, ſumendi *Vitrioli caerulei* depurat. part. 2. — *Alcali* volatile e *Sale ammoniac.* depurat. part. 3. contere accurate in mortario vitreo tamdiu, usque ad plenariam effervescentiae ceſſationem, & maſſa acceperit mixtionem aequalem coloris violacei, (Violet,) Ad lixivioſi Salis effectum in Vitriolum facilitandum, & promovendum, multum iſtud promovet in terendo, adſperſa Aqua in mortarium. Hocce mixtum involvendum eſt in chartam bibulam, ſiccandum in fruſto Cretae, in moderato aëre, tunc aſſervandum in vitro probe clauſo. *Herold.*

SAL AMMONIACVM MARTIALE, vide *Flores Salis Ammoniaci Martiales.*

SAL AMMONIACVM SICCVM, ſ. *Anglicanum extemporaneum*, ſ. *Sal volatile Ammoniacale*, ſ. *Sal. Ammoniac. volatiſatum*, ſ. *Alcali ammoniacale volatile.*

Rec. *Sal Ammoniac.* depurat. Drachm. 1.

Ciner. clavell. depur. ſ. *Sal Tartari* Drachm. 2.
Subito invicem miſceantur, & in vitris epiſtomiis probe munitis ſerventur.

Olei cujusdam deſtillati e. gr. *Lavendulae* Guttae aliquot commode pro lubitu quoque addi poſſunt.

VIS valde *penetrabilis, incidens, aperiens, digeſtiva, tonica, ſtimulans, nervina, excitans, exhilarans, reſolvens, antiſpasmodica, diaphoretica, antiſeptica, antarthritica, antiparalytica, antivenerea.*

USUS qua puriſſimum *Sal urinae*, pro Odoramento, *reſocillandi, reſuſcitandi lypothymicos, hyſtericos; fumigationibus* volatilibus parandis inſervit;

Ad mucum *reſolvendum* & *educendum* in *gravedine, otalgia, doloribus capitis;* in *defectu* virium vitalium; *lipothymicis, hyſtericis, ſpaſticis* morbis, & *convulſivis*, in *paralyſi; arthritide chronica, podagra.* In *morſu viperae antidotum.*

Nocet in *morbis inflammatoriis*, & vaſis capitis ſanguine *turgidis*, curandum hinc eſt, ne frequentior uſus - *inflammationem tunicae Schneiderianae* producet. *Succedaneum Salis Cornu Cervi.*

DOSIS a Gran. 3 - 12 - 30. largiori Doſi ab Oleo prius empyrevmatico liberatum hoc *Sal alcalinum.*

OBS. 1) *Reſiduum* confert ad *Sal digeſtivum febrifugum Sylvii.*

OBS. 2) Pharm. *Suecic. Roſſica, Fuldenſis* ſuadent *Sal. Ammoniac.* qu. plac. *Alkali Lignorum* depurat. l. *Cretae puriſſimae ſicciſſimae* duplum pondus. Separatim pulverata commiſceantur in cucurbita vitrea, balneo arenae commixta, addita pauca Aqua, & mox inſtitua-

tur tum congrua ſublimatio, probe ſemper adaptato lutato alembico; Alkali hoc ſumme volatile, ſublimatum ſub denſae cruſtae forma, lateribus excipuli ſe adponens, vaſis refrigeratis eximatur, & in vitris arctiſſime clauſis, in locum frigidum repoſitis, ſervetur probe, qua valde volatile, ad ſuave odoramentum.

OBS. 3) *Sal ammoniacum volatile ſiccum*, ſ. *Sal anglicanum volatile extemporaneum* parandi, *Pharm. Fuldenſis* ſuadet *Salis Alcali vegetabilis* depurat. Drachm. 2. — *Sal. ammoniac. Brunſuicens*. Drachm. 1. ſeorſim pulveriſata ſubito invicem miſceantur, & in vitris probe clauſis ſerventur, quibus pro lubitu Guttulae aliquot *Olei* cujusdam aetherei admiſceri poſſunt; & adhiberi *externe* qua *excitans*, *reſolvens*, *nervinum; interne* qua *ſtimulans - penetrans - antiſpaſmodicum - diaphoreticum*, *Doſis* Grana 2 — 10.

OBS. 4) *Sal volatile Salis ammoniaci* conſtat e Sale lixivioſo, continente $\frac{40}{100}$ Salis puri, $\frac{53}{100}$. Aëris fixi, & $\frac{7}{100}$. Aquae, ad cryſtallos octolaterales redacto, cum 4. angulis obtuſis, odoris volatilis, ſaporis pungentis mordentis - calefacientis - lixivioſi, & gravitatis ſpecificae 1,4076. Leni calore ad Thermometr. Fahrenheit 212°. avolans; & in partibus 2. Aquae commun. ad 50°. Fahrenh. ſolubile, uti in Spiritu Vini, praecipitat terras & metalla ex ejus ſolutionibus, & ſolvit, uti cauſticum cuprum ad Tincturam violaceam; caeterum acidis effervеſcit — Acquiritur vulgo per ſublimationem Cretae cum Sale ammoniaco.

Genuinum hoc Sal a mangoniſato determinant characteres, hi mox indicati; & ſi celeriter ac plenarie in lamella calida avolat, alias remanet Sal digéſtivum, ſi commixtum eſt falſo Sale ammoniaco & Sale Tartari; Caeterum debet eſſe amoene album & ſiccum.

Ob tam certam vim fortem hujus remedii, hoc Sal ſemper anteponendum eſt, & adhibendum loco *Spiritus Salis ammoniaci aquoſi* officinalis, qui aequale continet Sal ſolutum in Aqua, in copia vero indeterminata: ſi Spiritus hicce plane eſt pellucidus, & ope Alcoholis, ſi Sal ſuum, qua globulum coagulatum, (qua Offam Helmontii,) praecipitat, & ſi ita eſt ſaturatus, ut nullum Sal alcalinum volatile amplius ſolvere valeat, tum majori certitudine iſte poteſt adhiberi, alias nullo modo.

Sal Cornu Cervi ſic dictum eſt nil magis, quam Sal ammoniacale volatile, intime unitum cum parte quadam Olei animalis Dippelii; uti & ejus varietates, ſub aliis titulis ſuperfluis, *Sal Viperarum* &c. ſunt accurate iſtud, Sal *diaphoreticum - antihyſtericum.*

Genuinum debet eſſe ſiccum, amoene album, odoris non inamoeni - fere reficientis; coloris vero fuſci; humectans leve, foetidum, lamellis quaſi vitreis commixtum, ſemper eſt *rejiciendum*, qua *mangoniſatum.*

Loco hujus Salis vacare plane poſſumus Spiritu Cornu Cervi, qui non accurate determinanda ſua virtute, plane fit inuſitatus.— Urgente neceſſitate ſemper confert hic Spiritus, ſi tam fortis eſt, ut nullum Sal Cornu Cervi amplius

valet ſolvere, ſi inſtar Aquae pellucet, & ſuaveolet; hinc ſemper eſt rejiciendus flavus-foetens ſ. debilis, nil conducens, teſtimonio *Sande* & *Hahneman.*

OBS. 5) *Sal Mindereri* officin. ſ. *Alkali ammoniacum acetatum fluidum*, eſt Sal medium e partibus 5. acidi *Aceti*, partibus 3. Salis alcalini volatilis,& partibus 10. conſtans in forma Cryſtallorum magnorum, pellucidorum, rhomboidalium in Aqua & Spiritu Vini leviter ſolubilium, ſaporis pungentis incaleſcentis, & odoris ſubdulcis pungentis, poma redolens.

Cryſtalli, e ſaturatione orti *Aceti* frigore, viribus aucti cum Sale ammoniacali volatili ſicco, ſunt & manent plerumque ſicci, probe aſſervandi in vaſculis clauſis ab aëris influxu, iis tam nocivo.

Sublimatione paratum Sal, (e partibus aequalibus ſolutionis inſpiſſatae terrae calcareae in Aceto, & Sale ammoniaco,) apparet in floccis albis - levibus - ſiccis, in retortae parte ſuperiore, poſt tranſitum phlegmatis, ſe apponentibus, ejusdem vero qualitatis: non tam leviter diffluit, aſſervandum vero eſt in vaſculis probe clauſis, ne partes ejus conſtitutivae in aëre decomponentur.

Bonitas ejus apparet ex externo habitu, & ſapore ac odore, certiſſime vero ejus diſſolubilitas in Spiritu Vini, ſolutio, ab inſtillato Sale Tartari, odorem ſpirans volatilem lixivioſum; ab acido Tartari vero nullum Cremorem Tartari, uti Sal foliaceum; ab inſtillatis quibusdam Guttis Olei Vitrioli odorem volatilem pungentem acetoſum edit.

Hujus Salis loco utebantur olim Spiritu Mindereri officin., qui ſaepius vix Grana 2—4. hujus Salis continet, ſolutos in Unc. 1. Aquae commun., hinc plane infallibile eſt remedium ob praeparationem ejus non tam accuratam, & majorem l. minorem vim abhinc pendentem, & leviorem mangoniſationem, usque dum ſcientia medica ad formam ſiccam redigere potuit, quae ſemper eſt anteponenda formae fluidae.

Acetum Salis ammoniaci corpori noſtro eſt ſemper convenientiſſimum *diaphoreticum*, leniter & certo efficiens, calidis potulentis ſumtum; caeterum in frigido regimine *diureticum* eſt eximium, a 15—30. Grana pro Doſi.

Sande & Hahneman.

SAL ANGLICVM DEPVRATVM.
ſ. *Epſomenſe.*

Rec. *Sal. Anglici* Unc. 12. ſolve in

Aquae fontan. fervent. Unc. 36. Evapora ad cuticulam, in loco frigido repone, ad formandos Cryſtallos, quae omnes ſiccandae, & uſui aſſervandae ſunt. *Piderit.*

VIS Salis hujus *acidum Vitrioli* continentis & *Sal amarum, laxans, antiphlogiſticum, purgans*, in majori Doſi; *incidens*, *digeſtiva*, *diuretica* in minori a Gr. 30—60.

USUS ad *obſtruction. alvi;* cruditates e primis viis eliciendas.

DOSIS in tenerioribus ad Unc. 1/2. in *adultis* & robuſtioribus ab Unc. 1.—ad 1—1/2—2. interdum, & quidem ut in *Aquae* calidae qu. ſuffic. ſolvatur, & partitis hauſtibus capiatur. Scopo

laxante adulto Unc. 1. ſufficit. Drahmae aliquot quoque adduntur, ad acuenda alia remedia *laxantia.* — *Suaviſſime* ſumitur hoc *Sal* in *Aqua* fontana fervida ſolutum, cum addit. qu. ſuffic. *Syrupi emulſivi.* *Piderit.*

OBS. 1) *Nocet* in *dyſenter.* & *inteſtinorum inflammationibus.* *Piderit.*

OBS. 2) Loco *Sal. anglici* ex officinis *Sal mirabile* haud raro venditur, quod ſaporem *refrigerantem* habet, & ſenſim in pulverem album convertitur. Solutum ſi in loco frigido cryſtallifationi ſervatur, Cryſtalli *Salis mirabilis* ſeſe in vaſe oſtendent. *Biedermann.*

OBS. 3) *Sal amarum anglicum, Epshomenſe, - Sedlicenſe* officin. eſt Sal compoſitum e partibus 11. *Magneſiae* purae, partibus 30. *acidi Vitrioli,* & Aquae commun. partibus 53. magis amarum quam Sal mirabile Glauberi, magis *temperans* & ſaporis acris - ſalini. — Cryſtalli ſunt plerumque columni plani cum 6. lateribus, oppoſitis non tam latis ac reliqui 4. oblique oppoſiti, cum 2. planis ſuperficiebus rhomboidalibus, inaequaliter magnis lateribus acutis.

In aëre manet ſiccum - pellucidum, & ſolvitur ad Fahrenheit calorem 54°. in proportione Aquae, uti 10:13.

Si humeſcit additum: tum eſt Sal acidum terreum, ſubito patens inſtillata ſolutione Argenti Vitrioli, quo praecipitatur Luna cornua. — Si fatiſcit in pulverem, ſ. ſi acquirit ſuperficiem farinaceam, tum magis vel minus Sal mirabile Glauberi in eo contentum eſt, cujus copia, ſi eſt exigua, valde difficulter

poteſt accurate determinari, quod melius fit praecipitatione Terrae ſalinae amarae cum Aqua Calcis fervente, inſpiſſatione lixivii filtrati, ſeparatione Gypſi & cryſtalliſatione ad Fahrenheit 32°.

Ita pateſcit mangoniſatum Sal anglicum, e Sale mirabili Glauberi paratum, concuſſione lixivii in cryſtalliſatione, in tam minimos redactum Cryſtallos, tum ſimiles Sali amaro. — Si Sal tale amarum ſpurium in 8. partes Aquae fervidae ſolvitur, & lixivium in calore Fahrenheit 32°. major copia Cryſtallorum Sal mirabile Glauberi accurate deteget, in hoc frigoris gradu enim in Cryſtallos fere tranſierunt, in hac enim copia Aquae communis nil cryſtalliſatur a Sale amaro. — Lixivium remanens examinatur per Sal Tartari liquidum, & ſubſequens praecipitatum ad Sal amarum. Sal enim Glauberi minime turbeſcit cum Sale lixivioſo.

Caeterum confert hoc Sal amarum qua *laxans* ad Unc. 3 — 4 — 6, eſt quoque *antiſepticum*; non Sal mirabile Glauberi antecedit, hujus uſu frequentiori hoc Sal anglicum variis locis plane fit exſoletum. *Sande. Hahneman.*

OBS. 4) *Sal amarum*, (e Salifodinis quamplurimum acquiſitum,) continet plerumque *Terram calcaream* in connubio cum acido Vitrioli, & Salis culinaris, & Terram amaram cum acido Salis, & aliquid pinguis. Ad Sal purum acquirendum, caute inſtituenda eſt haecce ſeparatio acidi Salis a Terra amara, & reliquarum partium heic inutilium, ſi lixivium ſalinum ſ. Muria inſpiſſatur ad ſiccitatem, reſiduum immit-

immittitur in vaſcula terrea non incruſtata, ſuperfunditur ſucceſſive ſub perpetuo motu cum Oleo Vitrioli, tamdiu usque dum nulli vapores Salis culinaris exſurgunt, immittitur tum maſſa vaſculo fuſorio, igni exponitur, & ſub aequali motu tamdiu relinquitur, usque dum cum maſſa conjunctum acidum Salis culinaris plane expulſum eſt; maſſa tum refrigerata ſolvitur in Aqua communi, ſolutio filtratur, & cryſtalliſationi reponitur, ſi nulla reliqua evaporatio requiritur.

Hacce via acquiritur ſemper Sal amarum purum, non ſolum a Terra calcarea, ab acido Salis culinaris, & pinguedine liberum, ſed in aëre quoque commode aſſervandum; haecce methodus ſemper bene obſervanda eſt, niſi nimia copia *Terrae calcareae* praeparationem hancce impedit.

Ante cryſtalliſationem Salis amari ſeſe manifeſtabit, annon Sal culinare in lixivio ſit ſolutum, quo tum in initio Sal mirabile in Cryſtallis apparet, quod commode poteſt ſeparari e reliqua ſolutione ſalina. *Piepenbring.*

In Parte 3. annotat *Piepenbring*, maſſa ad Sal amarum parata, ſi acidum Salis culinaris ea junctum, expulſum eſt ex ea, & plenarie eſt refrigerata, in Aqua communi ſoluta, & non expulſa eſt, & ſi forte nimium adſuſum eſt acidi Vitrioli, nec ab eo liberatum plenarie, ſufficienti tum copia Terrae amarae ſaturanda ea eſt, caeterum uti ſupra pertractanda haec maſſa.

SAL ANTIHYSTERICVM-ANTIHYPOchondriacum-*antifebrifugum* - *digeſtivum Sylvii*, vide *Alcali volatile* e *Sale Ammoniaco.*

Sss

SAL APERITIVUM FRIEDERICIANVM. ſ. *Sal Mirabile Glauberi naturale*, vide *Sal Mirabile Glauberi.*

SAL BENZOINVM, vide *Flores Benzoes.*

SAL CATHARCTICVM AMARVM, vide *Sal Mirabile Glauberi.*

SAL CHINÆ ESSENTIALE, vide *Extr. Cortic. Peruvian. Garayanum.*

OBS. 1) *Ph. Herbipolit.* hancce communicat praeparat. e *Cort. peruv. eleƐt.* Unc. 2. — *Aquae frigidae* Unc. 48. In lagena vitrea ſine calore macerentur per 2. dies, ſaepius per diem vas agitando. Liquor decantatus per chartam emporeticam filtratus evaporet ſine ebullitione ad Unc. 12. reſiduum; haec poſtquam refrixerit, noviter filtretur, & in plures patinas planas effuſa, balnei mariae ope inſpiſſetur, ad Extractum ſiccum, bruneum, ſplendens, patinis fortiter adhaerens, cultri inde ope ſeparandum, in *Aqua* ſolubile, in *Spiritu Vini* poſt moram fundum petens.

SAL CORNV CERVI ALCAL. VOLATILE, vide *Oleum Cornu Cervi foetidum.*

VIS *humores attenuans*, *diuretica*, *diaphoretica*, qua valde penetrabile *tonum excitans*, *ſecretiones* promovens, motus *excitans*, & *ſanguinem*; uti & *ſtimulans*, *reſolvens*, *antiſpaſmodica*, *antiſeptica*, *cardiaca*, *analeptica*.

USUS idem cum *Salis Succini*; ad morbos *arthriticos*-*podagricos*, qua *diaphoretic.* mane Gr. 2. ad *paralyſin*; in *ſphacelo ſenum* Cort. *Peruv.* antecedens, in *febr. malignarum* ſumma *debilitate*, ad *pulſum* erigendum; in morbis *ſpaſticis*,

convulſivis, *biliofis*, *putridis*; ad *exanthemata febrilia* pro- vel revocanda; in defectu virium vitalium, in *lipothymicis*, *hyſtericis affectib.*; in *gangraena ſicca ſenum - exhauſtorum*, cum Cort. *Peruv.* ſubito ſeparat: uti omnia *alcalina*, ad mala, a *ſcrophulis* l. *acrimonia acida*, orta.

DOSIS a Gran. 3 — 12. *largiori Doſi*, ab Oleo empyrevmatico liberatum prius, & albiſſimum debet eſſe.

OBS. 1) *Salia* haec cum *Aceto Vini* digeſta & deſtillata, *gratiora*, multo vero *debiliora irritantia* evadunt, etſi contra putredinem valentiora. *Piderit.*

OBS. 2) *Nocent* ſenibus *irritantia* iſta fortiora ob vaſorum eorum rigiditatem, irritamini non cedentium, apoplexiam, extravaſationes leviter inducentia, in fortiori copia. Nocet in *motibus* per ſe nimis *intenſis*. Facilius tamen *ſenes* - quam *juvenes*, - *phlegmatici* quam *ſanguinei* & *plethorici* poſſunt perferre.

OBS. 3) Ph. *Roſſica* praeſcribit *Sal. Cornu Cervi*, *Olei* parergon, ut rectificetur cum *phlegmate* ſimul prolecto, dein mixtum cum *Cornu Cervi* uſto ſublimetur.

OBS. 4) *Göttling* & *Königsdörfer* communicant hancce praeparationem ad *Sal. Corni Cervi artificiale* acquirendum, ſi *Sal volatile alcalinum Sal. Ammoniaci* Cretae ope, e *Sale Ammon.* per ſublimationem ſeparatur, tum huic miſcelae e *Sale Ammoniaco* & *Creta*, *Oleum Cornu Cervi*, ſ. *Oleum* ex *Oſſibus animalium* tantum debet addi, quod genuino *Sali Cornu Cervi* in omnibus convenit; & quidem *Sal. Ammoniac. ſicci* Part. 4. -- *Cretae* Part. 5. -- *Olei*

ex *Oſſibus foetidi* Unc. 1. — Drachm. 10 deſtillentur uti *Cornu Cervi*, quod exhibet Unc. 24.

Diſpenſat. *Fuldenſe* cupit *Sal. volatil. Cornu Cervi* impuri, ſub deſtillatione *Olei Cornu Cervi* ſublimati qu. plac. ſublimandi cum Pulvere *Cretae* ⅓. ponderis parte.

OBS. 5) *Ph. Würt. Edit. nova*, ob tam deſideratam puritatem, tam raro & difficile obtinendam methodo conſueta, aliam hinc commodiorem & meliorem communicat, e *Sal. ammoniac. depurat.* ſicci Unc. 4. — *Cinerum clavellator. exſiccator.* Unc. 8. — *Olei Cornu Cervi* l. alior. *Oſſium* parat. Drachm. 1. Miſceantur & immittantur retortae vitreae in balneum arenae reponendae, e qua in vas recipiens, juncturis bene clauſis, adaptandum, *Sal volatile* ſufficiente ignis gradu expellatur.

OBS. 6) *Sal Alcalinum volatile* parat *Weſtrumb.* e *Salis ammoniaci* Parte 1. — *Cinerum clavellatorum ſiccorum* Partib. 2. (qualis mixtio e Libra 1. *Sal. ammoniac.* exhibet *Alkali volatile* Unc. 13 — 14.) cui mixturae ſi additur tantum *Olei Corni Cervi* $\frac{3}{17}$ ad ſublimandum dein, acquiſivit tum ſimplici valde via *Sal Cornu Cervi artificiale*: Verum enim *Sal Cornu Cervi* continet perpetuo quid *Alkali volatile phosphoreſcens acidum*. Methodum hancce inprimis commendat *Piepenbring*.

OBS. 7) *Sal Cornu Cervi ſuccinatum* officinale, eſt Sal ſublimatum e ſolutione ſaturata, & filtrata Salis Cornu Cervi & Succini, leve, flocco-ſum, ſubluteum - ſaporis frigidi pungentis & amaricantis, odoris plane peculiaris exhila-

rantis ; cryſtalliſatione paratum format Cryſtallos in forma acuum.

Genuinum omnes characteres Salis medii continet, in Spiritu Vini leviter vero eſt ſolubile, ſubito avolat, lamellae calidae immiſſum, ab Oleo Vitrioli guttatim immiſſo, nec vapores albos cum Odore, nec Acidum ſalinum, nec vapores rubros Aquae fortis emittit. Sal hocce genuinum eſt commodum ſuccedaneum *Liquoris Cornu Cervi ſuccinati* officinal. quo plane dein carere poſſumus; qui variis mangoniſationibus eſt ſubjectus, excepto ejus phlegmate copioſo ſuperfluo, & viribus ejus exiguis. — Melioris notae eſt ſuflaveſcens, ſ. coloris aurei - ſuaveolens, & ſaporis proprii ad hoc Sal; Spatium Unc. 1. Aquae continere debet hujus Liquoris Grana 560. in Gradu 10°. Reaumur; nec colorem turbidum debet continere; nec foetorem; nullas ſupernatantes Guttas Olei cujusdam; Syrupum Violarum non rubeſcere, nec Tincturae Curcumae colorem in fuſcum debet mutare.

Saepius eſt *mangoniſatus* larga copia *Salis ammoniaci*, & cum copia quadam *Olei Succini* ac *Corni Cervi*, quod patet Cryſtallis Salis ammoniaci niveo - piloſis, qui oriuntur addito Alcohole & Spiritu Vitrioli dulci; l. praecipitatione Lunae corneae, & Saturni cornei addita hac ſolutione metallica in acido Nitri. — Saepius nil continet quam *Spiritum Mindereri*, & ad ſuaveolentiam redact. hiſce duobus additis Oleis: qui patet per additum vaporem Aceti volatilem, l. inſtillatum Oleum Vitrioli. — Saepius nil continet quam *Tartarum ſolubilem Neuman.* ſubito ſe manifeſtantem

praecipitato Cremore Tartari, addito Acido quodam huic Spiritui.

Eximii eſt *uſus* hoc remedium, ſi ob debilitatem ſ. ſpaſmum exanthemata, & podagra retrocedunt; inprimis quoque ubi vires ſunt excitandae, ſpaſmi (hyſterici) leniendi, & evacuationes, (praeſertim cutaneae,) promovendae ſunt, & quidem qua Sal ad Grana 2 - 8. in forma vero fluidi ad Guttas 15 — 60.

Sande & Hahneman.

SAL MARTIS SEU CHALYBIS,
ſ. *Vitriolum Martis factitium.*

Rec. *Acidi* ſ. *Spiritus Vitrioli* tenuis Unc. 12.
Aquae fontan. Unc. 36. diluti, affunde ſenſim partitis vicibus,
Limaturae Martis ſ. *Ferri* puriſſim. Unc. 12.
Stent per nychthemeron, tum filtra, & evapora ad cuticulam, quo tum in loco reponatur frigido, ad formandos Cryſtallos.

Liquor remanens denuo evaporetur, & labor tamdiu repetatur, usque dum non amplius appareant Cryſtalli. *Piderit*, Ph. *Londinenſis, Suecica.*

Ph. *Suecic.* nova Edit. cupit *Acidi Vitrioli* Unc. 8. — *Aquae fluviatil.* Unc. 24. caute commixtis adde *Ferri Limaturae* puriſſimae Unc. 4. digere per 12. horas. Caeterum uti ſupra.

VIS *reſolvens, aperiens, roborans, anthelmintica.*

USUS in viſcerum *obſtructionibus*, cum humorum *ſeroſorum* copia ſimul juncta; in *atonia* partium, ad reſtituendos ſanguinis fluxus, a talibus ortos cauſis.

In *hyopochondriacis, haemorrhoidibus pituitoſis,*

in *obſtructionibus* glandularum meſaraicarum infantum; *rachitide* ipſa & *atrophia*; in *febr. intermittentibus*; - ad expellendum *lumbricum latum*; vermium *nidos deſtruendos*; expellendos humores *pituitoſos*, & *fibrarum tonum* ſimul augendo; - in *chloroſi - cachexia*.

DOSIS *Infantibus* infra annum Grani dimidia pars ſufficit. 2 — 3. annorum Gran. 2. Annor. 14. Gran. 3 — 8. pro Doſi. Adultis Gran. 20. a minori Doſi incipiendo ad majorem aſcendendo.

OBS. 1) Probe curandum ne *Limatura Martis Cupreis* l. *Aurichalci* partibus ſit inquinatum. Patet id optime, ſi in *Aquae commun.* Unc. 1. ſolvitur *Salis Martis* Drachm. 1. ſolutioni tum huic cultrum politura ſplendens immittitur.

Si colorem non rubicundum induit, ferrum iſtud, ad hoc *Sal Martis* ſumtum, qua *puriſſimum cenſendum* eſt. — Si culter vero ſolutioni *Salis Martis* immiſſus, rubicundum colorem acquirit, *Cupri* l. *Aurichalci* partibus inquinatum eſt; ſi purum enim eſt, *ſolutio* ab inſtillato *Spiritu Sal. Ammon.* colorem ſuum non mutat. *Piderit.*

Sollicite curandum eſt, ne *Limatura Martis* aliis *Metallorum* ſpiculis, *Cupri* l. *Aurichalci* ſit inquinata: *Vomitus* enim & alia periculoſa ſymptomata facile poteſt excitare.

OBS. 2) *Sal Martis officinale* eſt Sal medium, conſtans e *Marte dephlogiſtiſato* & *Acido Vitrioli*, Cryſtallos obtuſe - quadratos formans, qua ſaturati viridis ſunt coloris, ſine quodam violaceo colore, valde leves, in aëre in pulverem ſubflavum fatiſcentes. Continet partes 44. *Aquae*, - *Acidi* partes 36.

& *Martis* partes 20. eſt ſolubile in partibus aequalibus *Aquae* ad *Reaumur* 40°.

Quo magis color eſt glaucinus, eo minus in aëre diffluit in pulverem, eo magis eſt adulteratus cupro, uti alias conſuetus venalis, ad internum uſum nocivus, & tantum ad externum proficuus. Partes *cupreae*, non genuinae patent, ſi tantum portio quaedam in partibus 20. Aquae communis ſolvitur, Aqua Cinerum Clavellatorum praecipitatur, & Guttae quaedam *Spiritus Salis ammoniaci* inſtillantur, qui partes cupreas praecipitati ad Tincturam violaceam extrahet. E *Marte* & *Acido Vitrioli* diluto compoſitum eſſe debet, coctio enim venalis cum Limatura Martis in vaſculis ferreis non decomponit partes Zinci, in conſueto alias praeſentis. —

Ad *roborandas* primas vias, ad *hydropem*, uti & *lumbricos* interne ad Grana quaedam confert; uti *externe* ad *haemorrhagias* inſperſum, & in ſoluta forma qua *externum roborans*. *Sande & Hahneman.*

SAL DE DVOBVS PARISIENSIVM, vide *Arcanum duplicatum.*

SAL DIVRETICVM, vide *Arcanum Tartari*, & *Terra foliata Tartari.*

SAL DIGESTIVUM SYLVII, vide *Sal ammoniacum ſiccum.*

SAL EPSOMENSE, vide *Sal. Anglicum.*

SAL HERBARVM PER INCINERATIONEM *paratum*, vide *Alkali fixum Herbarum* ſ. *Sal Abſynthii vegetabile alcalinum.*

SAL METALLICVM &c.
vide *Lapis infernalis.*

SAL MICROCOSMICVM,
vide *Phopſhorus.*

SAL MIRABILE GLAVBERI,
ſ. *Alkali minerale vitriolatum*, ſ. *Alcali Salis culinaris* cum *acido Vitrioli* junctum, ſ. *Soda vitriolata*, ſ. *Sal catharcticum amarum*, ſ. *Sal aperitivum Friederician.*

Rec. Reſidui *Acidi Sal. commun.* ſ. *Spiritus Salis commun. acidi* Unc. 24. ſolvuntur in

Aquae fontanae fervidae Unc. 48. filtrantur per chartam emporeticam, evaporantur dein leni ignis calore ad cuticulam, reponuntur in loco frigido quieto ad cryſtalliſationem, quales Cryſtalli in aëre non deliqueſcentes, in charta emporetica, in umbroſo loco ſiccandi ſunt; in fundo remanens Liquor corroſivus a cryſtallis probe eſt ſeparandus.

Qui ſi nimis *acres* fuerint nova ſolutione, & cryſtalliſatione miteſcunt. *Piderit* — *Mellin.*

VIS *interne* leniter *aperiens*, *incidens*, *detergens*, *ſtimulans*, *reſolvens*, *digeſtiva*, *diuretica*, in majori Doſi *laxans*; *catharctica amara*, *purgans* leniter.

In *Aqua commun.* larga portione facile ſolubilis.

Placide *evacuat ſaburram* & *bilem fervidam*, non *exaeſtuat* nec valde *ſtimulat.*

USUS ad *humores craſſos incidendos*, *urinam* movendam & *alvum lubricam* reddendam, in variis morbis. Qua *Sal* medium confert in diſſolutione & expulſione impuritatum in primis

viis ad Unc. 1. pro Doſi unica, ſ. in *Mixturis* commixta.

In morbis ab *obſtructione* l. a *ſaburra tenaci* primarum viarum.

Caeterum praecipuum *ingrediens Aquae Pragenſis aëratae;* vide plura Aqua aërata Pragenſis.

DOSIS ſcopo *laxandi* a Drachm. 2 — 6. *purgandi* ad Unc. 1 — 2. adulto; in minori a Gran. 20 — 30. qua *incidens*, *digeſtivum*, *aperiens*, *diureticum*. ſcopo *reſolvendi* a Drachm. 1 — 3. Nimis infirmatis *refracta Doſis* eſt praeſcribenda.

OBS. 1) Si hoc *Sal* ex *Alcali Salis* communis & *acido Vitrioli* praeparatur, in *Aquae* fervidae ſextuplo ſolvendum eſt, ſolutum parum inſpiſſandum, in vitro magno reponendum, ad conformationem pulcherrimorum magnorum Cryſtallorum ſingularis formae, in aëre non deliqueſcentes, & calore in pulverem album fatiſcentes. Ph. *Würtenb.*

OBS. 2) Facta in *Aqua* ſolutione *Salis* hujus, ſi *purum* fuerit, addito *lixivio alcalino*, *nil Terrae alcalinae praecipitatur*; ſi *impurum* - *lixivii* ope *alcalini* depurati - commode poteſt detegi, denuo cryſtalliſando. Ph. *Würtenb.*

OBS. 3) *Sal* hoc *rite praeparatum*, & in pollinem redactum, *triplo Aceti*, *Cereviſiae*, *Vini* l. *Aquae* mixtum & repoſitum id *conglaciat*. Addito *Carbonum pulvere* & in crucibulo fuſum, ſine Sulphuris additione maſſam exhibet *Hepar Sulphuris* dictam, a qua verum Sulphur minerale praecipitari poteſt. Ph. *Würtenberg*.

OBS. 4) Pharmacopaei *Sal* hoc a *ſeplaſiariis* minori pretio emunt, quam illud venit, quod

ipſi parant, ſed tunc ab iis uti *Sal anglicum*, probe depurandum eſt. *Piderit.* Quidam ab iis emunt, qui in officinis majoribus *Sal Ammoniacum*, in majori copia conficiunt, & e reſiduo iſto *Sal mirabile Glauberi* conficiunt minori pretio, quam expreſſa combinatione *Alkali Salis culinar.* & *Acidi Vitrioli.*

OBS. 5) Juſta & *plenaria ſaturatio Salium mediorum*, e. g. *Tartari vitriolati*, *Tartari tartariſati*, *Salis mirab. Glauberi* optime apparet, ſi iſtis *ſolutis Salibus mediis* in *Aquae commun.* ſuffic. quantitate, inſtillatur *Acetum Vini* concentratum, nulla tum oritur effervefcentia in exacte paratis, & plane ſaturatis: contrarium vero in non juſte ſaturatis. *Piderit.*

OBS. 6) Peſſimo more *Salia* iſta coquuntur in *vaſis cupreis;* facile id quod apparet Salibus hiſce in *Aqua* ſolutis, ſi *Spiritus Salis Ammon.* cum *Calce viva* paratus inſtillatur, quod exhibet ſolutionem coerulei coloris. *Piderit.*

OBS. 7) *Ph. Würtenb. nova Editio* communicat hancce praeparationem. Ipſa natura hoc Sal in *fontibus ſalinis* producit, poteſt varia ratione v. g. ſub praeparatione *Salis Ammoniaci*, (ex acido vitriolico, *Sale communi & Alkali volatili* obtenti,) acquiri, ſed in *pharmacopolis* plerumque *paratur* ex iſto *reſiduo Sale*, quod poſt *deſtillationem Spiritus Salis Glauberiani*, in fundo retortae vel cucurbitae reperitur, dum *Aqua fontana* fervida diſſolvitur, ſolutio filtratur, & evaporatur, donec pelliculam formare incipit. Quieti tum in loco frigido reponitur, ubi in maſſam glacialem coire ſolet. In fundo manebit Liquor corroſivus, a Cryſtallis ſeparandus.

Si vero *Sal* ille ex *Alkali Salis communis* & acido Vitrioli conſtans, in Aquae fervidae ſextuplo ſolvitur, ſolutio parum inſpiſſatur, & in vitro magno reponitur, tum concreſcit in pulcherrimos Cryſtallos, ſingularis formae, ſatis magnos, in aëre non deliqueſcentes, & calore in pulverem album fatiſcentes. Facta in Aqua ſolutione Salis, ſi purum fuerit, addito lixivio alcalino, nil Terrae alcalinae praecipitatur, ſi impurum, lixivii ope alcalini depurari poteſt, denuo cryſtalliſando. *Sal* rite paratus & in pollinem redactus, inquit ea, triplo *Aceti*, *Cereviſiae* l. *Vini* l. *Aquae* mixtus & repoſitus, cryſtalliſatione ſua conglaciationem refert. Addito Carbonum pulvere & in crucibulo fuſus, ſine *Sulphuris* additione maſſam exhibet, *Hepar Sulphuris* dictam, e qua verum *Sulphur minerale* praecipitari poteſt. *Interne* leniter *incidendo*, *detergendo*, *ſtimulando*, *urinam pellendo*, *alvum pellendo*, *reſolvendo* laudem meretur.

OBS. 8) *Sal mirabile Glauberi*, & *Acidum Salis culinaris Bindheim*, qui Unc. 12. *Sal. culinaris* immiſſis retortae vitreae, 10. Berliner Quart continentis, affuſit per vitreum infundibulum mixturam, paratam e Libris 12. *Aquae deſtillatae*, & *Olei Vitrioli anglici* Libr. 7. caute commixtis, tum tubus intermedius vitreus amplus, a 30 Quart, cum luto congruo, acidis mineralibus reſiſtenti, munitus fortiter applicabatur, retorta haec, antea immiſſa figulinae patinae, arena ſubtili impleta, furno reverberii reponebatur, e quo tantum roſtrum eminebat; omni apparatu probe exſiccato, ignis lenis in initio applicaba-

tur, tum fortius augebatur ignis gradus, quo *acida pars* in horarum 12. ſpatio plane tranſiit, ponderis $15\frac{3}{4}$ Librae, valde concentrata, & fumans: Reſiduum in retorta in Aqua calida ſolvebatur, & ob acidum praedominans cum Alcali minerali plane ad Sal neutrum ſaturabatur, poſt evaporationem filtrabatur, & ad cryſtalliſationem reponebatur. Omnes hi Cryſtalli in Aqua communi iterum ſolvebantur, & ad cryſtalliſationem redigebantur iterum, ad 15. Libras - Cryſtallorum inſignis magnitudinis & pellucidatis. *Bindheim.*

OBS. 9) *Sal mirabile Glauberi officinale* eſt & *naturale* & *artificialiter* praeparatum, conſtans e columnis magnis - plano - compreſſis inaequalibus ſexagonis, in fine Cryſtallis biſulcis, e partibus 56. Aquae conſtans, acidi Vitrioli partibus 19. & partibus 25. Salis alcali mineralis; ſaporis temperantis - valde amari. — *Genuinum Sal mirabile Glauberi* nec Eſſentiam Fernambuci - nec Tincturae Lacmus colorem debet mutare; nec turbeſcere ab inſtillato Sale lixivioſo: i. e. nec continere debet Sal lixivioſum in nimia copia, nec acidum; nec Sale terreo, l. Sale amaro, l. Calce acido ſalino, l. Magneſia ſalino-acida, l. Alumine &c. debet eſſe mixtum: alias non eſt *genuinum.*

Crepitatione in igne, & ſtridore, uti & praecipitatione *Lunae corneae* ab inſtillata *Luna vitriolat.* patet ſubito, an *Sale culinari* in ſubſtantia, l. ejus acido ſit *mangoniſatum.*

Quo magis dilutum eſt lixivium, eo tenuiores fiunt Cryſtalli Salis mirabilis Glauberi, eo facilius cum Nitro depurato, primo intuitu,

poſſunt leviter commutari; ſapor & detonatio uti pulvis tormentarius carbonibus immiſſus leviter detegitur, an hoc Sal pretioſum inſpirato immixtum ſit.

Ob tam exiguum pretium, quo hoc Sal recentioribus temporibus, e Sale culinari, & Acidum vitriolicum continentibus corporibus componitur, ad *univerſale Sal laxans* mox redigitur, & Sal amarum eo excluditur, & id omni jure, qua magis temperans, ſaporis jucundioris, & tamen ſubtiliter *laxans* ad Unc. 2—4—6.— In minori Doſi eſt eximium *diureticum*, & magis *temperans* Sal quam Nitrum. — Caeterum confert eximie, pannum laneum particulis Salis mirabilis Glauberi inſperſum, circum vitrum, impletum quodam potu, convolutum, ſucceſſive in externo latere humectatum Aqua ordinaria, in itineribus potus varios inſtar glaciei exiguo & levi modo, perfrigefacere. *Sande* & *Hähneman.*

OBS. 10) *Sal mirabile Glauberi* rite parandi hancce viam ſuadet *Piepenbring* - *Salis culinaris* Pars 1. inſpergitur cum Aquae fervidae parte 4. additur tum *Vitriolum Martis* purum vulgare $\frac{3}{4}$. in aheno ferreo - in igne tamdiu miſcentur ad intimam mixtionem, & usque dum nil remanet poſt refrigerium adhaerens manibus. Haecce mixtio ad longitudinem laminae ligni, ad altitudinis cujusdam & craſſitiei, imponitur, & poſt refrigerium in partes minores dividitur, quae uti lapides calcarei, fornaci calcareae imponuntur invicem, & lateribus coctis ita circumſepiuntur, ut inter maſſam & lateres coctos ſpatium 4. pollicum, & aperturae 6. pollicum in diametro

remaneat. Ad expellendas fluidas partes ſuperfluas lenis in initio requiritur ignis, cujus gradus ſucceſſive augetur ad fuſionem & incadeſcentiam, maſſae, ad omne acidum expellendum, per 8. horas ita continuandum.

E furno tum aperto ſolvitur Sal mirabile, conſtans ex Acido Vitrioli & Alkali minerali, in Aqua communi, quo Terra martialis ſubito ſeſe ſeparat, & cryſtalliſatio fit conſueto more. — Si forte nimium acidi Vitrioli in eo contentum ſit, addi tum poteſt Alkali minerale; — Si vero copia Salis culinaris eſt nimia, in evaporatione tum a ſe ipſo ſeparatur, obſervat. van der *Ballen*.

In ſaliſodinis qui habitant, valde commode & leviter poſſunt iſti ſibi comparare *Sal mirabile*. Lapis ſic dictus ſalinae, (*Salzpfannenſtein*,) continet plerumque hoc Sal mirabile, contundendum tantum ad pulverem groſſum, Librae 12—20. hujus pulveris, in ahenum ferreum immittendae ſunt, continentem amphoram 1. & 1. 1/2. Aqua implendum, & mixtionem dein coquendam ad cuticulam, quantum decantatur ſolutio - filtratur, cryſtalliſationi committitur in alveolo ligneo, mox tum Sal mirabile cryſtalliſatum manifeſtans.

In aheno remanens non ſolutum Aqua iterum ſuperfunditur, coquitur iterum caeterum uti ſupra, quod continuandum quoque eſt, usque dum tota copia Lapidis ſalinae ſoluta eſt, & quavis coctione - cryſtalliſatione omnes partes ſalinae ſint extractae.

Solutio remanens Lapidis ſalinae, nullum Sal mirabile amplius continentis, adhibetur iterum ad Sal amarum & Magneſiam; ob majores

ſumtus & exiguos fructus melius adhibetur ad Caerulaeum Berolinenſe, l. ad Acidum Salis culinaris, l. ad Sal ammoniacum, & viridem Colorem Brunſuicenſem.

Caeterum notandum eſt, ſi Muria terram calcaream - & amaram continet ſaturatam cum Acido Salis culinaris, continet uterque praeter Sal mirabile, & aliquid Salis culinaris, Lapis ſic dictus Salinae, (Salzpfannenſtein,) & ultima cryſtalliſatio Salis mirabilis acquiſita e Lapide Salinae iisdem eſt ſubjecta fatis, uti Salia e Muria (Mutterlauge,) acquiſita, humeſcentia nimirum in aëre.—Si praeparatum eſt Sal mirabile e lapide Salinae, ultima tum ſolutio & cryſtalliſatio ſeparatim aſſervanda eſt, vulgo enim continet Terram ſuperius jam indicatam calcaream & amaram, Acido Salis culinaris ſaturatam; reiterato quoque ſolvenda ſunt omnia, Terra praecipitanda, ac omnia tum iterum ſuſcipienda, uti ſuperius. *Piepenbring.*

In Parte 3. *Piepenbring* contendit *Salis mirabilis Glauberi* tam varios exſtare praeparandi methodos; *Ballens* methodum non plane rejicit, cum multis vero ambagibus inſtituenda eſt, hinc non ubivis applicabilis.

Pars 1. *Aluminis* & *Salis culinaris* partes 2. in cono fuſorio ad fluxum redactae, exhibuerunt *Piepenbr.* uti D. *Fuchs, Sal mirabile Glauberi,* ſi vero mixtura non ſiccatur, antequam crucibulo immittitur, & dephlegmatur aquoſum Aluminis, & reliquum phlegma Salis culinaris in crucibulo, tum labor eſt nimis longus, antequam ad fluxum redigitur; quo operatio nimis fit operoſa, uti & nimis ſumtuoſa ratio-

ne

ne quoque carbonum, hinc haecce methodus non ubivis eſt commendanda.

Green methodum qua optimam eſſe credit *Piepenbring*, & omnibus anteponendam, & Pharmacopaeis praecipue commendandam, ubivis omni tempore - in hyeme praeprimis - applicabilem. — *Aluminis* crudi partes 7. & partes 12. *Salis culinaris* ſolvuntur, in *Aquae communis ferventis* partibus 36, mixtura per 1/2. horam coquitur. Solutio filtrata quieti committitur. Poſt 24 horas *Sal mirabile Glauberi* in Cryſtallorum elegantiſſima forma reperitur, firmiter plerumque adhaerentes, leviter vero Aqua poſſunt ablui, quod ſemper neceſſario requiritur, multum ei adhaerente a Lixivio aluminoſo - terrei Salis culinaris. Superſtes Liquor ad dimidium inſpiſſatur, ubi iterum Sal mirabile Glauberi probe abluendum apparet.

Lixivium ſuperſtes ad praeparationem Salis ammoniaci adhibetur, praecipitatur nimirum per Sal alcali volatile Terra aluminoſa, filtratur ſalſo-acidum Sal alcalinum volatile per linteum filtrum, caeterum omnia inſtituuntur uti in praeparatione Salis ammoniaci.

Ad methodum ſuperiorem parandi Sal mirabile Glauberi e Lapide ſic dicto Salinae, (Pfannenſtein,) adnotat tantum haec *Piepenbring* in Parte 3. ſolutionem Lapidis hujus Salinae non ulteriorem requirere ſolutionem, usque dum ultima ſolutio ſaporem Salis mirabilis amiſerit. — Caeterum ita acquiſitum Sal mirabile Gl. cryſtallinum non liberum plane eſt a Sale culinari, l. ab acido - vitriolico -

l. a Sale culinari, hinc non probe poteſt aſſervari in aëre libero, & ab ultimo lixivio acquiſitum Sal, eſt Sal plane injucundi ſaporis. Hinc conſultius ii agunt, qui ſolutioni Lapidis Salinae filtratae affundunt calide aliquid Lixivii ſalini mineralis l. vegetabilis, in non nimia quidem copia. — Hacce via Terra calcarea ſeparatur, & praecipitatum generatur, - acido ſalino & vitriolico Terrae calcareae ita ſeſe ſeparante, non ſeparandum ſed Sale reliquo cryſtallifationi relinquendum. Si nulli amplius de novo generantur Cryſtalli e Liquore, tum omnis copia Salis ſine additamento Aquae in aheno ferreo leni igne funditur, & filtratur per pannum laneum, quo artificio ſeparatur ſalino - acidum Sal alcalinum, & praecipitatum in filtro remanens. Sali percolato affunditur aliquid Aquae, in tanta copia, ut Cryſtalli regulares poſſint iterum gigni. Sal ita acquiſitum tantae erit qualitatis, ut non in aëre ſolum commode poſſit aſſervari ſine ulla fatiſcentia in pulverem, ſed ut in aeque commodam pulveris formam pro lubitu poſſit redigi. *P.epenbring.*

OBS. 11) *Sal Phoſphori Pearſon*, eſt remedium recens - plane eximium, cujus ſapor eſt ſuavis, qui antecellit omnia hactenus conſueta laxantia & Salia media, ad Unc. 1. eximie laxa, uti praecipue quoque confert in *dyſenteria* & *morbis putridis*, dolendum tantum eſt pretium ejus haud exiguum varios poſſe deterrere ab ejus uſu.

Oſſa calcinata ſuperfunduntur *Acido vitriolico*, ad ſeparandum conſueto more acidum Phos-

phori, ita tamen, ut nullum Acidum Vitrioli ſit ſuperfluum: hinc conducunt Unciae 12. *Oſſium calcinatorum* ad Unc. 8. Acidi Vitrioli fortiſſimi, tum quieti exponuntur per quosdam dies, filtrantur per pannum ſubtile & reſiduum tamdiu ſuperſunditur, Aqua fervida, usque dum nullum largitur ſaporem acidum. *Acidum* decantatum ſaturatur *Alcali* minerali, tum filtratur, evaporatur, & cryſtalliſationi exponitur, qui accipiunt formam rhomboidalem - pellucidam. *Piepenbring.*

In Parte 2da contendit *Piepenbring Salis Phosphori* e Sale alcalino minerali conſtantis & Acido Phosphori, Cryſtallos rhomboidales formantis, coloris albi - pellucidi, ſaporis maiis jucundi, qua Sal. Glauberi. — Seignette - l. amari - l. Tartari vitriolati - l. Tartari tartariſati, *qualitates* praecipuas ratione bonitatis eſſe, uti in omnibus Salibus alcalinis, non nimia copia acidi l. alcalini partis eſſe ſaturatum, quod optime patet *Tinctura caerulea Laccae*, cujus color addito Alcali exaltatur, & ab acido rubeſcit; ut in Aqua communi plenarie ſit ſolubile, ab addito ſoluto Sale alcalino nullum exhibeat praecipitatum peculiare.

In Parte 3. ob pretium inſigne hujus remedii tam praeclari ſuadet leviori via praeparationem, ſaturationem nempe *Alkali mineralis*, cum *Acido Phosphori* ad *Lavoiſier* methodum paratum, *Piepenbring.*

SAL POLYCHRESTVM E NITRO & *Sulphure*, vide *Tartarus vitriolatus.*

SAL POLYCHRESTVM SEIGNETTE, ſ. *Soda Tartariſata*, ſ. *Alkali minerale tartariſatum.*

Rec. *Sodae hiſpannicae* probe depuratae, reiterata ſolut. in *Aqua comm.* & cryſtalliſ. Unc. 12. ſolve in

Aquae fontanae fervent. Unc. 36. *Keup* cupit, (*Piderit* vero 72 — 96.) Livivium in vaſe figulino ut ebulliat, & inter ebulliendum inſpergatur,

Cryſtallor. ſ. *Cremor. Tartari* qu. ſuffic. ad effervescentiae ceſſationem l. ad plenariam *Sodae* ſaturationem, quae non ſemper eadem eſt, & majorem l. minorem quantitatem *Salis Alkali* continet: plerumque Unc. 6—7. quo praecipitatur tandem pulvis levis, cineritii coloris. Liquor ſupernatans tum filtratus per chartam emporeticam, leni evaporetur igne ad cuticulam, quo in loco repoſitum frigido Cryſtalli oriuntur, in charta emporetica ſiccandi. *Piderit.*

Ad *Herold* requirunt Unc. 12. *Sodae* Unc. 20 - - 22. —*Cryſtallorum Tartari* ad ſaturationem. Vix, inquit *Keup*, determinari poteſt pondus certum *Cryſtallorum Tartari*. Soda enim non eadem ſemper eſt, & l. majorem l. minorem quantitatem Salis Alkali continet. *Cryſtallorum Tartari* igitur tantum addere neceſſe eſt, usque dum effervescentia ceſſet, quod ſignum eſt ſaturationis.

VIS *diuretica, digeſtiva*, in minori Doſi; *laxans* vero ſine moleſtia a Drachm. 2—6—8—12. in mino-

ri; *incidens*, *reſolvens*, a Drachm. 1—3. *involvens acidum* primarum viarum.

USUS idem cum *Sale mirabile Glauberi*, a quo ratione acidi differt, & ingrata amaritudine caret, ſed *viribus laxantibus Sali mirabili debilius* eſt; exhibendum hinc paulo majori Doſi, caeterum *Sale amaro*, *Tartaro* ſolubili l. *tartariſato* convenit. Modo hoc, modo aliud *Sal*, prae altero, inſigniores monſtrat effectus in genere, hinc ſaepius quoque conſultum eſt *diuturniori* inprimis uſu, unum cum altero mutari. *Piderit.*

In *morbis* a *ſaburra* primarum viarum, uti & in *hernia* a foecibus incarcerata confert.

DOSIS Loco *Salis anglici* catharctici a Drachm. 2 — 6. per ſe poteſt exhiberi. In *hernia incarcerata* ad Cochlearia 2. omni quadrante horae, ut *Sal amarum.*

OBS. 1) Ad Ph. *Spielmann. Cryſtall. Tartar* omittuntur.

OBS. 2) Ph. *Roſſica* praeparationem hancce communicat, ut *Lixivio* ex *Alcali minerali* in 8plo aut amplius *Aquae* ſoluto, pulvis *Tartari depurati*, ad ſaturationem perfectam ingeratur; Liquor filtratus evaporet, donec Gutta, vitro inſperſa, *Salis* coeuntis notas oſtendat, tum reponatur ad generandos Cryſtallos.

OBS. 3) *Göttling* praeſcribit ut *Cryſtalli Tartari* Unc. 36. ſaturentur plenarie *Cineribus clavellatis* qu. ſuffic. in aheno cupreo, intus ſtanno obducto: ſolutioni tum addentur *Sal. mirabil. Glauber.* Unc. 30. omnia mixta accurate filtrentur, quo fundum petet in pulveris forma *Tartarus vitriolatus* inde generatus, abluen-

dus multa Aqua, in lixivio filtrato vero *Sal Seignette* apparebit verum, quod ſolvendum eſt iterum Aqua; ad cryſtalliſationem pulchriorem ſuadet quoque ad Unc. 24. *Cryſtallor. Tartari* ſaturatos ſufficiente quant. *Ciner. clavellator.* poſt ſolut. *Sal. culinar.* Unc. 5. ut addentur, caeterum uti antea.

Vide plura *Alkali minerale* tartariſatum.

OBS.. 4) In coctione hujus Salis non apparet ſemper cuticula. Securiſſimum *ſignum generale ſufficientis inſpiſſationis* puncti, uti & hic, eſt, ſi Guttae quaedam Lixivii ſalini metallo infundentur frigido, quo ſtatim dein apparebit lixivium quaſi congelaſcens, quod in refrigerio dein exhibet Cryſtallos elegantiſſimos.

OBS. 5) *Sal polychreſtum* e *Nitro* & *Sulphure* communicat *Keup* parandi e *Nitri* pulveriſati, — *Flor. Sulphuris* ana partibus aequalibus, bene mixta injiciantur paulatim in crucibulum, igne rubens, peracta deflagratione frigeſcat Sal; quod purius evadit, ſi Aqua calida ſolvatur, coletur, & in Cryſtallos redigatur.

Hic Sal ex *Alcali Nitri* & *Acido Sulphuris* conſtans, Arcano duplicato eſt analogum, earundemque cum ipſo virium, licet in Aqua ſolubilior.

OBS. 6) *Sal Seignette* hocce modo praeparandum ſuadet *Scheele*; — Rec. *Cremor. Tartar.* Unc. 4. probe ſaturatis *Alkali vegetabil.* quantitate ſufficiente, adde *Salis culinar.* Drachm. 5. & Gran. 15. in Aqua commun. probe ſaturatis, qua purum frigefactum, & nondum diſſolutum fundum petens, per filtrum trajicie,

colaturam ad cuticulam coque, quo a duobus cryſtalliſationibus Unc. 1. Salis Seignette in pereximiis Cryſtallis acquirebatur; in reſiduo Lixivii *Sal digeſtivum* ordinarium erat contentum, obſervat. *Scheele.*

Hocce quoque modo paravit hocce *Sal Seignette*: ſumſit *Tartar. tartariſat.* Libr. 3. ſolut. in *Aqu. commun.* calid. quantit. ſuffic. addidit *Sal. culinar.* Unc. 6. evaporatis, ad punctum cryſtalliſationis dein filtratis, quo dein in prima cryſtalliſatione acquirebat Cryſtallos eximios-puros, multo pulchriores quam in ſubſequentibus; in ſubſequentibus inſpiſſationibus non amplius Cryſtalli novi apparebant, Unc. 1. Sal. culinar. tantum ſolvebatur, & tum Cryſtalli Sal. Seignette acquirebantur. Omnes hi aliquoties acquiſiti Cryſtalli iterum ſolvebantur in Aqua communi, ad punctum cryſtalliſationis incoquebantur, quae exhibebant Libr. 1. & Unc. 14. Cryſtallorum eximiae magnitudinis-puritatis-pelluciditatis. *Bindheim.*

OBS. 7) *Sal. Seignette* optime parandum cenſet *Piepenbring* e *Tartaro* puro, *Alcali minerali*, quod vero non ſemper ubivis in tanta copia poteſt comparari, aliam hancce commendat praeparationem, *Remler.* Unc. 36. Cryſtallorum Tartari ſaturantur in aheno-ſtanno obducto, *Cinerum clavellatorum* quant. ſuffic. tum adduntur *Salis mirabilis Glauberi* Unc. 18. filtratur Lixivium hoc ſalinum per chartam bibulam. — Quo ſubito transmutabitur Acidum vitriolicum Salis mirabilis Glauberi cum Alkali fixo vegetabili Tartari, & Al-

cali minerale Salis culinaris cum Cryſtallis Tartari in Sal Seignette. Si nimia copia Aquae communis non eſt addita, tum Tartarus vitriolatus, ſubito poſt ſolutionem Salis Glauberi in forma pulverulenta decidet, & e lixivio ſalino filtrato ſubito cryſtalli *Salis Seignette* generantur.

Tartarus vitriolatus remanens iterum ſolvendus & cryſtalliſandus eſt. Si larga copia Aquae communis eſt adhibita, quae qua fervida praeter Sal Seignette partem quandam Tartari vitriolati adhuc ſolutam poteſt continere, iſti Cryſtalli prius formantur, dein Salis Seignette, quae valde puri acqiruntur iterata ſolutione & cryſtalliſatione. *Piepenbring.*

In parte 2. *Piepenbring* ſuadet *Weſtrumb* conſilium obſervandi, ut ultimae portiones ſolutionis Salis Seignette, l. ad methodum *Scheele* l. ad *Wenzel* paratae, non plenarie tam elegantes exhibentes Cryſtallos, ſed Sal tantum grumoſum; minime plane abjiciantur, qua aeque proficuum Sal Seignette, orti tantum, ſi Lixivium ſaepius & nimium inſpiſſatur. — Sal hoc grumoſum - pulverulentum ſolvatur iterum, & loco modice calido reponatur, ita tamen, ut Aqua ſuperflua commode poſſit evaporare, poſt aliquot temporis intervallum praeclariſſimi Cryſtalli Salis Seignette in eo deprehenduntur: Reſiduum Lixivii evaporatur tum plenarie, quo tum plane qua Sal Seignette Cryſtallos format nitidiſſimos.

Obſervatio haec quoque perquam utilis allegari hic meretur; acquiritur nempe in prae-

paratione Salis Seignette & Tartari tartariſati reſiduum pulverulentum, *Calx* nimirum *Tartari*, qui minime eſt abjiciendus, ſed eluendus, ſiccandus & accurate colligendus: copia haec acquiſita commode poteſt appliplicari ad Acidum Tartari eſſentiale, &, uti ſupra dictum eſt-ſeparari. Obſervator hujus phaenomeni *Sivers*, coadjutor *Weſtrumbs* acquiſivit ex Unciis 12. hujus reſidui, Unc. 3. & Drachmas 6. *Acidi Tartari* eſſentialis valde eleganter cryſtalliſati. P. 2. *Piepenbring*.

OBS. 8) *Sal polychreſtum* parandi ſuadet Ph. *Edinburg.* & *Auſtriaca*, e *Nitri* depurat. — *Sulphuris* partib. aequalib. Pulveriſata & mixta injiciantur ſucceſſive in crucibulum igne rubens. Peracta deflagratione frigeſcat Sal, & in vas vitreum bene obturandum reponatur. — Sal hic fit purior, ſi Aqua calida ſolvitur, colatur, & in Cryſtallos redigitur.

VIS *cathartica.*

OBS. 9) *Sal polychreſtum de Seignette* — *Rupellenſe*, (a Pharmacopoeo *Seignette* quondam *Rochelle* ita denominatum, qui ab Ao. 1675. ejus praeparationem non palam fecit, usque dum 1731. a *Bouldüc* & *Geoffroy* detegebatur;) eſt Sal medium, non injucunde ſalinoſapiens, conſtans ex acido Tartari & Salibus duobus alcalinis fixis, Cryſtallos formans columniferos quadrilaterales detruncatos, e quibus duo peracuti, ad externam formam ſexlaterales, & ſolubiles in Aquae partibus aequalibus ad Reamur 10°.

Cremore Tartari & *Sale Sodae* paratum, in aëre plerumque collabeſcit in pulverem album,

per duplicem affinitatem rite paratum ad Scheele methodum, fere nunquam; coloris pellucidi; centum partes Salis Seignette continent: 18. partes Salis alcanini mineralis. Quodvis additum acidum Cremorem Tartari ſeparat, praecipitat, & Alcali minerale novo acido ſeſe junxit.

Omnes hi characteres, uti & ſapor, & externus habitus, Sal hoc ab omnibus reliquis diſtinguunt ſatis ſuperque; Nunquam hinc eligendum eſt in pulveris forma, quod venale exſtat, ob tam multiplices mangoniſationes cum Salibus diverſi generis. Si forte Sal Seignette cum Salis mirabilis, Glauberi cryſtallis commixtum eſt, & e forma non accurate pateret, excepto ſapore, praecipitatum tum ſeſe manifeſtaret inſtillato Sacharo Plumbi, non in Acido Nitri ſolubile. Sal iſtud calcinatum, excepto Sale lixivioſo, Sal mirabile quoque deteget e ſapore - cryſtalliſatione - & alio quoque modo. *Sande* & *Hahnem.*

OBS. 10) *Sal polychreſtum Glaſer* officinale, eſt ad *Sande* & *Hahneman*, Sal neutrum conſtans, ex acido Sulphuris volatili & Sale alcalino fixo; Cryſtallos producens columniferos 6 — 8. *gonos* - in Aqua facile ſolubile, ſapor ejus pungens - ſulphureo - ſalinus, non praecipitat Terram calcaream & Plumbum ex Acido Salis culinaris, vaporem emittit a ſuperfuſo Aceto forti, uti Sulphur ardens, & tam potens, uti Salia alcalina, partes efficaciſſimas plantarum extrahendi, & Aqua communi commixtionem eo faciliorem producendi.

Lene eſt *laxans* a Drachm. 1 — 1. 1/2. acidum

primarum viarum involvit, diaphoreticum & antiverminoſum, valde proficuum in *febribus intermittentibus.*

Plerumque ad praeparationem hujus Salis detonatio partium aequalium Sulphuris & Nitri adhibita eſt, quamplurimi hinc crediderunt, Sal polychreſtum minime eſſe Tartarum vitriolatum, quod hacce via paratum iſtis concedendum eſt.

Si vero *Hepar Sulphuris*, e partibus aequalibus *Alcali vegetabilis* & *Sulphuris* paratum, tamdiu ſub perpetuo motu candeſcit, usque dum Argentum ſplendens, ſolutioni immiſſum, non amplius rubeſcit l. flaveſcit, quae ad Cryſtallos eſt redigenda, in vitris bene clauſis ab injuria aëris probe praeſervandos, quo modo acquiritur Sal *Glaſeri* ſuperioris qualitatis valde differens a Tartaro vitriolato, quamdiu eſt recens, ſi vero ſucceſſive in aëre libero decomponitur, acquiritur tum prioris Speciei Sal polychreſtum.

Linteamina Oleo Tartari ſaturata, & vapore Sulphuris ſaturata adhibuit *Stahl*, ad Sal Sulphuris acquirendum tam operoſo modo. Simile fere Sal *Sehl* adhibuit, ad acquirendum ex eo cum puro Acido vitriolico Spiritum Sulphuris.

Sal polychreſtum Glaſer, quod in forma pulverulenta venale extat, eſt purus Tartarus vitriotus, non ſemper purus, uti *Hahneman* Vitriolum Zinci in eo reperiit, & alia vice alias mangoniſationes *Sande* & *Hahneman.*

SAL SATVRNI, vide *Sacharum Saturni.*

OBS. 1) *Sal Saturni* parandum ſuadet Ph. *Suecica*

e *Ceruſſae* pulveris qu. plac. — *Aceti deſtillat.* qu. ſufficit. In vaſe fictili coquendi, ad *Aceti* dulceſcentiam, quod tum per chartam coletur; Reſiduo affunde iterum *Aceti* deſtillati qu. ſuffic. — Incoque & cola uti antea, Liquores tandem commixti vaſe vitreo evaporent ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem, ut loco frigido Cryſtalli demittantur.

SAL SEDATIVUM HOMBERGII,
ſ. *Sal Vitrioli narcoticum*, ſ. *Sal acidum Boracis.*

Rec. *Boracis* Unc. 1. ad 1. 1/2. ſolve in
Aqu. fervid. fluviat. Unc. 12. inſtillatum caute
Acidi ſ. *Olei Vitrioli* concentrati Drachm. 3.

In vitreo vel porcellaneo vaſe, Liquor evaporetur ad pelliculam, & in quiete cryſtallos demittet, quae Aqua frigida ablutae - ſiccatae, reiterata ablutione depuratae - ſiccatae ſerventur, non uti Cryſtalli a Sale medio, ſed uti Squamae piſcium ſplendentes. Ph. *Suecica.*
Göttling.

Herold inſtillavit in ſolutionem aquoſam *Boracis* Librae 1. ſucceſſive *Olei Vitrioli* Unc. 6. quo acquiſivit meliores cryſtallos, quam ſublimatione.

Lixivium ab iſta cryſtalliſatione *Sal. ſedativ.* relictum, iterumque ad cuticulam evaporatum, & cryſtalliſationi commiſſum, novas largitur Cryſtallos lamelloſas, micantes. Ultimo vero iſti Cryſtalli glaciales, *Sal. mirabile Glauberi*, ex *Acido Vitrioli*, & *Alcali Boracis* enatum exhibent.

Priores itaque Cryſtalli ab his ſeparandae ſunt & *Aqua* abluendae. Ph. *Danica.*

VIS *narcotica, anodyna, excitans, vires temperans, reſolvens, antiſpasmodica, antiſeptica.*

USUS in *cephalalgia, ſpaſmis dolorificis; febribus acutis, malignis, proſtratis viribus; affectibus epilepticis, Plenck.* In *cancro* - ad *ſedandos dolores, Richter.*

DOSIS a Gran. 10—20.

OBS. 1) *Sublimatione minori* quantitate acquiritur utrumque in Aqua difficulter ſolubile, *Alcohol* ſubit, & ut viridi flamma ardeat, efficit. Cum *Sale Sodae* unitum Borax denuo ſurgit.

Reſiduum vero ab hac cryſtalliſatione Lixivium ulterius evaporatum, & loco frigido ad cryſtalliſationem repoſitum, *Sal mirabile Glauberi* largitur, ob unionem *Acidi vitriolici* cum *Sale alcalino minerali Boracis, Sal. commun.* conſtituens. Ph. *Würtenb.*

OBS. 2) *Elwert* ſuadet ad *Boracis* ſolutionem tantum *Acidi Vitrioli*, quantum ſufficit ad ſaturationem Lixivii, alias exhibet Sal medium impurum.

OBS. 3) *Sal ſedativum Hombergii* parandum ſuadet *Piepenbring* e *Borace* qu. ſuffic. ſoluto in Aqua calida, inſtillandi ſucceſſive ſub perpetuo motu *Olei Vitrioli*, usque dum Mixtura acidula fit ratione ſaporis, tum calide ſolutio filtratur, & cryſtalliſationi reponitur. Si remanens ſolutio iterum inſpiſſatur, & ad cryſtalliſandum frigori exponitur, & nullum Sal ſedativum de novo apparet, tum Sal. Glauberi iſtud in Cryſtallorum forma ſe manifeſtabit, quod e connubio acidi Vitrioli & Alcali mineralis Boracis ortum eſt. Cry-

ſtalli hi Salis ſedativi iterum Aqua ſunt abluendi communi, ad eo melius liberandum a particulis adhaerentibus Salis Glauberi, qui ei omnem externum habitum deformarent.

Piepenbring.

OBS. 4) *Diſpenſator. Fuldenſe* ſuadet *Borac.* venet. Unc. 4. ſolvendi in *Aquae* bullientis Unc. 32. ſolutioni ſucceſſive inſtillandi *Olei Vitrioli* concentrati Drachm. 10. vel tantum, ut miſcela vix acidulum ſaporem exhibeat, & caeruleum Syrupi Violarum colorem non immutet; tuncque Lixivium adhuc fervidum eo usque inſpiſſetur, dum in ejus ſuperficie Cryſtalli ſub forma parvarum & tenuinum laminarum compareant, quo facto Lixivium in loco frigido ad cryſtalliſandum reponatur; Lixivium a ſquamulis in fundo depoſitis decantatum, denuo inſpiſſetur, & ad cryſtalliſationem reponatur, quod reiterandum eſt dum nullae amplius ſquamae appareant; quo facto Cryſtalli foliaceae, collectae Aqua frigida, probe abluantur, & uſui ſerventur.

OBS. 5) Ad *Sande* & *Hahneman* conſtat *Sal ſedativum* e Cryſtallis albis-argenteo ſplendentibus, leniter attactu, ſquamoſis, ſemipellucidis, ſaporis aciduli primum, tum amari temperantis, cujus Grana 217. ſolvuntur in Aquae fervidae Unc. 1. qualis ſolutio lenem & ſuavem ſaporem continet. — In paribus 5. Spiritus Vini ferventis ſolvitur pars 1. *Salis ſedativi*, qualis ſolutio accenſa deflagrat flamma viridi. — Vitriolo ferri additum nil praecipitat; Mercurio ſublimato corroſivo additum

flavum Mercurii praecipitatum ad rubrum lateritium colorem ſublimabile-praecipitat;

Addito quovis acido, (excepto acido aëreo,) e Borace ſeparatur, natat tum in ſquamis levibus, in ſolutione calida; fundum vero petit poſt refrigerium in forma particularum micantium argentei coloris. Ob levitatem ejus deſtillatione humida tansdeſtillatur, etſi in calore ſicco Sal eſt acidum fixum, & acidas partes e Nitro & Sale culinari expellit. —

Per ſe poteſt fundi ad vitrum pellucidum, quod in Aqua reſolutum, naturam immutatam Acidi Salis ſedativi declarat; alias Terras & Metalla ad vitrum reducit; — exigua pars hujus Salis reducit Cremorem Tartari ad Sal facile ſolubile — valde acidum, Tartaro Boracis ſimile. — *Cryſtalliſatione* paratum *Sal ſedativum* eſt inprimis *eligendum*, in Cryſtallis tenuibus lamelloſis - gravitatis 1,480. ſquamis piſcium analogum ſe manifeſtans, coloris ſubargenteo - albidi, attactu levis - lenis, & digitis compreſſum cum aliquali ſtridore diſſiliens. — —

Coloris ſubflavi, in Cryſtallis craſſis ſquamoſis apparens, Sale mirabili tum commixtum, iſtius generis *Sal ſedativum* eſt *rejiciendum*; uti & ſublimatione paratum non tam acidum ſaporem debet exhibere in lingua, quam cryſtalliſatione obtentum, & levibus tantum flocculis debet conſtare, e tenuibus lamellis compoſitis, coloris multo albidioris, ſaporis inſipidi, levis attactu: quam Sal ſedativum cryſtalliſatum: Ob tam multos in elaboratione neceſſarios labores inſignis ſemper eſt pretii.

Natura hujus Salis nondum plane accurate de-

terminata eſt. — *Exſchaquet* & *Struve* contendunt hoc acidum ex *Acido Phoſphori*, terra vitreſcibili & materia ignis conſtare. Nunc vero origo ejus patet, qua Terrae productum, in imperio *Thibet* ſub nomine Poun-xa-my-Poun & Houy Poun e Terra effoſſum, jam cum Alkali minerali ad Cryſtallos (impuros) redactum: e fundo variorum lacuum in Oſtindia acquiritur quoque in hac forma, & ſub nomine *Tinkals* ſ. Boracis crudi, in cuticulis Elephantis, & in veſicis tam craſſis, uti Cornu bovinum, involutum, transportatur ad Batavos, ubi cum *Sale Sodae* ad Boracem venalem optimum depuratur. —

Caeterum *Höfers* 1777. in variis Aquis mineralibus imperii Toskana, & in variis ejus lacubus reperiit, uti & *Maskagni* in forma ſicca.

Vis *temperans*, *anodyna*, *antiſpaſmodica*, huic Sali ab ejus inventore gallico *Homberg* ei adſcripta, a Granis 30—40. in recentioribus quoque temporibus quibusdam aegris ſeſe ita manifeſtavit; Caeterum nullus alius Uſus, ob nimium ejus pretium. *Sande* & *Hahneman.*

OBS. 6) *Sal Seidlicenſe* plerumque ſolutum ex Alcali minerali & Terra amara, in Acido Vitrioli ſolutum, minimos formans Cryſtallos; in Aqua communi leviter eſt ſolubile; alias in commercio acquiritur artificiale, a Sale Glauberi aſſimilatum; quale *artificium* leviter patet repetita ſolutione, quo tum, ſi Sa. mirabile Glauberi ſuſpectum erat, iſtud dein primario Cryſtallos format, & Alcali vegetabili commixto nullam Terram amaram producet.

Ab

Ab Uncia 1. genuini Salis Sedlicenſis acquiruntur plerumque Terrae amarae, Scrupuli 4—6. *Sande & Hahneman.*

SAL SODÆ, vide *Acidum Tartari cryſtalliſatum.*

SAL SVCCINI ACIDVM VOLATILE, vide *Oleum Succini rectificatum.*

VIS *ſtimulans*, *reſolvens*, *antiſpaſmodica*, *diuretica*, *diaphoretica*, *antiſeptica*, *nervina*, *aperiens*.

USUS *caeterum* non ſolum ad *Liquoris Cornu Cervi ſuccinati* praeparationem inſervit, ſed & per ſe in defectu *virium* vitalium, *lipothymia*; in affectibus *hyſtericis*, *catarrhalibus*, *ſpaſticis*, *convulſivis*, & *nervinis* utiliter adhibetur; uti & in *paralyſi*, *arthritide*, *podagra*, qua egregium *nervinum*, *penetrans*, *aperitivum*, *diureticum*; a Gran. 3—10—15. & probe ab *Oleo depuratum*, reiterata deſtillatione ad Gran. 20. Ph. *Würt.*

OBS. 1) *Sal Succini* cum valde carum ſit, cum *Sale ammoniaco*, & *Cremori Tartari*, etiam *Sale communi*, *Acido Vitrioli*, pulvere *Succini* vitiari ſolet. Si aliquid hujus ſuſpecti *Salis Succini* cum *Sapone* cujuscunque generis, ſive etiam cum *Cineribus clavellatis* teritur, *Sal Succini* cum *Sale ammon. adulteratum* odore volatili ſeſe prodet. Hoc autem experimento peracto, ſi Odor nullus volatilis percipitur; aliquid hujus ſuſpecti *Salis Succini* ferro candenti inſpergatur, ubi quidem *Sal Succini* ſincerum evaneſcet, quisquiliae autem in ferro relinquentur forma carbonum. *Bidermann.*

OBS. 2) *Salis Succini* praeparationem, hancce communicat compoſitionem, *Piepenbring*. Part. 1. e *Succini* groſſe pulveriſat. Unc. 48. immiſſis

retortae cum roſtro amplo, & receptaculo amplo, ad Sal dein adhaerens eo melius manu exſumendum, omnibus operculis bene clauſis veſica ſuilla, ignis gradus augetur. — In primis 6. horis, in quibus Succinum ſucceſſive incipit liquare, tranſiunt Unc. 7 — 8. circiter Liquoris acidi, cum pauco Oleo, in roſtro retortae Sal in exigua copia ſeſe manifeſtabit, commode dein eximendum, poſt 10. horarum ſpatium Succinum liqueſcit, ſeſe elevat, & ſpumeſcit, per quoddam tempus, tum ad finem deſtillationis in fluxu manebit, quo tum tranſit Oleum fuſcum, & Sal in collo retortae, & in lateribus receptaculi adhaerens, in forma Cryſtallorum acuformium-cuſpidatum.

Omni 6ta hora ignis gradus imminuitur, & colligitur Sal volatile, ſpatulae ope ligneae, ſine peculiari retortae refrigerio, caput mortuum quavis vice e retorta eximitur.

Continuata hocce modo deſtillatione per 42. horas, tum tranſit Oleum in forma Guttularum craſſarum, inſtar Balſami craſſi, quo tum deſtillatio continuatur per 1/2. diem, & quo tum nullum Sal apparet, & tota deſtillatio per 30. horas continuavit, poſt plenarium refrigerium aliquid Salis ſublimati poterit eximi, cujus tota copia Drachmas 9. continet, & fluidi contenti Unc. 10. — —

Tota Olei Succini ita acquiſiti copia Unc. 24. circiter ponderis continens, commiſcetur cum Unc. 6. Calcis vivae retortae immiſſis, leni igne deſtillatur in initio, tum aucto, per 10. horarum ſpatium, quo obtinentur tum Olei transgreſſi Unc. 10 & 1/2. cum colore ſubviridi: Si deſtillatio continuatur, Oleum tum acqui-

ritur ponderoſius, & in ſpatio 8. horarum, (quo deſtillatio finita eſt,) acquiruntur Olei fuſco-viridis Unc. 3. obſervat. *Dollfus*.

Oleum tranſiens colore non viridi acquiritur optime, ſi deſtillatio non diutius continuatur, quam per 8. horas, ſ. tamdiu, usque dum Oleum tranſit coloris viridis. Hancce praeparationem Succini commendat *Dollfus*, qua ſimplicem & unicam-genuinam, nunquam medico fallibilem in virtutibus, non ſumtuoſam, & cujus reſiduum iterum ad alium finem poteſt adhiberi. *Piepenbring*.

OBS. 3) *Sal Succini purum* continet ſaporem penetrantem - contrahentem - acidum, tam in Aqua eſt ſolubile, quam in Spiritu Vini rectificato; in ambobus vero nunquam celeriter ea ſuccedit ſine additamento. Si teritur Alcali fixo, nullus tum emergit odor urinoſus: quo modo Sal hoc genuinum a mangoniſato differt, & leviter detegitur. *Herold*.

OBS. 4) *Sal Succini mangoniſatur* ſaepius *Acido Vitrioli*, l. *Sacharo*, l. *Sale ammoniaco*. — *Acidi Vitrioli* facta mangoniſatio apparet, ſi Sal Succini in Aqua communi ſolvitur, & ſolutio Terrae ſpataceae guttatim immittitur, quo ſolutio tum plane turbeſcit. — Si *Sal Succini* in pauco *Spiritu Vini* alcoholiſato ſolvitur, tum in reſiduo apparet facile Sacharum. — Si *Sal Succini* conteritur Sale alcali fixo, & apparent veſtigia Salis alcalini volatilis liberi, tum certo credendum eſt, Sale ammoniaco mangoniſatum eſſe hocce Sal Succini. *Bindheim*.

Sal Succini e Suecia Germaniam transportata, eſt ſaepius Tartarus vitriolatus acido Vitrioli ſaturatus, cui parum *Olei Succini* admixtum eſt. Deſtillationi ſi ſubmittitur iſtius generis *Sal Succini*, tum parum *Acidi Vitrioli* tantum, & *Olei Succini* perparum ita acquiritur. (*Handlungs-Zeitung* 1764)

Sal Succini purificatum communicat Ph. *Londinens*: e *Sale Succini* Unc. 6. — *Aqua deſtillat.* Unc. 12. Salem coque in Aqua deſtillata, & ſepone ut fiant Cryſtalli.

OBS. 5) *Sal Succini* officinale eſt peculiare plane acidum, e Succino deſtillationis ope ſiccae acquiſitum, in Cryſtallos formatum triangulares-prismaticos, cum apicibus oblique detruncatis, ſaporis aciduli, odorem exhibens redolentem Oleum Succini rectificatum, & parum fuliginem ligni, caeterum plane volatile. Libra 1. Succini exhibet in proportione puritatis ſuae, 192 — 256. Grana hujus Salis, in Spiritu Vini fervente, uti 177:240. in 50°. Fahrenh. Aqua frigida vero uti 1 : 96.; in fervente uti 1 : 3. ſolutum.

Genuinum conſtat e Cryſtallis albedine ſplendentibus — Ob pretium ejus inſigne ſaepius *mangoniſatur*; 1) cum *Sacharo-farinaceo*, (Mehlzuker;) partibus aequalibus Aquae frigidae tum commixtus Liquor hicce, nullam dulcedinem acquirere debet: — 2) cum *Aceto*; Aqua haec nullum ſaporem Aceti debet prodere: — 3) cum *Acido Salis* l. *Vitrioli* ſ. eorum *Salibus*; ſolutio Nitri ſaturnini a ſolutione Succini tum non lacteſcere debet, ſ. praecipitatum prodere album: — —

4) cum *Acido Nitri;* ſolutio Sachari Plumbi a ſolutione Salis Succini praecipitatum album ſemper prodit: 5) cum *Acido Tartari;* liquato enim Oleo Tartari ſaturata ſolutio non ad Cremorem Tartari eſt praecipitanda. — 6) Cum *Acido Sachari;* Oleum Calcis non additum turbidam reddit ſolutionem. — 7) Cum *Acido Citri;* cum Sale alcalino ſaturata ſolutio non turbeſcere debet. — 8) *Aqua*, uti *Spiritu Vini* ſolutum, hoc Sal nullas impuritates, nil indiſſolutum relinquere valet. — Nullum volatilem odorem Spiritus Salis ammoniaci in frictione cum Sale Tartari liquato debet prodere, plenarie vero evaporatum in Cochleari candente, odorem edit Salis Succini, ſine ullo aliquo ſedimento vel carbone.

℞aro caeterum eſt *Uſus* per ſe, caeterum multos profitetur fructus *Vis* ejus *penetrans* - *diuretica* - *diaphoretica* - *antiſpaſmodica* a Granis 3 — 15. *Sande* & *Hahneman.*

SAL TARTARI ESSENTIALE
puriſſimum,
vide *Acidum Tartari cryſtalliſatum.*

SAL TARTARI, ſ. ALKALI TARTARI, ſ. *Alkali vegetabile fixum*, praepar. uti *Ciner. clavell.*

VIS eadem uti *Cinerum clavellatorum* interne *antacida*, *abſtergens*, *ſtimulans*, *incidens*, *alterans*, *reſolvens*, *diuretica.*

USUS *interne*, ad meatuum & vaſorum mucoſitates abſtergendas, *obſtructiones reſolvendas;* organa ſe & excretoria *ſtimulanda;* ad *acidum praedominans* abſtergendum in *ardore ventriculi*, & *humoribus pituitoſis tenacibus.*

Ad deſtruendum *Acidum cauſticum mineralium*, & *Venenorum mineralium*, uti & *Salium metallicorum* large ſumtum confert eximie, & quidem in *forma fluida*, *Liquaminis* nimirum, l. uti *Oleum* per *deliquium* dictum, quod *externe* cutem liberat ab omnibus impuritatibus; uti ad diſſolvendos *tumores lacteos puerperarum*. *Levret.*

Rhabarb. & Folior *Sennae* vires excitant Grana quaedam. *Sal Tartari* ad Grana aliquot ſolutum in potu, optime temperat & involvit acidum, primarum viarum, valide per urinam quoque agit.

DOSIS *Liquaminis* hujus Drachm. 1. cum *Syrupi* cujusdam Unc. 1/2. partitis & diſtantibus intervallis, in *ardore ventriculi*, *rachitide* convenit; Major vero copia in *venenis* aſſumtis ad Drachm. 1. quavis horae 4. parte ſine omni additamento.

In *rachitide Sal. Tartar.* ſ. *Ciner. clavellat.* Unc. 1/2. in *Aquae commun.* Unc. 12. ſoluta, ad Gutt. 20—40—100. per diem, in *Aquae fontan.* hauſto datum, eximie confert. *Piderit.*

In *ulceribus* & *ſpina ventoſa* a *rachitide* ortis.

In *indurationibus lacteis* & *ſcirrhis mammarum* - *teſticulorum* aliarumque partium *Plenck.*

Plura vide *Aëris fixi* praeparationem; & *Alcali Lignorum* ſ. *Cinerum clavellatorum.*

OBS. 1) *Calorem ſanguinis* facile augent *Salia alcalina*, hinc *nocent plethoricis*, *bilioſis*, vel ubi *inflammationis metus* adeſt. Si ad *Riverium* vero *acido* quodam ſaturatur, exhibet *Sal medium*, cruditates *incidens* primarum viarum, *bilem* & ſanguinem turgentem *temperans*, *obſtruct. ſolvens*, *excretiones* - *urinam* praecipue *promovens.*

In *obſtructionibus glandularum meſenterii; infantibus* aliquod annorum a Guttis 10. ter in die datum valde conveniunt *Sal. Tartar.* vel *Ciner. clavellator.* depurator. Drachm. 1.—*Aceti Vini* boni qu. ſuffic. ad ſaturationem, tum adde *Tinctur. Rhei aquoſae* Unc. 1. — *Vini Antimonii Huxhami* Drachm. 1.

OBS. 2) *Cineres clavellati* depurati congrue, *Alcali depuratum vegetabile* exhibent aeque congruum, uti e *Tartaro Sal Tartari*, in iſtis inprimis regionibus non vineoſis, in quibus *Tartarus* magni eſt pretii. — Ordinarie quidem fit depuratio in *Aqua frigida*, quod autem non omne *Sal* aufert, commixtum, hinc *Göttling* ſuadet, ut *Cineres clavellati* ſolvantur in *Aquae commun.* fervidae quant. ſuffic. dein filtretur Lixivium, quo in loco frigido *Tartarum vitriolatum* deponit in Cryſtallos. Lixivium tum decolatur, inſpiſſatur denuo ad cryſtalliſationem, & toties quoties nil amplius de hoc *Tartaro vitriolato* apparet. Lixivium ultimum inſpiſſatum plenarie, exhibet purum *Sal alcalinum vegetabile*, aeque bonum ac genuinum *Sal Tartari*. *Goettling.*

OBS. 3) *Keup* ſuadet ad *Sal. Tartari fixum*, praeparationem hancce, ut *Tartarus* in vaſe terreo non vitreato reverberetur, ad albedinem usque; *Aqua* tum communi ſolutus filtretur, & in Sal coaguletur, quod repetita ſolutione & coagulatione purius redditur. — Eſt Salium alcalinorum omnium optimum ac puriſſimum, in medicina non minus, quam ad chemicos labores inſervit. — Ad evolutionem *Aëris fixi* cum acidis, nec non ad pur-

gantium debiliorum, utpote *Rhabarbari* & foliorum *Sennae vires excitandas* adhibetur, quo tum eximie confert.

OBS. 4) *Sal Tartari officinale* eſt Sal alcalinum vegetabile, obtentum per incinerationem Tartari, l. extractione e Cineribus clavellatis; qua ſiccum continet vulgo 70. partes Salis lixivioſi, Aëris fixi partes 23. Terrae ſiliceae partes 2. & partes 5. Aquae, & partes 15. Salis lixivioſi corroſivi, caeterum partes 6-7. Aëris fixi poteſt noviter denuo involvere. —Cryſtalli ejus ſunt prismata magna, plano-compreſſa, quadrilateralia, qui in Granis 100. Aquae Grana 32. continent, aëris fixi Grana 20. & Salis lixivioſi partes 48. & ſolubiles ſunt in partibus 4. Aquae ad Fahrenheit 50°.

Sal Tartari conſuetum humeſcens in aëre, coloris debet eſſe albi, ſaporis acris - amari - lixivioſi - urinoſi, & plane inodorum, ſolubile vero in Aqua, ſine ſedimento ad dimidiam partem ponderis ſui ad humorem, inſtar Aquae pellucidum - ſpiſſiuſculum, qui tum denominatur. *Oleum Tartari* per *deliquium.* Salia heterogenea hic ſeparantur, saepius intermixta, uti Sal digeſtivum, - Tartarus vitriolatus &c.

Cinerum Clavellatorum quamplurimum Sal alcalinum continentium, qualitas & bonitas probe hinc eſt disquirenda, ſaepius valde exigua & fere ambigua, intermixta multa Terra ſilicea - calcarea - arenoſa - uti & Tartaro vitriolato ac Sale digeſtivo.

Bonitas & *qualitas Salis puri genuini* alcalini vegetabilis optime disquiritur, ſi Grana 100.

ſolvuntur in Aquae communis partibus 2. Solutio filtratur, frigeſcit ad Fahrenheit 52°. ſeparantur tum Salia praecipitata, & ſolutio Granorum 70. acidi Tartari in partibus 100. Aquae fervidae ſuſcepta, ſucceſſive additur, agitatur probe, & praecipitatum expectatur ad 65°. Fahrenheit: poſt horarum 2. ſpatium abluitur iſtud, ſiccatur & ponderatur ad bilancem. Lixivii remanentis Grana 108. continebunt Granum 1. Cremoris Tartari. — Grana 300. hujus noviter acquiſiti Cremoris Tartari manifeſtabunt Grana 109. Salis Tartari conſueti, ſ. Grana 75. & 1/2. Salis alcalini vegetabilis - Aere - Terra & Aqua liberi.

Sande & *Hahneman.*

OBS. 5) Etſi *Sal alcalinum* e *Tartaro* qua puriſſimum poteſt praeparari, aeque pure acquiri tamen poteſt e vulgari Sale alcalino vegetabili per ſolutionem, cum eadem quantitate, ſ. parum minore Aquae frigidae, uti e Tartaro, hinc hacce via multo commodior & purior paratur, quam alias aromatariis venale; qua non ſemper tam purum, ſed alio Sale peregrino intermixtum, uti jam plus quam dimidia pars *Arcano duplicato* commixta, & mangoniſata reperta eſt.

Sal Tartari genuinum coloris amoene albi ſemper debet eſſe, & una pars in partibus 2. Aquae communis plenarie ſolubilis, ſine ullo relinquente ſedimento. *Piepenbring.*

OBS. 6) *Sal eſſentiale Tartari Crell* ita parandum ſuadet: Rec. *Conch. ſubtil.* pulveriſ. — ſeu *Cretae* purae Libr. 6. — Immitte pulverem *Aqu. bullient.* Libr. 30. ſatura cum *Cremor.*

Tartari, (ad quod requiruntur Librae 18-19.) filtra. Liquor clarus Tartar. tartariſat. exhibibet. In filtro haeret *Selenites tartareus*, hunc divide in duas vitreas cucurbitas, & Aqua dilue. Admiſce Libras 6. *Acidi Vitrioli anglici* concentrat: (Gravitat. ſpecific 1,817.)

Calor qui *Acidum Vitrioli* concentratum admiſcendo naſcitur, pro digeſtione valet. Mixtum totum altera die impone linteo, Liquorem ſtillantem in vaſis vitreis l. lapideis cape, bene edulcorando Selenitem, ne quid acidi retineat, ſaepius vero reaffundendo ſtillatum, ut majorem acidi, minorem Selenitidis copiam ſolvat. Si ſolutio haec acida ad 10. circiter Libras evaporata eſt, adde *Acidi Nitri* Drachm. 6. (1—25. Grav. ſpecific.) Hac methodo Liquor privatur empyrevmate, fit albus, Vini gallici colorem induens. — —

Liquor hic iterum per linteum colatur, & ad cryſtallifationem reponitur Naſcitur Sal egregium, pellucidum. Si ſequentes cryſtalliſationes colorem plus flavum, primum maritantur, addita Drachm. 1—2. acidi Nitri, huic incommodo ſubveniri poteſt.

Sal eſſentiale Tartari quidam ita praeparant. Rec. *Cremor. Tartar.* Unc. 24. ſolv. in *Aquae fervid.* Menſur. 16—20.—Solut. cum *Cretae* alb. quant. ſuffic. redigatur in Selenitem Tartari, qui per filtrum ſeparetur & ſiccetur. Diluantur *Olei Vitriol.* Unc. 10. cum *Aquae commun.* Menſur. 4. adde hoc dilutum acidum ad punctum ſaturationis Seleniti, poſt reſidentiam horar. 12. ſeparetur, ſupernatans *Acidum Tartari*, educetur ſubſidens Gyp-

ſum cum Aqua calida, evaporentur Lixivia in vitris, & cryſtalliſationi exponentur. *Gm.*

Caeterum requirit *Salis Tartari* Unc. 1/2. e.g. *Aceti ſquillitici* Unc. 8.

SAL URINÆ NATIVUM ſ. MICROCOSMVS, vide *Phosphorus.*

SAL VEGETABILE, ſ. TARTAR. SOLVBIL. vide *Tartarus tartariſatus.*

SAL VITRIOLI NARCOTICVM, vide *Sal ſedativum Hombergii.*

SAL VOLATILE OLEOSVM SYLVII, vide *Lixivium ammoniacale aromaticum.*

OBS. 1) *Keup* praeparationem *Salis volatilis oleoſi Sylvii* communicat ex *Olei deſtillati Aniſi* — *Caryophyllor.* — *Cinnamom.* ana Drachm. 1/2. — *Macis* Scrupul. 1. — *Zedoariae* — *Succini* ana Scrupul. 1/2. — *Spirit. Sal. ammonac. volatil. vinoſi* Unc. 9. digerantur in vaſe optime clauſo, & ſerventur *uſui*, qua *carminativum*, *ſtomachicum*, *aperitivum*, pro *Doſi* a Gutt. 30 — 40.

Pharmacop. Suecica ſuadet praeparationem *Salis volatilis oleoſi Sylvii* ſ. Lixivii ammoniacalis aromatici ex *Olei deſtillati Caryophyllor.* — *Citri*, — *Macis*, — *Meliſſae*, ana Drachma 1. ſolvendi in *Lixivii ammoniacalis vinoſi* ſ. *Spiritus Salis* ammoniacal. aquoſi Unc. 24. & probe aſſervandi in vaſculo accurate clauſo.

SALSILAGO AMMONIACALIS ACETOSA, vide *Spiritus Mindereri.*

SALSILAGO CORNV CERVI SVCCINATA, vide *Liquor Cornu Cervi ſuccinatus.*

OBS. *Ph. Roſſica* cupit, ut *Sal Succini* qu. plac. ſolvetur, in *Aquae commun.* qu. ſuffic. dein *Sal Cornu Cervi* ſolvetur in *Aquae commun.* quadruplo. Singulae hae ſolutiones filtratae miſceantur ad ſaturationem.

SALSILAGO OXYTARTARI, vide *Liquor Terrae Foliatae Tartari.*

OBS. Ad *Ph. Roſſicam Alkali Lignorum* Unc. 1. & 1/2. in *Aceti Vini* acerrimi qu. ſuffic. ſolvitur, Liquor filtratur, ut evaporetur ad remanentiam Unc. 12.

SAPO GVMMOSVS.

Richter commendat ad *Saponem gummoſum* e *Sal. Alkali cauſtici* Unc. 2. ſolutis in *Aqua commun.* quantit.ſuffic. lenem poſt coctionem, moderato igne ut addetur *Gummi Guttae* quant. ſuffic. ad ſolutionem *Alkali cauſtici* plenariam, valde proficuam ad *obſtruct. viſcerum reſolvendas.*

SAPO STARKEY, ſ. CORRECTOR OPII.

Rec. *Salis Tartari* calcinat. calentis Unc. 12.

Olei Terebinthinae Unc. 3.

Conterantur illico, diu & fortiter in mortario calefacto, donec Maſſa ſaponacea ſit formata. *Plenck.*

VIS eximie *reſolvens*, *diſcutiens*, *balſamica*, *ſtimulans*, *diuretica*, *antiſpaſmodica.*

USUS ad reſolvendos *tumores cyſticos* & *articulares.*

DOSIS a Granis 5 — 10.

OBS. 1) *Sapo Starkeianus* ſ. *Corrector Opii* paratur ad *Diſpenſator. Fuldenſe*, e *Salis alcalini vegetabil. cauſtic.* quant. plac. calcinetur ſuper igne ſatis forti, & adhuc fervidus effundetur in mortarium metallicum calidum, paucis ſuper prunis candentibus repoſitum, & in eo cum *Terebinthinae venetae* exigua quantitate probe terendo perfecte miſceatur, quo dein ſucceſſive adfundatur *Oleum Terebinthinae* in parvis portionibus, Drachm. 1/2. circiter ponderantibus; quamprimum prima portio durante trituratione a Sale ſiticuloſo abſorbta eſt, nova portio adfundatur, haecque adfuſio Olei ſub continua trituratione eo usque reiteretur, donec elapſo aliquot horarum ſpatio maſſa omnesSaponis proprietates acquiſiverit.

Hic tum Sapo ſolvatur in *Spiritu Vini* rectificatiſſimo; ſolutio per aliquod tempus ſtet, ut Alcali ſuperfluum, cum Oleo non intime unitum, cum phlegmate Spiritus Vini ſeſe uniat, & praecipitetur; hoc praecipitatum a Sapone in Spiritu ſoluto per infundibulum ſeparetur; Sapo vero ſolutus immittatur retortae vitreae, & leni ſuper igne Spiritus ab eo abſtrahetur.

OBS. 2) *Sapo venetus extemporaneus* paratur ad *Plenck*, optime e *Lixivii Saponariorum* Unc. 36. — *Olei Olivarum* recent. Unc. 12. Redigantur probe l. a. in Saponem; cujus *uſum* praecipue commendat *Aqua* l. *Lacte* prius ſolutam, ad *ſolvendos tumores induratos* & *ſcrophuloſos*, qua valide *reſolvens*.

SAPO ANTIMONII cum RESINA JALAPPÆ *Kaempf.*

Rec. *Hepatis Antimoni* Unc. 2. & Drachm. 2.
Alcali mineralis cauſtic. Drachm. 6 — 9.
ſolve in *Aquae* deſtillatae Unc. 6. Huic ſolutioni filtratae adde in mortario ſerpentino
Reſinae Jalappae Unc. 3. & Drachm. 2.

Reponatur hoc mixtum in locum calidum, & ſaepius agitetur. Die ſequenti ſolvatur *Sapo* hic, circiter combinatus in *Aquae* deſtillatae Unc. 36. & evaporetur in vaſe vitreo, igne leni ſub perpetua agitatione adSaponis conſiſtentiam. Si jam adhuc aliquid nondum plenarie ſolutum, nec tamen ſapor cauſticus amplius inveniatur, ſolvatur in Aquae deſtillatae Menſura 1. hic Sapo, & ſolutione fervide filtrata inſpiſſetur ad conſuetam Saponis duritiem. *Keup. Gmel.*

SAPO ANTIMONII RESINOSVS cum *Gummi Ammoniaco.*

Rec. *Hepatis Antimonii* Unc. 3. & Drachm. 3.
Alcali mineral. cauſtic. Unc. 1. & Drachm. 1.
Solve in *Aquae* deſtillat. calidae Unc. 8. cum hac ſolutione filtrata miſce, uti ſuprá factum eſt,
Gummi ammoniaci puri, Unc. 5.

Si plenarie ſolverentur, & ſapor adhuc remaneret cauſticus, adhuc *Gummi ammoniacum* addi deberet, ſin minus, e reſiduo in filtro determinari poſſet, quantum Gummi ammoniaci ſolutum fuerit; tunc praecedentis Saponis cum *Reſina Jalappae* tantum additur, ut quantitas Gummi ammoniaci reciproca ad *Reſinam Jalappae* ſit uti 4:1.

Haec *determinata proportio* in *Sapone* cum *Gummi ammoniaco* praeparanda non ubique applicabilis eſt, dum in uno gummate mox plus ad ſaturationem requiritur, mox ad intimiorem combinationem longiori opus ſit labore. — Proportio in *Sapone* cum *Aſa foetida* convenit cum Gummi ammoniaco, in Sapone Antimonii autem cum Guaiaco praecipue ad ſaturationem erit reſpiciendum.

Uſus. De hoc *Antimonii Sapone Kaempf* aſſerit, ſe nullum noſſe remedium praeſtantius in *ſolvendo ſanguinis coagulo*, in corrigenda *lympha* & reſeranda minimorum vaſculorum *obſtructione;* tunc in reliquiis *febrium*, in *viſcerum* & *glandularum obſtructionibus*, indeque orto *hydrope*, in *tuſſi convulſiva*, *febre quartana* & *ſcrophulis* ſpecifice agere contendit.

Augetur hujus remedii efficacia, ſi *Mercurius dulcis*, *Extractum Aconiti* &c. pro re nata adduntur. Optat *Kaempf*, ut cum hoc Sapone, Mercurio juncto in clyſteribus experimenta inſtituerentur. *Keup.*

OBS. 1) *Sapo Antimonialis* Diſpenſ. *Fuldenſis* paratur e *Lixivii* Scoriarum *Reguli Antimonii* ſimplic. Unc. 16. — *Olei Amygdalar.* dulc. recenter preſſis Unc. 4. coctis in vaſe lapideo, l. terreo vitreato, l. ferreo, & durante coctione eis ſucceſſive inſtilletur Lixivium cauſticum eo usque, dum maſſa conſiſtentiam Saponis acquiſiverit. Cujus *Vis* eſt *reſolvens* potenter, *diaphoretica*, *diuretica*. — *Doſis* a Granis 2 — 6; adhibetur caeterum ad *Tincturam Antimonii Jacobi*, ſ. *Sulphur* auratum liquidum.

OBS. 2) *Sapo Antimonalis* ad Ph. *Herbipolitan.* & *pauper. Hamburgenſ.* conſtat e *Hepat. Antimonii* Unc. 1/2. ſoluta in *Aquae fontan.* fervent. Unc. 12. colatura Unc. 6. cocta usque dum Ovum recens innatet, dein addendae ſunt *Olei Amygdalar.* dulc. rec. preſſ. Unc. 6. mixta coquendi ſub continuo motu leni igne, donec plenarie coeant, tum affundenda eſt reliqua pars Lixivii, evaporanda ad conſiſtentiam *Saponis*, reſiduum ſolvendum eſt in *Spiritus Vini* qu. ſuffic. & ſuper alembicum abſtrahendum. *Doſis* Gran. 2 — 6.

OBS. 3) *Sapo antimonialis* ad *Wiegleb* methodum commendatum a *Piepenbring*, paratur ex *Antimonii* contuſi Unc. 2. commixtis cum *Sulphur.* pulveriſat. Unc. 1. in vaſculo figulino coctis cum *Lixivii cauſtici* tanta copia, quae ad plenariam ſolutionem requiritur. Ad hocce Decoctum filtratum affunduntur Unc. 6. *Olei Amygdalarum*, ſ. ſubtilis recentis *Olei de Provence*, quae omnia mixta in vaſculo figulino, ad conſiſtentiam craſſam saponanaceam leni igne evaporantur.

In Parte 3. commendat *Piepenbring* hancce praeſcriptionem, ut commiſceantur *Salis Tartari* & *Antimonii* ana Unc. 10. — *Calcis* vivae Unc. 5. ad pulverem, funduntur tum omnia per horam 1. forti igne, & effunduntur in conum fuſorium, poſt refrigerium pulveriſantur omnia ad pulverem groſſum, elixivantur Aquae fervidae copia ſufficiente, filtrantur, ne nil praecipitetur a Sulphure Antimonii. Lixivio huic calido Menſuram 1. & 1/2. continente, adduntur in vaſculo figulino

lino Unc. 10. *Olei Amygdalarum* recentium Unc. 10 ſub frequentiore motu leniter evaporetur ad conſiſtentiam craſſam - compactam. *Piepenbring.*

SAPO e RADIC. JALAPPÆ ARNEMANN.

Rec. *Reſin. Jalapp.*

Sapon. venet. ana partes aequal. vel

Reſin. Jalapp. part. 4. & *Sapon.* part. 3.

Solve in *Spiritus Vini* rectificat. quant. ſuffic. tum evapora, quod exhibet maſſam fuſcobruneam, ſaponaceam - ſubſpirituoſam, facile ſolubilem in Aqua communi, ſine ulla ſeparatione, cum colore ſubalbido; in deſtillata vero ſubfuſco colore, & in motu ſpumeſcens.

Sapon. hujus *Jalappin*, Scrupul. 1. requirit *Aquae commun.* Drachm. 2. ad reſolutionem.

Uſus. Sapo hic Jalappin. pulveriſat. inſervit loco ordinar. pulver. *Jalapp.* uti & in forma Guttar. Aqua deſtillat. l. Spirit. Vini prius ſoluta, vel ad maſſam pilular.

Doſis uti in alias conſueta reſina Jalappae, reſpectu ſimul habito ad copiam Saponis.

OBS. 1) *Arneman. Sapon. Jalapp.* huncce exhibuit in mixtura cum adpropriato *Syrupo*, - non præciſe acido, quo Sapo decomponeretur. — *Mercurialibus* quoque mediis junxit, uti & laxantibus, ſ. aliis mixturis ſalinis ſine moleſtia, ſine reſinae decompoſitione. — Intima mixtio *Reſinae Jalappae* cum Sapone imminuit effectus noxios reſinae ad inteſtina, ſine reali imminutione effectus Saponis hujus Jalappinæ. — *Pulvis Jalappae* effectum ſaepius habet

uti omnia remedia in pulveris forma ſumta; *Tinctura* ordinar. *reſinoſa* decomponitur, ſi Aqua ſumitur; reſina vero, maſſa pilular. mixta, optime poteſt ſumi. — Varii quidem jam tentarunt reſiram miſcendi cum Aqua, addito, l. ſapon. l. mucilagin. vegetabil. l. vitello ovi, quibus mediis nunquam intima orta eſt mixtio, ſed enatus eſt ſaepius tamen incommodus interdum noxius effectus ad inteſtina.

OBS. 2) *Sapo Jalappae Piepenbring*, qua remedium *laxans* eximium, ob incommodum & nauſeoſum ejus ſaporem non ab omnibus rite adhibetur, uti pulveris forma non omnibus confert, aeque minus ac variis Tinctura conſueta reſinoſa, quae addita Aqua ob leviorem ſaporem decomponitur, & quum reſina in pilulari forma ſaepe nullum exſerit effectum, etſi per varia additamenta, per ſaponem - l. plantarum mucilaginem - l. vitellum Ovi &c. reſina ad meliorem mixtionem redigitur; quae omnia vero additamenta non plenariam & intimam producunt commixtionem, ſaepius quoque varias moleſtias ad inteſtina.

Variis ſaepius fruſtra inſtitutis experimentis, reperiit *Piepenbring* ad Part. 2. optimam mixtionem e *Reſinae* & *Saponis venetae* partibus aequalibus, l. e partibus 4. *Reſinae*, & partibus 3. *Saponis*, intima mixta *Spiritus Vini* ope qu. ſufficit, evaporata haec ſolutio, producebat maſſam nigro - fuſcam, ſatis conſiſtentem, aliquid ſaponacei attactu, & odoris ſpirituoſi.

Sapo hic leviter eſt ſolubilis in Aqua communi, inprimis ſi aliquid Aquae tepidae ſumitur, ſine ulla ſubſequente ſeparatione. In Aqua deſtillata color erat ſubfuſcus, in Aqua communi fluviali magis lactea; in motum redactus hic Sapo Jalappae ſpumeſcit leviter, qualis vero ſpuma mox evaneſcit. — Scrupulus hujus Saponis Jalappae requirit Drachmas circiter 2. Aquae ad ſolutionem, interdum minorem copiam.

Piepenbring adhibuit huncce Saponem, tam commode aſſumendam, ſummo cum fructu, qua Mixturam cum congruoSyrupo, nunquam vero acido, quo Sapo poſſet decomponi. — Commiſcuit quoque remediis mercuralibus, uti & laxantibus, ſ. aliis mixturis ſalinis, ſine ulla noxa, & ſine decompoſitione Reſinae. — Tam noxios effectus Reſinae ad inteſtina, tam intima connexio Reſinae cum Sapone mitigat potius quam auget, ſine ullo detrimento proprii effectus.

Sapo hic *exſiccatus* probe in pulveris formam poteſt redigi, & loco conſueti pulveris Jalappae commode ſubſtitui, in forma quoque Guttularum, ſi prius in Aqua communi deſtillata, ſ. in Spiritu Vini eſt ſoluta; uti & in forma pilulari aeque commode confert. *Doſis* eſt eadem, uti in conſueta Reſina Jalappae, copia tantum Saponis additi paucam requirit differentiam. *Piepenbring.*

OBS. 3) *Sapo* conſtat plerumque ex animali Adipe in Lixivio cauſtico ſoluto. — Plerumque ſuadent medici *Saponem venetam*, l. *hiſpanicam*, ex Alikantio, quia plerumque credunt,

huncce Saponem parari ex Oleo Olivarum, nec ex ullo Adipe communi. — Veneta haec Sapo eſt plerumque maculata nigri coloris, commixta hinc Sapone tincta; non ſolubilis eſt in Aqua recenter deſtillata, coloris plane clari & pellucidi; in Spiritu Vini ſoluta relinquit in filtro non ſolum multum Adipis impuri, ſed & pulverem coloris lateritii &c. Qualitates tam diverſae & primariae, quae tribuuntur huic Saponi, fallunt ſaepius, ob varias ejus impuritates, & hinc eo leviter rejicienda, uti quaevis alia ex Adipe animali parata.

Commovit hoc, ut fratres *Gravenhorſt Brunſuicae* variorum medicorum conſilio Saponem medicatam pararent ex Alcali minerali, & Adipe puro, & publici juris dein venditione facerent.

Oleum Olivarum ex *Provence* ſaturabant quantitate ſufficienti *Alcali mineralis*, & parabant ita *Saponem* vegeto - mineralem, & publice venditabant per quoddam tempus, — uti aliam e *Butyro Cacao* parabant.

Contendit hinc *Piepenbring Signa Saponis genuinae* bonae medicae conſtare, ſi in Aqua deſtillata plenarie eſt ſolubilis, coloris clari & pellucidi, nec in filtro ullam relinquit impuritatem, ſ. peregrini cujusdam corporis; ut, ſoluta in Aqua calida, poſt refrigerium ſuperficies nullam cutem adipoſam contineat; ut in Aqua deſtillata, ab omni acido libera, ſoluta, & commixta Syrupo violarum vel Tinctura Laccae, nullus coloris mutatio dehinc oriatur, nec ullus odor rancidus, nec ſapor ullo modo deprehendetur. *Piepenbring*.

OBS. 4) *Piepenbring Saponem camphoratum* valde efficacem, in *Aqua communi* plenarie ſolubilem, Camphora per filtrum una transeunte, commendat. — Solvit nimirum *Camphorae* Drachm. 2. in *Oleo Amygdalarum* Drachm. 6. cui Oleo affudit ſucceſſive *Alcali cauſtici vegetabilis* Drachm. 2. in Unc. 3. Aquae deſtillatae ſolutas, & leni igne in vaſculo ferreo aſſervatas. — Omni fere phlegmate exhalato, de novo affundebatur ſub perpetuo motu, e qua proportione commode Sapo acquirebatur, iſtius qualitatis, ut Mercurius dulcis non colore tingeretur nigro, in *Spiritu Vini* plenarie ſolveretur, uti in Aqua, & per multum Camphorae redoleret. In ſolutione hac aquoſa Saponis hujus camphoratae omnis copia Camphorae per filtrum tranſiit, quae in Aqua communi ſoluta manet. *Piepenbring.*

OBS. 5) *Saponem coſmeticum Mellin* communicat e *Sapone veneto* in *Aqua Roſar.* lot. Unc. 4. — Pulv. *Amygdal. amar.* Drachm. 2. — *Olei Tartari* per deliquium Drachm. 3. — *Moſchi* & *Zibethi* ana Grana 3 — 4. Miſcendi accrate ad *Saponis* conſiſtentiam.

Herold ſuadet tantum ad *Saponis ſolutionem*, Unc. 12. *Saponis* raſi, digerendi cum Unc. 72. *Spiritus Vini* rectificati, eam ſolvendi, pellucidam ſolutionem decantandi a ſedimento.

OBS. 6) *Saponem hiſpanicum* ad *internum* uſum praefert *Selle* prae alias conſueta *veneta*, qua purior & acrior, qua potentiſſimum *reſolvens*, etſi non vim habet, calculos in viis urinariis ſolvendi, raro ſolum tantum datur, ſed quamplurimum in connubio aliis remediis,

Uti immiſcet *pilulis* ſuis *purgantibus*, quae conſtant e *Reſina Jalappae* — *Mercurii* dulc. praepar. — *Sapon. hiſpan.* ana Unc. 1/2. Miſce fiant Pilulae cum *Eſſent. Rhabarb.* ponder. Gran. 2. conſperg. Pulv. Liquirit. *Doſis* Pilulae No. 9. qua eximium remedium in omnibus morbis chronicis, ubi purgantia requiruntur. *Selle.*

Sapo niger, qua Maſſa e *Sevo* & *Cinere ſalino* confecta, *vim* habens *abſtergentem*, *irritantem*, *reſolventem*; additur fomentis *reſolventibus verrucae*, clavi eo humectati; ſordities *ulcerum*, *vulnerum*, *cutis ſcabies* cruſtoſa - ſaepe lota - evaneſcunt plane: qua ſuppoſitorium ad alvum adſtrictam. *Plenck.*

OBS. 7) *Sapo venetus* conſtans e *Lixivii Saponarior.* Unc. 36. — *Olei Olivarum* recent. Unc. 12. digeſtis l. a. in *Saponem*, qui effectum exſerit, (qua maſſa ſolidiuſcula ex *Oleo Olivarum* & *Alcali* fixo, *Calcis* ope *vivae* exacuata, conſtans,) qua *reſolvens* potenter, humores *attenuans*, ſolida *relaxans*, *obſtructiones*, *ſtaſes* & concrementa bilioſa *reſerans*, *acidum* in primis viis *corrigens*, & eliminans. Confert *interne* quoque eximie in *ictero*, *obſtructione glandularum* & *viſcerum*, *hydrope*, *febre quartana*, *arthritide*, *podagra*, *calculo*, *rhevmatiſmo* chronico & *rachitide*. — In *ſcirrho* quoque, *tumoribus* lacteis *mammarum*, in *ſcrophulis*, in *calculo*. *Bergius.*

Externe forma *enematis* confert in *obſtructione alvina*; *cataplaſmatis* ad *reſolvendos tumores glandularum*, & maturandos *abſceſſus*. *Richter.*

In *tumoribus induratis* - *frigidis* & *ſcrophuloſis*

Aqua l. lacte ſolutis, uti in Spiritu Vini ſolutus *ganglia* & *tumores* cyſticos *reſolvit. Biker.*

OBS 8) *Sapo chymicus Dippelii*, ſ. *Mixtura tonica Dippelii.* Rec. *Ciner. clavellator.* depurat. Unc. 12. — *Antimon.* crud. Unc. 6. — *Lamellar. Cupri* Unc. 3. adſcorias fuſa omnia - nondum refrigerata, contunduntur in pulverem, & *Oleo Juniperi*, ſ. *Terebinthinae* tamdiu ſaturantur, ad conſiſtentiam pultis, tum ſuperfunduntur *Spiritus Vini* qu. ſuffic. ut emineat, digeruntur per aliquot dies, Liquor coloratur, filtratur, Infuſio novo Alcohole repetitur, bis - terve, digeritur tum, & deſtillatur pars Spiritus, ut Tinctura bene ſaturata, & craſſa acquiratur, ad quam quidam *Saponem venetum*, & parum *Balſami peruviani* addunt. — *Uſus* ejus commendatur praecipue, qua remedium potenter *reſolvens* externe; *interne* vero noxius eſt ob Cupri partes, *Pfingſten.*

OBS. 9) *Sapo* eſt maſſa ſolidiuſcula, inquit *Bergius*, conſiſtentia ſebi hircini, albida, ſectilis, inter digitos tractata mollis, ſubplaſtica, ſublubrica, odore vix ingrato, ſapore pingui, ſalſo. — Ignis flammae Sapo admotus, liqueſcit, ſtillat guttis decidentibus, ſaepe vero in bullas ſe expandentibus, quae, remota flamma, ſubito rigeſcunt, perſiſtunt. In vaſe aperto ſuper ignem tumet, liqueſcente Oleo, aduritur, nigreſcit, alcali non mutato; non flagrat, niſi bene excalefactus & admota flamma; tunc flagrat, & conſumitur, remanente carbone nigro, inquinante; ſed in igne clauſo liqueſcit, funditur, pellicula induitur, quae in bullam elevatur, aduritur, fuſceſcit.

Saponis fruſtulum, in Aquam demiſſum, ſuperficie undique perlubricum fit. Solvitur mora in Aqua ſimplici: ſolutione limpidiuſcula, opaleſcente. Tardius ſolvitur in Aqua frigida, ubi primum emolleſcit & albeſcit; in Aqua calida ſub digeſtione ſubdiaphanus fit, ſolutioque citius peragitur, & vertitur in faciem gelatinae, quae vero limpida evadit, ſi cum Aqua nivis parata fuerit. *Solutio Saponis*, ſi ope virgae quatitur, ſpumeſcit, & in bullas, ſaepe grandes, exſurgit; mora non decomponitur, neque ebullitione ſupra ignem. Si fruſtum Saponis cum penicillo fricetur, inſperſo pauxillo Aquae, ſpumeſcit: ſpuma nivea, quae, ſaturata, cremori lactis ſimillima fit. Spuma haec ſiccata ſpongioſa evadit.

Sapo ſpumeſcit optime cum Aqua fluviatili-nivali-pluviali; ſed cum Aqua fontana ſaepe tenax fit & in fila ductilis. Si Alumen vel aliud Sal cum baſi terreſtri Aquae adjicitur, non ſpumeſcit; Salia autem media perfecta bene fert, e. gr. muriam fontium, Tartarum vitriolatum &c. ſalva facultate ſpumeſcendi & vi detergente. Cum Reſinis tritus Sapo, illas cum Aqua commiſcet: mixtura tamen bene non perſiſtente; paullo melius perſiſtit mixtura ex Oleis, Sapone & Aqua. Solvitur Sapo etiam in Spiritu & Alcohole Vini; citius vero, ſi cum Alcali Spiritus fuerit exacuatus: ſolutione perfecta, limpida; ſed ſi Aqua huic ſolutioni addatur, mox lacteſcit & praecipitatur.

Si Sapo additione Alcali fixi ſupraſaturetur, in Aqua pariter ſolubilis fit: ſolutione ſubopaleſcente; quae quiete cremore ſuperinduitur;

quod tamen non ſit, ſi alcali volatili ſupraſaturetur. Si Sapo ex Borace, loco alcali, praeparatur, Boracis pars una, ex obſervatione *Spielmann*, Olei expreſſi partes duas vertit in Saponem verum, pulcherrimum, in Aqua facile ſolubilem, & Borax non decomponitur, quod mireris, quandoquidem Sal ſedativum per ſe nullam cum Oleo commixtionem admittit. Sapo *componitur* ex *Oleo Olivarum* & *Alcali* fixo, *Calce* viva exacuato.

In *uſus medicos* praeſtat *Saponem frigide parare*, ne Oleum ſub decoctione rancore afficiatur. Sub hoc proceſſu Oleum cum alcali intime jungitur, adeo ut per ſe non ſecedat, ut ſupra monitum, neque decoctione protracta in Aqua pura; inſpiſſatur enim in gelatinae liquidae faciem, & refrigeratione ſpiſſeſcit. Ex nexu hoc alcalino nihil ferme alteratur Oleum; etenim ſi acidis decomponitur Sapo, Oleum in integrum reſtituitur, in Spiritu Vini poſtea ſolubile.

Formula pro conficiendo *Sapone officinali*, frigide parato, haec erit: Rec. *Calcis* viv. p. 1 & 1/2. — *Sodae hiſp.* p. 2. decoquantur in Aquae purae ſ. q., in aheno ferreo, usquedum omne alcali ſolutum fuerit. Lixivium frigefactum coletur per chartam emporeticam, & ſuper ignem concentretur, ut Menſura Unciae 1 Aquae purae, hoc Lixivio repleta, ponderet Unc. 1. & Drachm. 3.

Rec. hujus Lixivii concentr. part. 1. & Olei Olivar. opt. part 2. miſceantur in vaſe fictili vitreato, ac ope ſpatulae agitentur, dum ſpiſſeſcat haec mixtio & colorem aſſumat album, quod brevi fit. Deinde combinatio perfectior

ſenſim peragitur, ſi per duas vel tres hebdomades linquatur.

Hacce encheireſi obtinetur *Sapo ſolidus*, albus & bonus. Ille Sapo, qui calide paratur, artificibus inſervit, & alia methodo conficiendus; ſcilicet Rec. Lixivii ſupradicti, ſed minus concentrati, h. e. ut Ovum recens ſuſtiſtineat, q. v. Hujus pars una debilitetur cum affuſa Aqua pura, cui admiſceatur Olei Olivarum anatica pars. Mixtio illa ſupra ignem moderatum collocetur, ſub valida agitatione ſpathulae ope, ut unio facilitetur; quo facto reſiduum Lixivii addatur, ſub continuata coctione igne moderato, usquedum Sapo perfectiſſimus evaſerit. In hunc finem, experiundum, ſi notas requiſitas bonas habeat, ſcil. ſi Alcali & Oleum juſtae ſint proportionis.

Genuinus Sapo debet eſſe ſolidus, albus cum refriguit, in aëre libero nec deliqueſcere nec emolliri, & in Aqua pura penitus ſolvi, ne guttula olei ſupernatet.

Ex obſervatione *Geoffroy*, *Saponis* Unciae 2, ſi mediante acido decomponentur, conſtabunt ex Olei Unc. 1. Drachm. 3. & Scrup. 2; Aquae Drachm. 2. & Gr. 4. vel paullo ultra, pro ſiccitate Saponis, & Alcali mineralis cryſtalliſati Drachm. 2. & Scrup. 2.

Sapo decomponitur omnibus acidis, etiam debiliſſimis, atque Salibus omnibus imperfectis, ſive baſis ſit calcarea, argillacea, ſive metallica. — *Duhamel* ſtatuit, quod color ille marmoreus, quem Sapo ſaepe oſtendit, ab auripigmento, lixivio ſaponario admixto, quod Saponi ſuperadditur, dependeat.

Virtus medica Saponis eſt *detergens*, *mundificans*, *aperiens;* hinc *Uſus* ejus in obructione viſcerum, ictero, arthritide, podagra, calculo. *Sapo ſolubilis*, *lubricans*, mitis ex alcali cauſtico pinguedine involuto, absque noxae metu ſumi poteſt. *Bergius.*

Vidi, nobilem Senem ſeptuagenarium, *Saponis* Unc 1/2. cum amaris maritati, & *Aquae Calcis* Libr. 2. addito pauxillo Lactis, per integros 10 annos quotidie contra *calculum* ſumſiſſe, idque magno cum levamine. Per totum hoc tempus cibum bene appetiit, macilentus non factus, qui potius pingueſcuit, hilaris & vegetus ſemper erat.

SATVRNVS ACETOSVS,
ſ. *Pulvis Extracti Saturni.*

Praeparatur ſi *Acetum ſaturninum* evaporetur ad ſiccitatem.

Plura vide *Extractum Saturni.*

SCAMMONIVM PRÆPARATVM,
vide *Diacridium praeparatum.*

SCILLÆ EXSICCATIO. ſ. PRÆPARATIO.

Bulbi Scillae recentis, ablato externo cortice, transverſim in taleolas tenues ſecti, leniſſimo calore probe exſiccentur, tunc friabiles fiant.

VIS *incidens*, *reſolvens*, *diuretica*, *emetica*, in forti Doſi.

USUS in *pectoris* affectibus a *viſcida craſſa materia* ortis; in *aſthmate humido;* in *viſcerum abdominis obſtruction. cachexia*, *hydrope.* Ph. *Londin. Edinburg. Roſſica. Suecica.*

DOSIS in *Infuſo* Gran. 20 — 30. cum Unc. 8 — 12. *Vini* l. *Aquae.* In ſubſtantia & pulvere Gran.

3 — 5. cum aliis mixta remediis. — Continuatum ejus uſum ventriculus perferre nequit.

OBS. 1) Recte exſiccatae indicium eſt, quod friabilis reddita amaritiem & acrimoniam retineat. *Clyſma irritans* exhibet Drachm. 1. pulv. *Scillae pptae.* addita aliis ſpeciebus, in *cerebri* commotione, & *herniis incarceratis.*

OBS. 2) Efficacior manet hac praeparatione *Scilla,* quam toſtione in olibano, cum paſta e farina & *Aqua.*

SERVM LACTIS ACIDVM.

Rec. *Lactis vaccini* ebullient. Unc. 18.
Cremor Tartari Unc. 1/2.

Mixta ebulliant, dum caſeoſa pars in coagulum abierit, quo facto coletur Serum.

VIS *temperans*, *antalcalina*, *attenuans*, *diuretica*, *antiphlogiſtica*, alvum *aperiens.* Datur vaſculatim. Diſpenſat. *Fuldenſe.*

OBS. 1) *Serum Lactis aluminoſum* Diſpenſat. *Fuldenſe* & *Londinenſe* ſuadet e *Lactis vaccini* bullient. Unc. 18. — Pulver. *Alumin.* rupei Drachm. 2—3. ebulliant ſimul, ut fiat Coagulum, Serumque coletur. — *Vis antiſeptica*, fibras *roborans*, humores compingens. Datur vaſculatim.

OBS. 2) *Serum Lactis dulce*, ſincerum ſ. clarificatum, Diſpenſ. *Fuldenſe* communicat e *Lactis Vaccini dulcis* ebullient. Unc. 12. — *Coaguli vitulini*, quant. ſuffic. coquantur invicem ad caſei coagulationem, Serum colatum clarificetur cum *Albumine Ovi*, & perfecte pellucidum ex viridi flaveſcens detur vaſculatim,

qua *temperans*, *antiphlogiſticum*, *humectans*, *alvum* & *urinam promovens*.

OBS. 3) *Serum Lactis ſinapinum* Diſpenſ. *Fuldenſe* commendat parandi e *Lactis Vaccini dulcis* Unc. 24. — *Semin. Sinapios* contuſi Unc. 1. & 1/2 — 2. coquantur invicem ad ſeparationem caſei, tuncque Serum colatum detur vaſculatim, qua *ſtimulans* - *incidens* - *diureticum* - *antiſcorbuticum*.

OBS. 4) *Serum Lactis vinoſum* communicat e *Lactis vaccini* dulcis Unc. 24. — — *Aquae* fontanae Unc. 12. ebulliant ſimul, & ſub ebullitione eis addantur, *Vini franconici albi* Unc. 8. facta coagulatione coletur Serum, adhibendi vaſculatim, qua *antiſepticum*, *analepticum*, *diaphoreticum*, *diureticum*.

OBS. 5) Ph. *Pragenſ.* pauper. communicat *Serum Lactis acidum*, e *Lactis vaccini* bullientis Unc. 12. — *Cremor Tartari* qu. ſuffic. Miſce, ebulliat ſimul, ut fiat coagulum, ſerum coletur, ad Unc. 12. *Doſis* vaſculatim.

OBS. 6) *Serum Lactis clarificatum* ita paratur, Rec. *Lactis vaccini* recentis Unc. 72. — *Coaguli* vitulini ex Aqua diluti Drachm. 1. l. qu. ſuffic. In vaſe fictili cooperto ſtent per aliquot horas ſupra cineres calidos, donec Lac denſe coagulatum ſit. Sero inde ſeparato, & per linteum colato, immiſce *Albumen* 3. Ovorum in ſpumam agitatum, & cum *Cremoris Tartari* Drachm. 1/2. mixtum bulliat paulum, & Serum per chartam coletur.

OBS. 7) *Serum ſcorbuticum* Ph. *Londinens.* paratur ita: Rec. *Lactis vaccini* Libram 1. — *Succorum ſcorbuticorum* Uncias 4. Coque, ut fiat Serum bene a coagulo ſeparandum. Ph. *Lond.*

Succi ſcorbutici Ph. *Londinens.* conſtant e Succi *Cochleariae* hortens. Unc. 24. — *Beccabungae* — *Naſturtii* aquatici ana Unc. 12. — *Aurantior.* Unc. 20. Miſce & poſtquam faeces ſubſederint, effunde, vel cola. Ph. *Londin.*

OBS. 8) Ph. *Hamb. pauper.* habet

1) *Serum Lactis aluminoſum* e *Lacte vaccino* Unc. 12. Pulver. *Alumin.* Drachm. 1. coque ad coagulum, ſerum colandi.

2) *Serum Lactis duplicatum* e lacte ebutyrato -vaccino ebullient. ana Unc. 17.

3) *Serum Lactis vinoſum* e *Lact. vaccin.* Unc. 24. — *Aqu. fontan.* Unc. 17. poſt ebullitionem addendi *Vini albi* gallic. qu. ſuffic.

OBS. 9) *Serum Lactis* Pharmacop. *Hafnienſis* ita paratur: Rec. *Lact. vaccin.* Unc. 24. coque & ſub coctione adde *Cremor. Tartar.* Drachm. 2. Serum ſeparetur.

OBS. 10) *Saunder Serum acetoſum* conſtat e *Lactis vaccini* — *Aquae commun.* ana Unc. 24. coque ad ebullitionem, & adde *Aceti* Unc. 1. & 1/2. aufer coagulum. *Doſis* Unc. 4. — 8.

OBS. 11) *Saunder Serum ſinapinum*, e *Lactis vaccini* Unc. 12. — Semin. *Sinap.* pulverat. Unc. 1. coque ſimul, & aufer coagulum, *Doſis* Unc. 6. omni nocte.

Communicat quoque *Serum Lactis vinoſum*, e *Lactis* recentis Unc. 4. — *Vini* boni Unc. 8. ebull. per moment. ſimul: colatur. albo *Ovi* purificetur.

SEVUM CERVINVM & OVILLVM.

Praeparatur eodem modo, uti *Axungia porcina.*

VIS eadem cum Axungia porcina, mitior tantum, & ad *perniones*, *decubitum* ac *intertriginem* ab attritu.

USUS ubi *mitiora unguinoſa* requiruntur, inprimis *Emplaſtra* & *Unguenta*.

SIEF ALBVM RHASIS ſ. ROOB.

Rec. *Ichthyocollae* conciſ. Drachm. 3.
Ceruſſae pulveriſ. Drachm. 6.
Amyli Unc. 1/2. Miſce fiat pulvis.

VIS *demulcens*, *reſolvens*. *Piderit.*

USUS in *Ophthalmia ſanguinea* a *ſero acri* orta; in oculorum *lippitudine humida*, praemiſſa *revulſione* ſufficienti, cum *Aqua Roſarum* in pulticulam redacta, externe canthis oculorum immiſſa *demulcet*, & *repellit* eximie.

Ob *criſpatos* conjunctivae *tubulos*, ſi oculus multum dolet, *venae ſectione* & *laxantibus antiphlogiſticis* congruis praemiſſis, Drachm. 1. hujus Sief, cum *Extr. Opii* Gran. 1 — 2. confert eximie; uti ad *inflammationes* e cauſis externis ortas, & ad *ambuſta*. *Piderit.*

OBS. Alii uti Ph. *Würtenb.* addunt *Gumm. arabic. Tragacant- Sarcocoll* loco *Ichthyocollae.*

SINAPISMVS.

Rec. *Ferment. Pan. acid.* Unc. 3.
Raſur. Rad. *Armorac. recent.*
Sem. Sinap. contuſ. & in
Aceto macerati ana Unc. 1. & 1/2.
Salis ammoniac. Unc. 1/2.
Miſce cum *Aceto Vini* ad conſiſtentiam Cataplasmatis. *Selle.*

VIS *irritans*, *rubefaciens*, *derivans*.

USUS Loco *Cantharidum* ſine irritatione tam forti, ſcopo derivante *in angina, eryſipelate* retrogreſſa, & aliis *morbis cutaneis*, ad evocandos *humores* in cutem, & in humoribus difficulter ſuppurantibus.

OBS. 1) *Simplex* Sinapiſmus paratur quoque e *Fermento panis*, - pulv. *Sinapi rec.* ana Unc. 2. *Acrior* vero e *Sinapi ſimpl.* Unc. 6. — Fol. *Rutae recent.* Unc. 1/2. — *Sal. culin.* Unc. 1. *Aceti ſquillitic.* qu. ſuffic. ad formandam paſtam pro Sinapismo. *Plenck.*

OBS. 2) *Mellin* ſuadet ad *Sinapismum ſimplicem* — *Micae panis* Unc. 4. — *Sem. Sinap.* Unc 2. — *Sal. culinar.* Unc. 1/2. — *Aceti* qu. ſuffic. ut fiat Sinapismus; cui pro lubitu addi quoque poteſt *Allii contuſi* parum.

OBS. 3) *Sinapismus Saunder* conſtat e *Farinae Tritici*, — Semin. *Sinapis* pulver. ana Unc. 2. quae intime mixta ad maſſam *Sinapismi* redigantur.

Caeterum vide plura de Sinapismo *Paſta epiſpaſtica.*

SODA ACETOSA.

vide *Liquor Terrae Foliatae Tartari.*

SODÆ ſ. SALIS ALCALINI FIXI *mineralis depuratio.*

Rec. *Sodae hiſpanicae* Unc. 36. Calcina igne valido, usque dum omnis odor ſulphureus evanuerit; ſolve tum in *Aquae font.* Unc. 72.

Lixivium filtra, & e reſiduo, ſemper de novo *Aquae* proportionatam quantitatem affundendo, coquendo & colando, , omne *Alcali* extrahe. Omnes tum *extractiones* miſcentur, &

& ad ſiccitatem usque, in vaſe ferreo evaporantur, quo in locum frigidum repoſitum; concreſcent Cryſtalli, *Sal alcalinum minerale*, ſeu ipſam *Sodam* rite depuratam continentes.

VIS *detergens*, *reſolvens*, *antacida*, *diuretica*.

USUS aliis *Medicamentis* parandis, ſolutionibus *alcalinis* ſ. *lixiviis*; in morbis ab *acido*, uti & in *rachitide*, in *ſcrophulis*. *Piderit.*

Caeterum uſus convenit cum *Sale Tartari*.

Externe in *ulceribus rachiticis* depurandis, & *tumoribus chronicis reſolvendis*. *Plenck.*

OBS. Pharm. *Roſſica* communicat quoque

a) *Sodam acetoſam* ex *Alkali minerale*, ſaturato *Aceto Vini*, quo fiunt *Cryſtalli*.

b) *Sodam tartariſatam*, de qua vide *Sal. Polychreſt. Seignette*; & *Alkali minerale tartariſat.*

c) *Sodam vitriolatam*, de qua vide *Sal mirabile Glauberi.*

SODA ACETOSA,

vide *Liquor Terrae foliatae Tartari.*

SODA TARTARISATA,

vide *Sal Polychreſtum Seignette.*

SODA VITRIOLATA,

vide *Sal. mirabile Glauberi.*

SOLVTIO GVMMI GVAIACI AQVOSA.

Riemer.

Rec. *Gumm. Guaiac.* nativ. Drachm. 6.
— *arabic.* Unc. 1/2.
Aqu. ſimplic. deſtill. Unc. 6.
terendo fiat Solutio. *Doſis.* Cochlear. 1. bis aut ter in die.

SOLVTIO MELLIS IN ACETO VINI,

vide *Oxymel ſimplex Hippocratis.*

SOLVTIO MELLIS IN ACETO SQVILLIT.
vide *Oxymel ſquilliticum.*

SOLVTIO MERCVRII SVBLIMATI
Spirituoſa, ſ. *Spiritus mercurialis.*

Rec. *Spiritus Frumenti* Unc. 12.
Mercur. ſublimati corroſiv. Gran. 4—6.

Miſce, conteratur dein *Mercurius* in mortario vitreo, & tum in loco calido fiat ſolutio.

Quibus nauſeam excitat, *Spiritus Frumenti*, iis confert in *Aqua communi ſolutio.*

VIS *ſtimulans*, *incidens*, *reſolvens*, *ſolvens*, *diuretica*, *antivenerea*, rariſſime *ſalivationem movens.*

USUS ad *ulcera venerea* curanda, commendat *Melle* prius *roſaceo* mitigatum, *Plenck*; vel Syrup. *Altheae*, Ph. *Herbipolit.*

OBS. 1) Solutionem *Mercurii ſublimati aquoſam* communicat *Plenck*, ex *Aquae Roſarum*, Unc. 15. — *Mercur. ſublim. corroſ.* Gran. 10. ad uſum praecipue Lavamenti l. *Aquae vulnerariae* in *ulceribus*, & *morbis cutaneis venereis*, uti & ad *Gargariſmata antivenerea*; ad plura Cochlearia in *ulceribus faucium venereis.*

OBS. 2) *Varias alias Solutiones* eximias communicat quoque *Plenck.*

a) *Solutionem* ſ. *Liquorem Meningum Schmuker*, ex *Aquae Sclopetar.* Unc. 2. — *Balſam. commendator.* Drachm. 1. — *Mell. roſar.* Unc. 1/2. Miſce, fiat Liquor, ope plumaceoli applicandus, ad *vulnera* & *nudationes durae matris* & *cerebri.*

b) *Solution. Mercurii dulcis*, e *Mercur. dulc.* Unc. 2. — *Aquae fontan.* Unc. 36. coquend. in phiala

alta per 24. horas; colaturam adhibendi ad *ulcera venerea* lardacea purificanda.

c) *Mercurii gummoſi* ſolutionem, e *Mercur. viv. depur.* Drahm. 1. — *Gumm. arab.* Drachm. 3. — *Syrup. diacod.* Unc. 1/2. Miſce, conterantur in mucum, adde ſenſim *Lactis* Unc. 12. Miſce, coquantur. Solutio haec calefacta forma *balnei*, ſ. *peniluvii* ad *phymoſin*, *paraphymoſin*, *ulcera* & *condylomata penis venerea*; forma *gargariſmatis*, ad curanda *ulcera venerea ſaucium*, cum fructu haud exiguo commendatur.

d) *Solution. Salis Tartari*, e *Sale Tartari* Scrupul. 2. — *Aquae fontan.* Unc. 24. forma Fomenti ad *tumores lacteos*, & *indurationes lacteas mammarum* reſolvendas. Ad *ulcera rachitica*, *ſcrophuloſa*, & *ſpinam ventoſam* abſtergendam.

e) *Solution. Lapid. divin.* e *Lapid. divin.* Drachm. 2. & *Aqua Roſar.* Unc. 10. Miſce, fiat ſolutio; loco *Aquae vulnerariae* in *ulceribus*, & *vulneribus* fungoſis commendat eam. *Plenck.*

f) *Solutionem Myrrhae*, ex Extract. *Myrrh.* Unc. 2. — *Aquae fontan.* Unc. 24. coctis addendi *Mellis roſati* Unc. 2. loco Aquae vulnerariae ad *ulcera* & *vulnera* magna, *Plenck.*

g) *Solutionem vulnerariam*, e *Myrrhae pulveriſ.* Unc. 2. — *Lapid. divin.* Unc. 1/2. coctis in *Aquae* Unc. 23. Colatur. addend — *Mellis roſacei* — *Aquae vulnerar.* ana Unc. 1. qua egregium *vulnerarium* poſt amputationem alicujus membri l. mammae ad conſolidationem ſuadet, *Plenck.*

h) *Solutionem Balſami vitae*, e *Balſam. vitae* extern. Unc. 1. — *Aquae fontan.* Unc. 12. forma Fomenti ad *tumores articulares*, & *oedemata diſcutienda* commendat eximie *Plenck.*

SOLVTIO MERCVRII SVBLIMAT. COROS. *Swieten* ſ *Spiritus Mercurialis Swieten*, vide *Mercurius ſublimatus corroſivus.*

SOLVTIO PLENCKIANA, vide *Mercurius gummoſus Plenck.*

SPECIES PRO CATAPLASMATE *maturantes.*

Rec. Radic. *Altheae* Unc. 4.

Ficuum Unc. 1.

Coque cum *Aquae fontan.* qu. ſuffic. ad teneritudinem, & contuſis adde

Ceparum contuſar.

Reſin. Galb. in *Vitello Ovi* ſol. ana Drachm. 6.

Mellis Unc. 1.

Farinae Semin. Lini, quant. ſuffic.

ad formam *Catapla\ſmatis* maturantis.

VIS & USUS e titulo, inprimis ad *tumores, abſceſſus*, ad maturitatem vel ſuppurationem ſatis cito promovendam, corio applicatum. *Piderit.*

OBS. 1) Ph. *Londin.* communicat praeſcript. e *Caricar.* Unc. 4. bene contuſar. *Vino* l. *Cereviſia*, tum *Ungu. Baſilic.* flav. Unc. 1. — *Galban.* colat. Unc. 1/2. liquefact. addendi.

OBS. 2) Diſpens. *Fuldenſe* ſuadet ad *Cataplaſma maturans*, Spec. pro *Cataplaſmate emollient.* Unc. 14. ei calefacto miſcendi *Ceparum recentium* in pulpam contuſarum Unc. 2. Miſcendi probe uſui ad *maturandos abſceſſus.*

OBS. 3) *Riemer* ſuadet ad *Species* pro *Cataplaſmate emolliente*, Rad. *Altheae* Unc. 2. — Herb. *Melilot.* — Flor. *Chamom.* vulgar. — *Semin. Lini* ana Unc. 1. Miſcendi accurate.

OBS. 4) Diſp. *Fuldenſe* ſuadet ad *Species Cataplasmatis emollientis, Flor. Chamomill.* vulgar. — *Meliloti* — Semin. *Lini* ana Unc. 4. conc. groſſe pulveriſata miſcendi uſui.

OBS. 5) Ad *Species* pro *Cataplaſmate reſolventi ſaponato*, Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet, *Micae panis ſiliginei*, Unc. 8. — *Sapon. venet.* Unc. 1. — *Lactis Vaccini* Unc. 12. — Coque invicem, ut fiat *Cataplaſma;* ad *tumores* frigidos *emolliendos* & *reſolvendos*. — Communicat quoque iſtud *Cataplaſma reſolvens* ad *ſcirrhos*, e *Micae Panis* ſiliginei Unc. 6. — Pulver. *folior. Cicutae* Unc. 4. — *Lactis Vaccini* Unc. 18. coquendi a Cataplaſmatis conſiſtentiam.

SPECIES PRO CATAPLASMATE *ad Cancrum.*

Rec. *Roob Dauci carot.* Unc. 12.
Pulver. *Herb. Cicutae.*
— *Cort. Peruv.*
Extr. *Saturni.*
Laudan. liquid. Sydenhami ana Drachm. 2.
Miſce Ph. *Pragenſ. pauper.*

VIS & USUS e titulo patet.

SPECIES PRO CATAPLASMATE *diſcutientes.*

Rec. *Herb. Malvae* — *Altheae* ana Unc. 3.
Flor. Chamomill. vulgar.
— *Meliloti* — *Sambuci* ana Unc. 2.
Semin. Foenugraec. Unc. 10.
— *Lini* Unc. 12.
Conciſa ad pulverem groſſum, miſce. *Selle.*

VIS *diſcutiens*, *reſolvens*.

USUS in lacte coctae hae Species diſcutientes, in incipiente *inflammatione*, ad abſceſſus maturandos. *Selle.*

OBS. Ph. *Herbipolit.* hancce habet praeſcription. e Rad. *Bryon.* Unc. 3. — *Herb. Cicut.* Unc. 2. — *Flor. Sambuc.* Unc. 1. — *Gumm. Ammoniac.* Unc. 1/2. — *Sal. Ammon.* Drachm. 2. Miſce fiant Species cum Aceto ad Cataplasma coquendum.

Ph. Danica praeſcribit *Herb. Majoran.* — *Menth. criſpae* — *Rutae* — *Salviae* — *Flor. Lavendulae* — *Meliloti* — *Bacc. Lauri* — *Juniperi* ana part. aequales. Miſce.

SPECIES PRO CATAPLASMATE *ad Gangraenam.*

Rec. *Herbae Scordii* — *Cardui bened.*
— *Rutae* ana Drachm. 14.
Radic. *Angelic.* — *Leviſtici* ana Unc. 2.
Myrrhae Unc. 1. & 1/2.
Salis Ammoniac. Unc. 1/2.
Minutim inciſa & contuſa miſceantur.
Ph. *Danic. nova Editio.*

VIS & USUS e titulo patet.

SPECIES AD CATAPLASMATA *varia commendat Plenck.*

1) *Cataplaſma lacteum* e *Micae panis albiſſimi* Unc. 16. — *Lactis* qu. ſuffic. coquend. ad Cataplasma; qua eximie *emolliens*, ad *mammas lacte coagulato inflammatas reſolvendas* ſuadet.

2) *Cataplaſma emolliens* e *Micae panis* ſiligin. in *Lacte* maceratae, Unc. 6. — *Vitelli Ovorum* No. 3. — *Croci pulveriſati* Drachm. 2. — *Farin. Semin. Lini* quant. ſuffic. conterendo fiat Cataplasma,

quod calefaciendum ad *tumores emolliendos inflammatorios* & *duros ;* ad *ſuppurationem* in iis promovendam.

3) *Cataplasma maturans* e *farin. ſemin. Lini* Unc. 4. — *Fermenti panis* Unc. 2. — *Gummi Galbani* Vitello Ovi ſoluti Unc. 1.—*Pulpae Ceparum* ſub cineribus aſſatarum Drachm. 2. — *Unguenti Baſilicon.* Unc. 1. — *Olei Liliorum alborum* quant. ſuffic. ut fiat Cataplasma. Miſce, conterantur, calefiant: ad *abſceſſus inflammatos maturandos.*

4) *Cataplasma reſolvens*, ad *ſcirrhos - indurationes mammarum* reſolvendas l. benignam *ſuppurationem* deducendam, e *Farin. Semin. Lini* — fol. *Cicutae* ana Unc. 3. — *Lactis* qu. ſuffic. coquend. ad *Cataplasma.*

5) *Cataplasma reſolvens* ad *tumores inflammatorios* e *farin. Herbar. reſolvent.* Unc. 6. —*Aqua vegeto-mineral.* qu. ſuffic. coquendas ad Cataplasma.

6) *Cataplasma ſaponaceum*, ad reſolvendos *tumores frigidos*, & *induratos* e *Micae panis* Unc. 8. — *Sapon. venet.* Unc. 1. — *Lactis* qu. ſuffic. ut fiat Cataplasma.

7) *Cataplasma veſicatorium* e Pulveris tenuiſſimi *Cantharidum* — *farin. tenuis Tritici* ana Unc. 1. — *Aceti Vini* qu ſuffic. ut fiat Cataplasma — *epiſpaſticum* l. *veſicatorium*, ad curandos *rheumatiſmos inveteratos*, & *tumores* albos *articulares.*

8) *Cataplasma* e *Bryonia reſolvens*, ad *ſcirrhos, ſcrophulas, ſtrumas induratas, tumores articulares*, — e Radic. *Bryoniae* Drachm. 3. — Flor. *Sambuci* Unc. 1. — *Gummi Ammoniac.* Unc. 1/2. — *Sal. Ammon. crudi* Drachm. 2. — *Herb. Cicutae* Unc. 2. — *Aceti* qu. ſuffic. coquantur ad Cataplasma.

9) *Cataplasma* e *Dauco* ad *Cancri fungoſi foetorem*

& *dolorem* pulchre emendandum, e *Dauci* flavi qu. plac. fiat raſura, cui adde Decocti ſaturati *Cicutae* qu. ſufficit.

10) *Cataplasma antiſepticum* ad *gangraenam humidam*, & tabem humidam e pulveris *antiſeptici* Unc. 4. — *Spiritus Vini camph.* Unc. 2. — *Aceti Vini* qu. ſuffic. ut fiat Cataplasma.

11) *Cataplasma roborans* ad partes *relaxatas*; ad *articulorum laxitatem* e *Spec. cephalicar. adſtringent.* ana Manipul. 2. — *Martis ſolubilis* Unc. 1/2. — *Colcothar. Vitrioli* Unc. 1. — *Vini rubri* qu. ſuffic. ut fiat Cataplasma.

12) *Cataplasma pomaceum* ad *ophthalmiam* ſiccam, e *pulp. Pomorum* Unc. 12. — *Camphorae* — *Croci* ana Scrupul. 1. Miſce ad Cataplasma.

SPECIES CEPHALICÆ PRO EPITHEMATE.

Rec. *Herb.* & *Summitat. Betonic.* — *Hyſſopi*,
— *Lavendulae* — *Majoran.*
— *Origani* — *Rorismarin.*
— *Rutae* — *Salviae* — *Serpilli.*
Flor. *Chamomill.* — *Meliloti*,
— *Roſarum*, — *Sambuc.*
— Folior. *Lauri* ana Unc. 1.
Sal. Ammoniac. Unc. 1/2. Inciſa miſce.

USUS ad *fomentationes* in capitis, & aliarum partium contuſione, — in *ſacculis* l. *epithematibus*, cum Vino calido applicatis. *Piderit.*

OBS. *Ph. Herbipolit.* praeſcribit *Herb. Majoran.* — *Menth.* — *Meliſſ.* — *Serpill.* — Flor. *Lavendul.* — *Arnic.* ana part. aequal. Conciſa miſce Species.

Plenck ſuadet Mixturam e *Herb. Betonic.* — *Menth.* — *Meliſſae* — *Majoran.* — *Serpill.* — *Baſilic.* — *Rorismarin.* — *Salv.hortens.* ana Manipul. 2. — Flor. *Roſar. rubr.* — *Balauſtr.* — *Lavendul.* — *Cheiri* ana Manipul. 1. — *Arnic.* Manipul. 2. conciſa miſce.

SPECIES CEPHALICÆ NERVINÆ
Fomenti, pro *Cucuphis.*

Rec. Herb. *Menthae piperitid.* — *Rutae hortenſ.*
Serpill. — *Majoran.* — *Thymi*,
Salviae, — *Sabinae*, — *Meliſſae* ana Unc. 2.
Flor. *Roſar. rubrar.* — *Lavendulane* ana Unc. 3.
Tanaceti Unc. 4. — Baccar. *Lauri* —
Juniperi ana Unc. 2. — *Cardam. minor.* Unc. 1.
Semin. *Aniſi* — *Carvi* ana Unc. 2.
Macis Unc. 1/2. Inciſis & contuſis fiant *Species*: probe ſervandae ſed involutae.

VIS & USUS e nomine patet. Qua *cephalicae*, *nervinae*, *roborantes*; in *capitis laeſionibus*, *contuſionibus*, *cerebri commotionibus*, ac in morbis ad *reſolvendum* - *excitandum* & *roborandum*, ſacculis interſutis includuntur pro *Cucuphis* hae *Species*, quarum Unciae cuilibet *Camphorae* Drachmas 2. addi poſſunt, & *Oleum deſtillat.* uti *Lavendulae*, ad *vires* exaltandas.

Sacculi ipſi caeterum cum *Spiritu* quodam *nervino* & *aromatico*, e. g. *Serpilli* inſpergi poſſunt.

Ad *contuſiones* in capite, *cerebri commotiones*, &c. uti & poſt *operationes* in *capite inſtitutas*, *Species* hae utiliter calide adplicantur, cum *Vino* prius coctae, & *Lintea* toties duplicata cum hoc *Vino* ſaturato, dein expreſſa, adplicata. *Piderit.*

OBS. 1) Aliae quae exſtant compoſitiones, aromatibus variis impletae, ſunt *noxiae.*

OBS. 2) *Species cephalicae* ſ. *Fotus diſcutientis & nervini,* Diſpenſat. *Fuldenſis,* conſtant e Herb. *Menthae criſpae,* — *Rutae,* — Folior. *Rorismarin.* — *Salviae,* — *Lauri,* — Flor. *Chamomill.* — *Arnicae,* ana Unc. 6. — Baccar. *Juniper.* Unc. 6 — *Sal. ammoniac.* Unc. 2. & 1/2. conc. contuſa miſcendi ad *Species reſolventes - diſcutientes, uſui externo,* inſervientes.

SPECIES PRO CLYSMATIBVS, ſ. *Enematibus.* ſ. *Clyſteribus.*

a) *Antiſpasmodicae,* Rec. *Rad. Valer.* offic. Unc. 3. — Fol *Aurant.* Unc. 2. — Herb. *Millefol.* Unc. 1. groſſe inciſis, fiant *Species,* de quibus Drachm. 3. coquendae ſunt cum *Aqua communi* Unc. 1. ad *Decoctum* ſaturatiſſimum. *Piderit,*

VIS & USUS e titulo, inprimis in pertinaciſſimis *nervorum morbis,* cum infimi *ventris obſtructione.*

Plures Drachmae additae *Aſae foetidae* conducunt in ſolvendis *infarctibus,* & compeſcendis *ſpasmis.*

b) *Carminativae,* Rec. Radic. *Valerian.* officinal. — Herbae *Menthae piperit.* ana Unc. 2. — Flor. *Chamomill.* — *Sambuc.* ana Unc. 3. — Sem. *Carvi,* — *Anethi* ana Unc. 1. groſſe inciſis & contuſis fiant *Species,* quorum Drachm. 1. in *Aqua communi* Unc. 1. coquendae ſunt ad *Decoctum* commune, Drachm. 2. vero additis, ſaturatius fit, cujus quantitas differt pro diverſa hominum *aetate, ſtatura,* & *medici* intentione. *Piderit.*

Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet Summitat. *Millefolii* — Hb. *Abrotani* — *Menthae criſpae.* — Flor. *Chamomill.* ana Unc. 4. — Semin. *Anethi* —

Carvi ana Unc. 1. conc. contuſa miſcendi ad Species.

Keup ad *Clysma carminativum* ſuadet Seminum *Aniſi* — *Dauci* – *Cumini* — *Carvi* — *Foeniculi* ana Unc. 2. — *Glycirrhiz.* — *Florum Chamomillce* vulgar. ana Drachm. 6. — *Paſſularum* Unc. 6. inciſa miſceantur: de quo coquuntur pro adulto Specierum Unc. 2. In *Aquae* Unc. 16. ad Unc. 12. remanentiam pro Clysmate.

VIS & USUS e nomine patent, qua *carminativum* in *flatul.* & *ſpasmis* mitigandis, & ad *alvum aperiendam.*

DOSIS Unc. 1. neonatis infantibus, —Unc. 2. biennibus Unc. 4 — 6 — 8. majoribus ad 10. annor. Unc. 12. pro majori aut minori hominis ſtatura; in *Aquae* Unc. 15. coquuntur Unc. 12. remanantia pro *clysmate*, uſui interno *Specier. emollient.* convenient.

OBS. 1) Si *Clysmatum reſorptio* requiritur, & interdum plenaria conſumtio, uti in *Enematib. antiſpasmodicis*, *nutrientibus*, & *reſolventibus*, Unc. 6- tum ſufficiunt ſine ullo *ſtimulante irritante;* Si id vero requiritur, varia tum addenda ſunt ad *alvi obſtructiones* referandas, & inteſtinum *ſtimulandum*, poſt Colatur. *Decoct.* pro vario ſcopo. Ut ſunt *Nitrum* a Drachm. 2 — Unc. 1/2. — *Sachar.* alb. Unc. 2 — 3. — *Sal culinare* ſ. *anglicum* ad Unc. 1/2. — *Mel crudum* ad Unc. aliquot; — *Sal. Ammon.* ad Drachm. 2. *Fortior* ſi *irritatio* indicatur, propria tum *purgantia* l- *emetica* requiruntur, uti *Tartarus emeticus* a Gran. 3 — 8.

OBS. 2) *Clysmata caeterum* ejusmodi calida ſemper applicantur, in ſitu corporis debito, & quidem melius *ſyringa* quam *veſica*. *Piderit.*

c) *Emollientes*, Rec. Rad. *Altheae* Unc. 4. — Herbae *Malvae* — *Verbaſci*, l. *Meliloti* — Flor. *Cham.* ana Unc. 3. — Semin. *Foenu Graeci* Unc. 1. groſſe inciſis & contuſis fiant *Species*, quorum Unc. 1. & 1/2. coquitur ad remanentiam Unc. 12. pro *Clysmate*, *adulto* una vice injiciendo.

VIS & USUS e nomine patent. Scopo *laxante* & *emolliente* e. g. in *faecibus induratis*, *alvo obſtructa*, ſegnitie ejus; *doloribus* & *ſpasmo* inteſtinorum. — Quibus

OBS. 1) Loco *Aquae* cum *Lacte Species* commode poſſunt coqui, exceptis variis additamentis, in caſu quovis obvio proficuis. *Piderit.*

Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet Hb. *Malvae* Unc. 12. — Flor. *Chamomill.* Unc. 6. — Semin. *Lini* Unc. 4. conc. conciſa miſcendi uſui, in *doloribus* & *ſpasmo inteſtinorum, alvique obſtructione.*

Quale Diſpenſat. commendat quoque *ſcopo anodyno Capitum Papaver.* albi immaturor. Unc. 12. — Radic. *Altheae*, — Semin. *Lini* ana Unc. 1/2. conc. cont. miſcendi.

Diſpenſat. *Fuldenſe* communicat praeparationem e *Micae Panis ſiliginei*, Unc. 8. — *Butyri inſulſi* recent. Unc. 2. — *Lactis vaccini* Unc. 8. coquendi invicem ad conſiſtentiam *Cataplasmatis*, vi *emolliente* & *relaxante tumores inflammatorios*, l. ad maturationem l. ad reſolutionem diſponit.

OBS. 2) In pulverem tritae, *Cataplasmati* quoque conficiendo aptae ſunt.

d) *Reſolventes*. Rec. Rad. *Taraxac.* — *Saponar.* — Herbae *Centaur. minor.* — *Marrubii* ana Unc. 1. — Flor. *Tanaceti* Unc. 1/2. — *Chamomill.* Unc. 1/2. Inciſis fiant *Species*.

VIS & USUS e nomine patet; ad infimi imprimis *ventris infarctus* pertinaciſſimos; ad *obſtructiones viſcerum* abdominalium; *malum hypochondriacum, melancholiam*, aliosque ex *viſcerum infarct.* ortos morbos, *Kaempf* & *Zimmermann.*

Qui in *ſpasmis* & *hyſtericis paſſionibus*, cum *obſtructionibus* ſimul junctis - *antiſpasmodicas Species* conjungunt: & magis *aperientia* reddunt Clysmata, *Aqua Calcis Species* ſi decoquuntur, iſti mox levantur.

In uſu horum Enematum *reſolventium*, uti *antiſpasmodicorum* notandum, matutino tempore, poſt alvi dejectionem, ſ. fecibus *Clysmate irritante* primo eductis, tepide ſemper applicanda eſſe, & ſaturatiſſime, uti in carminativis dictum, ad plenariam conſumtionem: & ut craſſioris Decoctum fiat *conſiſtentiae*, cuilibet Specierum Unciae — *Furſurum* triticorum aut *Siliginum* Drachm. 2. admiſcendae ſint, & quantitatem, quae applicatur, non Unc. 6. transgredi debere: omnia in iſtis fugienda eſſe *irritantia;* caeterum frequenter & omni die, idque per aliquem temporis tractum, ad tanta mala vincenda. *Piderit.*

OBS. 3) *Species* varias pro *Clysmate*, *Plenck* ſuadet.

1) *Clysma ordinarium* ſuadet ad *alvum aperiendam* & *inteſtinum rectum eluendum*, e *juſculi* - *Carnium* - *Olei Olivarum* ana Unc. 4. Miſce.

2) *Clysma eccoproticum* e *juſculi Carnium* - *Olei Lini* ana Unc. 3. — *Sachari* Thomaei Unc. 1. Miſce ad *alvum* fortius *aperiendam.*

3) *Clysma purgans* ad *alvum* aliquoties *evacuandam*, in induratione *foecum*, & in *morbis inflammatoriis* e *Decocti* Spec. emollient. Unc. 6. — *Electuar. lenitivi* Unc. 1. Miſce.

4) *Clyſma* e *Sale amaro* ad *inteſtinum rectum* irritandum, unde in *herniis incarceratis* commendatur, & in *cerebri* commotione; uti in *aſcaridibus inteſtini recti* ex *Aquae fontan.* Unc. 6. — *Sal. Ammoniac.* — *Olei Lini* ana Unc. 1. Miſce.

5) *Clyſma emolliens*, in *teneſmo*, in *inflammatione veſicae uteri* aut *inteſtini recti*, e *Lactis vaccini* — *Olei Lini* ana Unc. 4. Miſce.

6) *Clyſma leniens* ad *dolores haemorrhoidales*, & *teneſmum leniendum*, e *Gelatinae Amyli* Unc. 3. — *Olei Lini* Unc. 1. Gelatina liquefiat ſuper igne, & cum Oleo miſceatur.

7) *Clyſma adſtringens* in *prolapſu* & *laxitate* inteſtini recti, ex *Aquae Calcis* Unc. 6. — *Terrae* japonic. Unc. 1/2. Miſce.

8) *Clyſma terebinthinatum* in *tenesmo dyſenterico*, in *aſcaridibus*, & in *ulceribus inteſtini recti*, e *Terebinthin.* Unc. 1/2. quae ſolvatur cum *Ovi Vitello*, cui adde — *Decocti emollient.* Unc. 10. — *Olei Lini* Unc. 1. Miſce.

9) *Clyſma opiatum* in *maxillae tetano*, *deglutitionem* impediente, ex Infuſi *Semin. Lini* Unc. 6. — *Laudan. liquid.* Gutt. 30. l. *Extr. Thebaic.* Gran. 2. Miſce.

10) *Clyſma nutriens* in *deglutitione impedita*, ad *vitam ſuſtentandam*, e *juſculi Carnis* — *Lactis* ana Unc. 3. — *Gelatinae Cornu Cervi* Unc. 1. Miſce.

11) *Clyſma acre-irritans*, multoties *alvum* ſimul *movens*, uti & in *commotione cerebri*, & *herniis incarceratis* e *Decocti Specier. emollient.* Unc. 10. — *Pulver. rad. Scillae* Drachm. 1. Miſce.

c) *Species* ad *Clyſma amyleum Vogler.* — Rec. *Amyli* Drachm. 1. l. Scrupul. 4. Pauca *Aqua*

ſeorſim agitentur digito, ut Amylum conglobatum diſſolvatur, quod dein *Aquae fontan.* pur. fervid. Unc. 13. admiſceatur. Ebulliant parum, & ope Veſicae ac Fiſtulae l. Syringae, tepide in alvum injiciantur.

VIS *obducens*, *involvens*, *demulcens*.

USUS in *diarrhoeis* acribus, *cholera*, *dyſenteria*, Clyſteres tales 3 — 4. aut plures quotidie adhibeantur.

Sauciata inteſtina *obducunt* & *defendunt*, humores rodentes acres, & bilioſos in inteſtina contractos *demulcent*, - *ſtranguriam*, *teneſmum* & ſaeviſſima *ventris tormina mitigant*, frequentes ſeroſas - ſpumoſas ac cruentas alvi dejectiones compeſcunt, ſomnum inducunt, corpus *nutriunt* & *roborant*; quos effectus, occaſione dyſenteriae, annis nuperis per totam Germaniam epidemica, magna cum animi voluptate multoties obſervavit *Vogler*.

Subinde etiam *Laudani* liquidi *Sydenhami* Guttae 10 — 12. inſigni cum emolumento adverſus *dyſenteriam* additae fuerunt.

f) *Clyſter anticolicus Vogler.* Rec. Decocti Flor. *Chamomill.* ſimplic. l. *Aquae fontan.* pur. tepid. Unc. 12. Indantur veſicae bubulae, fiſtula inſtructae, quae Clyſteribus applicandis vulgo inſervit, tum addantur — *Spiritus Nitri dulcis* Scrupul. 2. in quibus — *Olei Cajeput* Guttae 4. fuerunt ſolutae.

USUS. Clyſter hic in alvum immiſſus atrociſſimos *dolores colicos* varii generis, tuto, illico, & conſtanter ſedavit apud aegrotos, quibus ſanguinis ventilationes, numeroſi Clyſteres ſimplices emollientes, laxantia per epicraſin, medicamen-

ta temperantia atque opiata prius adhibita, fere nullum l. breve levamen ſaltim adferebant.

Eodem cum effectu aliquoties hominibus plebeiis pauperibùsque, doloribus colicis vehementer cruciatis - Decoctum florum *Chamomillae* l. meram *Aquam* tepidam Unc. 1. — *Spiritus* Frumenti ſimplicis ſ. aniſati remixtam, lotionis inſtar, praemiſſis tamen praemittendis & abſente calore, applicari juſſit *Vogler;* ſed nonnulli, inprimis imbecilliores crapuloſi inde facti ſunt.

Species Clyſmatis reſolventis Diſpenſat. *Fuldenſis* conſtant e Radic. *Saponariae* — *Taraxac.* ana Unc. 6. — Hb. *Marrubii* alb. — *Summitat. Centaur. minor.* ana Unc. 3. — Flor. *Chamomill.* vulgar. — *Tanaceti* ana Unc. 2. Singula ſeorſim conciſa probe miſceantur, ad *uſum* in *viſcerum abdominalium obſtructione.*

SPECIES DECOCTI LIGNORVM.

Rec. Raſ. *Ligni Guaiaci* Unc. 3. — *Juniperi* Unc. 2.
Radic. *Chinae* concis. Unc. 1. (quidam addunt
Radic. *Bardanae* Unc. 1 — 1 & 1/2.)
Radic. *Glycirrhizae* Unc. 1/2. Cola. tum adde
Semin. *Aniſi* — *Foeniculi* ana Unc. 1/2.

Priores tres Species coquuntur
Aquae commun. Unc. 144. ad dimid. ſub finem coctionis addendo
Radic. *Glycirrhiz.* & Sem. *Aniſi* — *Foenicul.*
Inciſa, contuſa ſerventur uſui. Ph. *Suecica.*

Si *Hydrargyri* purificati & *Antimonii contuſi* ana Unc. 12. adduntur, *Decoctum Lignorum compoſitum* dicitur.

VIS *involvens*, *reſolvens*, *haemocatarctica.*

USUS

USUS ad *Decocta purificantia - ſudorifera,* ad *luem veneream*, *ſcabiem*, aliisque in *morbis lymphae*, & *catarrhalibus*, uti & in *gonorrhoea*.

DOSIS varia pro intentione & ſcopo curantis. Ordinarie ad menſuram 1. Aquae ſumuntur Specierum Unc. 2.

OBS. 1) Radix *Saſſafr.* — *Saſſaparill.* etiam a quibusdam adhuc additur, quibus praeferenda eſt Rad. *Sapon.* — *Bardan.* Radix. Ph. *Würt.* & *Edinburg.*

OBS. 2) Ph. *Roſſicae* compoſitio conſtat e *Raſur.* *Lign. Guaiac.* — *Juniperi,* — Rad. *Saponar.* ana Unc. 2. — Radic. *Bardan.* — *Caricis* ana Unc. 4. Miſce, fiant Species, quarum Unc 4. cum *Aquae* Unc. 48. coquendae ſunt, ut remaneant Unc. 36. addendo ſub finem Radic. *Glycirrhiz.* Unc. 1ſ2.

OBS. 3) *Riemer* ſuadet ad *Species Lignorum*, Raſur. Lign. *Guaiac.* — Rad. *Caricar.* arenar. ana Unc. 1ſ2. — Lign. *Saſſafras* Unc. 1. — Sem. *Foeniculi* Drachm. 2. Miſce accurate.

Species quoque *purificantes* communicat *Riemer* e Rad. *Gramin.* minor. Unc. 2. — *Senegae* — Stipit. *Dulcamar.* ana Unc. 1. — Semin. *Foenicul.* — *Baccar. Juniper.* ana Drachm. 2. C. C. Miſce.

OBS. 4) *Species pro Decocto Lignorum*: Rec. Radic. *Ligni Guaiaci* Unc. 8. — *Saſſafras* Unc. 4. — Rad. *Saponar.* Unc. 8. — *Bardan.* — *Chinae*, — *Liquirit.* — *Stipit. Dulcamarae* ana Unc. 4. — *Baccar. Juniperi* Unc. 3. — *Semin. Aniſi* Unc. 1. Inciſa & contuſa miſce uſui. Ph. *Danic. Edit. nova.*

OBS. 5) Diſpenſator. *Fuldenſis Species Decocti Lignorum* conſtant e Radice *Caricis arenariae*, Unc. 16. — *Juniperi* menſe Martio effoſſarum. — Raſurae *Ligni Guaiaci* ana Unc. 8. Singula ſeorſim conciſa, probe miſceantur, ut fiant *Species purificantes-ſudoriferae.*

OBS. 6) *Herold* ſuadet Ligni *Guaiac.* Unc. 18. — *Saſſafras* Unc. 6. — Ligni *Juniper.* — *Saſſaparill.* ana Unc. 4. — Rad. *Chinae* — *Liquiritiae* ana Unc. 2. — *Bardanae* — Unc. 12. Semin. *Aniſi* — *Foeniculi* ana Unc. 1. contuſa & conciſa omnia bene miſceantur. *Herold.*

OBS. 7) *Species Lignorum* a *Piepenbring* commendatae conſtant e *Ligni Guaiaci* Unc. 18. — *Juniperi* Unc. 4. — Radicis *Bardanae* — *Liquiritiae* ana Unc. 2. — *Graminis* rubri Unc. 4. — Seminis *Foeniculi* Unc. 1. miſcendi accurate.

OBS. 8) *Species Lignorum* Pharm. *pauper. Hamburg.* Rec. *Raſur. Ligni Guaiac.* Unc. 2. — Radic. *Bardan.* Unc. 4. — Sem. *Foenicul.* Drachm. 2. Conc. contuſ. Miſce fiant Species.

SPECIES DECOCTI MVNDIFICANTIS, ſ. *purificantis.*

Rec. Rad. *Saponar.* — *Taraxaci*, — *Gramin. canini*, (non de *Tritico repente* tantum, ſed ex aliis quoque *Graminum* Speciebus deſumendi,)

Lapathi acuti ana Unc. 3. — *Pimpinell. alb.* Unc. 1.

Ligni Guaiaci raſi Unc. 6.

Semin. *Aniſi* Unc. 1/2. Inciſis & contuſis fiant Species, quorum Unc. 1. infundatur *Aquae fervent.* Unc. 24. lente decoquendis in vaſe bene tecto, ad quartae partis conſumtionem, & dein coletur. *Piderit.*

VIS & USUS e titulo patet. Inprimis ad *ſanguinis* & *humorum corruptionem* pituitoſam, & veneream *corrigendam*, in *cutis morbis*, *fluore albo*, & inquinamentis venereis inveteratis, uti in *ſcabie venerea*, *cachexia univerſali*, *arthritide*, & *rhevmatiſmo*; in *ulceribus antiquis*, mane & meridie Decocti iſtius Unc. 6. *Sacharo* edulcorato ſumuntur.

Loco *potus ordinarii* aeger pro lubitu poteſt ſumere *Decoctum ſecundarium*, ex iisdem Speciebus, cum Unc. 25. *Aquae fontanae.*

Caeterum confert eximie *Decoctum* hoc ſub *Mercurialium* uſu.

OBS. 1) Ph. *Herbipol.* ſuadet Rad. *Bardan.* — *Caric. arenar.* — *Taraxac.* ana Unc. 3. — *Liquirit.* Unc. 1. — Raſ Lign. *Quaiac.* Unc. 4. Inc. f. Spec.

OBS. 2) *Species Decocti mundificantis* ad Diſpenſat. *Fuldenſe* conſtant e Radice *Graminis* Unc. 6. — *Pimpinellae* — *Saponariae*, ana Unc. 3. — Raſur. Ligni *Saſſafras* — *Turionum Pini* Unc. 6. ſeorſim conciſa probe miſceantur, ut Species fiant *incidentes*, *attenuantes*, *reſolventes*, *diaphoreticae*, *diureticae.*

OBS. 3) *Species Decocti purificantis* Ph. *Suecicae* conſtant e *Raſura Ligni Juniperi* Unc. 5. — Rad. *Saponariae* Unc. 1. In ſacculo linteo incluſa immitte in *Aquae fluviatilis* Congium 1. cum 1/2. adde *Mercurii* purificati, *Antimonii* contuſi ana Unc. 12. coque ad dimidium lento calore, cola.

SPECIES DECOCTI NEPHRITICI *Foreſti.*

Rec. Radic. *Liquiritiae* Unc. 1. & 1/2.

Petroſelin. — *Foeniculi* ana Unc. 2.
Ireos Florentin. Unc. 1. & 1/2.
Flor. *Malvae* — *Altheae* ana Drachm. 6.
Hordei mundati & prius loti Unc. 3.

Inciſa & contuſa craſſiuſcule ſerventur ad *uſum*, quorum Unc. 12. *Aquae*, *Specierum* Unc. 1. & 1/2. ſumitur.

VIS *leniens*, *mitigans*, *diuretica*, *abſtergens*.

USUS in *nephritide*, ad *urinae* ardorem mitigandum, uti & ad *calculi dolorem*; ad *calculum pellendum*; in *dyſuria*, *ſtranguria relaxans*, in primo ſtadio *inflammationis*, in *gonorrhoea*.

OBS. Semin. *Foeniculi* — *Saxifrag.* ana Drachm. 6. — *Ciner. rubror.* Unc. 6. — *Juiubar.* — *Caricar.* ana Nro. 30. (Omiſimus conſulto, qua facile rancida; & qua *oleoſa* in *morbis renum* non tam proficua.)

SPECIES DECOCTI NIGRI.

Rec. Rad. *Tormentillae* Unc. 1. & 1/2.
Herbar. *Sabinae* — *Rut. hort.*
— *Scord.* — *Salviae* — *Abſynth.*
Folior. *Quercus* ana Drachm. 6.
Cortic. Granator.
Gallarum Turcicar. ana Unc. 2. & 1/2.
Alumin. crudi Unc. 4. — *Vitrioli virid.* Unc. 2.
Virid. aeris — *Tartar. crudi* ana Unc. 1.
Ph. *Würtemb.*

Miſce, inciſa & contuſa ſerventur *uſui*; de quibus Unc. 6. ad Unc. 12. *Aquae fontan.* & Unc. 12. Vini ſumuntur; cui pro conditione morbi caeterum *Spiritus Vini* additur.

USUS externus ad *ulcera deſiccanda* inveterata; ad profundas *inflammationes*, & *gangraenam*.

SPECIES VARIAS ad DECOCTA, INFVSA, & *alia paranda commendat Plenck.*

1) *Species reſolventes* ad *Fomenta* & *Cataplaſmata reſolventia*, e *Herb. Marrubii* — *Parietariae* — *Mercurialis* ana Manipul. 1. — Flor. *Sambuci* — *Chamomillae* — *Arnicae* ana Manipul. 1/2. conciſis miſce.

2) *Species adſtringentes* ad *Fomenta* & *Cataplaſmata roborantia*, e *Herb. Alchemill.* — *Plantaginis* — *Equiſeti* ana Manipul. 2. — Rad. *Biſtort.* — *Tormentill.* — Flor. *Roſarum* — *Balauſtrior.* ana Manipul. 3. conciſis miſce.

3) *Species amarae* ad *Fomenta* & *Cataplaſmata reſolventia* & *antiſeptica* e Herb. *Abſynthii* — *Scordii* — *Abrotani* — *Alliariae* ana Manipul. 2. conciſa, miſce.

4) *Species anodynae* ad *Fomenta anodyna*, e Fol. *Hyoſciami* — Flor. *Sambuci* ana Unc. 1/2. — *Croci auſtr.* Drachm. 2. — *Capitib. Papav. albi* Unc. 2. concif. miſce.

5) *Species aromaticae* ad *Fomenta roborantia* cum *Vino rubro*, e *Caryophill. amar.* — *Macis* ana Unc. 1. miſce.

6) *Species roborantes* ad *Fomenta roborantia* & ad partes *relaxatas*, cum ſubinde addito *Alumine* vel *SacharoSaturni* e Specieb. *adſtringentib.cephalicis* ana Manipul. 1.

SPECIES DECOCTI PECTORALIS.

Rec. Rad. *Altheae* Unc. 2. *Liquirit.* Unc. 1.
Flor. *Sambuci* — *Tuſſilaginis*
— *Papaver. erratic.* ana Unc. 1/2.

Caricarum pinguium Unc. 2 — 3. — Semin. *Aniſi* Unc. 1. Inciſis contuſis fiant *Species*; quorum Unc. 1/2. cum *Aqu. commun.* Unc. 12. probe coquuntur, ad dimidium.

VIS *pectoralis*, ſerum *incraſſans*, *acre corrigens*, *involvens*, *demulcens*; *eccoprotica* lenis.

USUS in *morbis pectoris*, a *ſtrictura*, aut ab *acri* oriundis, ad *expectorationem* promovendam, & *acres humores* obvolvendos; ad *acre corrigendum*; *phlegma* pulmonibus impactum *maturando*; *bronchia* & *tracheam demulcendo*, *humectando* & *lubricando*, *tuſſientibus* egregie convenit, uti *aſthmaticis*, *pleuriticis*; in *tuſſi catarrhali*, ad leniendam tuſſis ferociam. *Piderit.*

DOSIS ſcopo *pectorali* Unc. 1 — 1 & 1/2. pro Unc. 12. Liquoris. Pro *potu* ordinario ad Menſuram 1. Liquoris, Uncia 1. Specierum ſufficit.

OBS. 1) Quidam uti Ph. *Auſtriaca* addunt *Hordei mundi*, — Herb. *Heder. terreſtr.* — *Verbaſci*, — Flor. *Verbaſci* — *Rhoeados*.

Uti Pharm. *Würtenb. Siliquae dulc.* — *Juiubar.* ana Drachm. 6. — *Capillor. vener.* Unc. 1/2. — *Hyſſopi* Drachm. 2.

Ph. *Danica* praeſcrib. Rad. *Bardan.* Unc. 4. — *Alth.* Unc. 1. & 1/2. — *Enulae* — *Liquiritiae* — Herb. *Tuſſilagin.* — *Veronic.* ana Drachm. 6. — Flor. *Papaver. rhoead.* — *Verbaſci* — *Bellidis minor.* ana Drachm. 2. — Semin. *Aniſi ſtellat.* Unc. 1. & 1/2. Inciſa & contuſa miſceantur.

OBS. 2) Ph. *Roſſica* commendat Radic. *Clycirrhiz.* part. 1. — Stipit. *Dulcamar.* — Herb. & Flor. *Tuſſilag.* — Herb. *Veronic.* — *Salviae* — *Hyſſopi* — *Hederae terreſtr.* ana part. 2. Miſce fiant Species.

Ph. *Herbipolit.* communicat *Malti* Hordei, aeſtivis menſibus in aëre exſiccatis, & ab enatis ligulis bene purgat. Unc. 1. & 1/2. — Rad. *Altheae* Unc. 12. — *Liquirit.* — *Caricar.* ana Unc. 6. — Flor. *Verbaſci* — *Rhoeados* ana Unc. 2. Miſce fiant Species.

Riemer ſuadet Rad. *Altheae* — *Liquirit.* ana Unc. 2. — *Lichen.* islandic. Unc. 1. — Sem. *Foenicul.* Drachm. 2. conc. cont. Miſce ad *Species pectorales demulcentes.* — Ad *Species pectorales reſolventes* vero commendat Flor. *Arnicae* verae. — Herb. *Meliſſae* ana Unc. 1. — Rad. *Liquirit.* Unc. 1/2. — Sem. *Foenicul.* Drachm. 1. Miſce accurate.

OBS. 3) *Diſpenſat. Fuldenſis Species Decocti pectoralis* conſtant e Radice *Altheae* Unc. 24. — *Lichen.* islandic. Unc. 12. conciſa miſcendi ad *Species incraſſantes - demulcentes - pectorales, tonicas.*

OBS. 4) *Piepenbring Species pectorales incompletae* conſtant e *Summitatum Farfarae* Unc. 8. — Radic. *Polypodii* — *Liquiritiae* — Herbae *Hyſſopi* — *Capillorum veneris* ana Unc. 4. miſcendi probe.

Species ejus *pectorales completae* conſtant e *Specierum* pectoralium incompletarum Unc. 14. — *Caricarum* — *Siliquorum* dulcium ana Unc. 3. mixtis probe.

SPECIES DECOCTI PVRIFICANTIS, vide *Species Decocti mundificantis.*

SPECIES PRO COLLVTORIIS, vide *Collutorium antiſcorbuticum.*

SPECIES DECOCTORVM VARIORVM, vide *Decocta.*

SPECIES DIAPNOICÆ VOGLER.

Rec. Flor. *Verbaſci* Unc. 1/2.

Herb. *Arnicae* Drachm. 2. concidantur & miſceantur.

VIS & USUS. *Gratum - anodynum - antiſpaſmodicum - confortativum* & *ſudoriferum* Infuſum praebent cum *Lacte*,& pauco *Sacharo* potandum, in *catarrhis*, *diarrhoeis* & *dyſenteriis* variis, abſente vel mitigante phlogoſi. *Vogler.*

OBS. 1) *Herold Species Diaſcordii ſine Opio* commendat e *Scordii* Unc. 2. — *Cinnamomi* Drachm. 12. — *Styrac.* — Rad. *Tormentill.* — *Gummi arabic.* — *Roſar.* rubrar. ana Unc. 1. — *Piper.* longi ana Drachm. 8. Miſcendi accurate ad pulverem. (*Bolum armen.* — Rad. *Biſtort.* — *Dictamn.* cretic. — Gumm. *Galban.* — *Zingiber.* omiſi qua ſuperflua.)

OBS. 2) *Species Diaſcordii cum Opio*, *Herold* conſtant ex *Opii* ſiccati puri Drachm. 3. quae addend. ſunt pulveri priori, cum quo probe ſunt miſcenda. — Horum Specierum Grana 45. continent Granum 1. *Opii.*

SPECIES DIÆREOS SIMPLICES.

Rec. Radic. *Ireos florentin.* — *Sachari candi albi*, *Specier. Diatragacanth.* ana Drachm. 6.

Miſce fiat pulvis. Ph. *Würtenb.*

VIS *involvens*, *incidens*, *demulcens*, *reſolvens.*

USUS ad *acre ſerum* in faucibus *demulcendum*, *mucum* incidendum; hinc in *tuſſi ſicca*, *raucedine*, *catarrhis*, confert.

DOSIS Scrupul. 1 — 2 — 3.

SPECIES DIATRAGACANTHÆ,
vide *Pulvis Diatragacanthae.*

SPECIES EMOLLIENTES.

Rec. *Herb. Altheae* — *Malvae*,
Verbaſci ana Manipul. 1.
Semin. Lini — *Foenugraeci* ana Manipul. 1/2.
Flor. *Sambuc.* Manipul. 2. Conciſis miſce.

Quibus addi poſſunt flor. *Chamomill.* Manipul. 2. & quorum Specierum Unc. 1. cum *Micae panis Tritici* Manipul. 1/2. — *Vitello Ovi* unico, & *Croci auſtriaci* Scrupul. 1. miſcentur in *Lactis* Unc. 12. dein ad pultis conſiſtentiam coquuntur, quorum *uſum* praecipue commendat in *tumoribus*, *abſceſſibus*, *vulneribus* nimium *dolentibus*, & *inflammatis*, ad *mitigandum*, *emolliendum*, & *ſuppurationem promovendam.*

OBS. *Alii* commendant huic ſcopo *Herbae Malvae*, — *Altheae* ana Unc. 6. — *Meliloti* — *Verbaſci* — Flor. *Papav. rhoead.* — *Sambuc.* ana Unc. 8. — Rad. *Altheae* Unc. 10. — *Semin. Foenugraec.* — *Lini* ana Unc. 24. conciſis miſce.
Ph. *Danic. Edit. nova.*

Schmucker huic ſcopo ſuadet tantum *Herb. Malvae* — Flor. *Sambuc.* ana partes aequales; uti ad *Species emollientes* - & *anodynas* commendat Flor. *Chamom.* — *Sambuc.* — *Herb. Hyoſciam.* ana Unc. 2. — *Olei Lini* Unc. 2.

Et ad Spec. *emollientes* - *reſolventes* Flor. *Chamomill.* — *Sambuc.* ana Unc. 12. — *Sal. Ammoniac.* — *Sapon. venet.* ana Unc. 2. coquend. in *Aquae commun.* qu. ſuffic.

Mellin vero ſuadet Flor. *Melilot.* — *Samb.* ana Manipul. 1/2. cum *Micae panis alb.* Unc. 24.

coquendis in *Lactae* Unc. 72. ad conſiſtent. *Cataplaſmatis*.

SPECIES PRO ENEMATE, vide pro *Clyſmate*.

SPECIES ad FOMENTVM ANODYNVM, vide *Fomentum anodynum*.

SPECIES pro FOMENTATIONE FRIGIDA *Schmucker*.

Rec. *Sal. Ammoniac.* Unc. 4.
Nitri depur. Unc. 1.
Aceti Vini Unc. 24.
Aquae commun. Libr. 40.
Miſce probe.

USUS ad *Schmuker* obſervat. in vulneribus gravibus, & contuſionibus capitis, conjunctis ſimul concuſſionibus cerebri,& effuſionibus humorum, effectus optimos praeſtare vidit linteaminibus - hacce fomentatione frigida probe madefactis. Omni hora reiteratis hisce epithematibus - capillamentis prius abraſis.

SPECIES ad FOMENTA VARIA, vide *Fomentum*.

OBS. 1) Diſpenſat. *Fuldenſis Species Fomenti anodini* conſtant e *Capitib. Papaver.* immatur. Unc. 6. — Flor. *Chamomill.* — Foliorum *Verbaſci* ana Unc. 3. conciſa miſcendi.

Communicat iſtud quoque *Species diſcutientis* & *nervini* Fotus ad *gangraenam*, e *Cortic. Salic.* alb. Unc. 8. — Herb. *Abſynth.* — *Rutae*, — *Salviae*, — Flor. *Hyperici* ana Unc. 4. — *Gumm. Myrrhae* — *Aſae foetid.* — *Aloes* hepatic. ana Unc. 1. — *Lythargyrii* Argenti conc. contus. prius, ut fiant Species, *antiſepticae - roborantes - reſolventes*.

Communicat quoque *Species aromaticas* pro *Cucuphis* e Rad. *Irid. florentin.* — *Zedoariae* ana Drachm. 6. — Herb. *Meliſſae* — *Rorismarin.* — *Serpilli* — *Florum Lavendulae* ana Drachm. 6. — *Cariophyllor.* aromaticor. — *Nuc. moſchat.* — Flor. *Caſſiae* ana Drachm. 2. conciſa, contuſa miſcendi ad pulverem, in vaſe clauſo probe adſervandum, qua *diſcutiens - rol orans - nervinum.*

SPECIES ad GARGARISMATA DIVERSÆ *Speciei*, vide *Gargarisma.*

OBS. 1) Ad *Species* pro *Gargarismate adſtringente*, ſuadet ſimplicem hancce praeſcriptionem *Piepenbring*, e Herbae *Salviae* Unc. 10. — Florum *Roſarum* Unc. 3. Miſcendi probe.

SPECIES HIERÆ PICRÆ, vide *Electuarium Hierae Picrae.*

OBS. Ph. *Danica* communicat hancce compoſitionem ex *Aloes ſuccotrin.* Unc. 4. — Radic. *Serpentar. virginian.* — *Zingiber.* ana Unc. 1. & 1/2. Incidantur & contundantur in pulverem, e quo addito Mellis triplo, Electuarium paratur, admiſcendum clysmatibus. — Raro enim interne in forma *pulveris*, ſed in pilulari exhibentur a Gran. 15—20. pro Doſi. Ph. *Würt.*

SPECIES IMPERATORIS pro MORSVLIS.

Rec. Rad. *Galang.* Unc. 1. — Flor. *Caſſiae* Drachm. 10.
Cardam. minor. — *Caryoph.* arom. ana Unc. 1/2.
Macis Drachm. 2. groſſe inciſ. & cont. fiant Spec.

USUS proprie *Morſulis* & *Tragaeis* parandis, caeterum qua *ſtomachicae*, in vitiis *ventriculi pituitoſis* & *flatulentis* ad Drachm. 1/2. cum *Sachari* dupla

parte mixtae inſerviunt, excepto eo, ut ad alia *Medicamenta* corrigenda addi poſſint. *Piderit.*

OBS. *Compoſition. variae* exſtant, uti Ph. *Würt.* ſuadet *Cinnamom.* Drachm. 10. — *Zinziber.* — *Caryophyllor.* ana Unc. 1/2. — *Galangae* — *Macis* — *Nucis Moſchatae* ana Drachm. 2. Miſce ad uſum; *roborandi ventriculum pani* toſto, vinoque macerato inſperſum.

SPECIES NERVINÆ.

vide *Cephalicas pro Cucuphis.*

SPECIES PECTORALIS-DEMVLCENTIS *Decocti.*

Rec. *Herb. Malv.*, — *Tuſſilaginis*,

Rad. *Altheae*, — *Liquiritiae* ana Unc. 4.

Sem. Aniſi ſtellat. ſ. *Foeniculi* Unc. 1/2.

Inciſa ad pulverem groſſ. miſce, cujus

VIS & USUS e nomine patent. *Selle.*

OBS. Ph. *Pauper. Hamburg.* compoſitio conſtat e Rad. *Altheae* Unc. 1. — *Liquirit.* Drachm. 2. — *Semin. Foeniculi* Drachm. 1. Conc. Contuſ. Miſce, fiant Species.

SPECIES PECTORALIS RESOLVENTIS *Decocti.*

Rec. Flor. *Chamom. vulgar.* Unc. 4. — *Arnic. ver.*

Herb. *Millefol.* — Rad. *Liquirit.* ana Unc. 2.

Sem. *Aniſi ſtellat.* Drachm. 1.

Inciſ. ad pulver. groſſ. miſce.

VIS *reſolvens*, *pectoralis.*

USUS ad *ſtagnationes mucoſas*, & ad *ſanguinem congrumatum reſolvendum.* *Selle.*

OBS. Ad Ph. *pauper. Hamburg.* e Flor. *Arnicae* Unc. 1/2. — Rad. *Liquirit.* Drachm. 3. — Sem. *Foenicul.* Drachm. 1. Conc. Cont. Miſce fiant Species.

SPECIES pro PTISANA, vide *Decoctum.*

OBS. 1) *Baldinger* communicat hancce compoſitionem ſimpliciſſimam, in *morbis acutis* valde convenientem, pro *potu*, e rad. *Gramin.* — *Taraxac.* — *Cichor.* part. aequal. — *Foenicul.* qu. plac.

OBS. 2) *Species* pro *Ptiſana Baldinger* communicat *Keup*, e Radic. *Gramin.* — *Taraxac.* — *Cichorei ana* — Semin. *Foenicul.* qu. plac. conciſa miſce, & commendat *uſum* eorum, non ſolum in *febribus*, ſed etiam, ubi *lymphae* vitia adſunt, nec non in venereis morbis, aliisque in caſibus haec ptiſana *acrimoniam involvendo*, *ſanguinem purificando* & *diluendo*, egregie agit. — In *ictero*, morbisque *biliosis*, ab *obſtructione hepatis* ortis, inprimis utiles obſervavit, ſi pro *quotidiano* potu uterentur aegri. — Addidit quoque inventor nonnunquam *Stipites Dulcamarae*, aut *Ligni Saſſafras-Guaiaci*, *Juniperi*, aliquam copiam.

OBS. 3) Diſpenſator. *Fuldenſe* commendat ad Species pro *Ptiſana* Radic. *Graminis* Unc. 4. — *Scorzonerae* Unc. 2. conciſa miſcendi ad Species *nutrientes*, *ſaponaceas*, *aperientes.*

SPECIES DECOCTI PVRIFICANTIS.

Rec. *Ligni Juniperi* — Rad. *Gramin.*
Radic. *Taraxaci* — *Cichorei* ana Unc. 4.
— *Senegae* — *Sem. Foenicul.*

Sem. Petroſel. — *Juniper.* ana Unc. 1/2.
Contuſa ad pulver. groſſ. miſce. *Selle.*

VIS *haemocatarctica*, ſ. ſanguinem purificans.

USUS in *diſcraſia*, *cacochymia* humorum; *loco Ligni Guaiaci* nimium irritantis, & *Sarſaparillae* nimis ſumtuoſae.

DOSIS Species ſumuntur Drachm. 1. ad Unc. 1.

OBS. Ad Ph. *Hamburg.* conſtant e rad. *Bardan.* Unc. 2. — *Stipit. Dulcamar.* Unc. 1. — *Sem. Foenicul.* Drachm. 2. Conciſa, contuſa, miſce fiant Species.

SPECIES PVRIFICANTES INTERNÆ, *Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. Radic. *Bardan.* Unc. 2.
Stipit. Dulcamar. Unc. 1.
Semin. Foenicul. Drachm. 2.
Conc. contuſ. Miſce fiant Species.

SPECIES RESOLVENTES EXTERNÆ, *Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. *Herb. Abſynthii*
— *Menth. criſp.* ana Unc. 4.
Flor. Chamomill. vulg. Unc. 2.
Conc. Miſce fiant Species.

SPECIES PRO THEIFORMI INFVSO.

Rec. Radic. *Gramin.* Unc. 1. & 1/2.
Herb. *Millefolii* Unc. 2.
— *Veronicae* Unc. 3. Inciſis fiant Species.
Piderit.

USUS e titulo patet. Loco ſaepius nimium calentis, & exaeſtuantis conſueti, & tam vulgaris ſic dicti *Thee e China*, ſ. incongrue dicti *Hollandici*,

OBS. 1) Ph. *Roſſica* praeſcribit Flor. *Chamomill.* — Herb. *Veronic.* ana Part. 6. — Folior. *Salviae* Part. 2. — Semin. *Foeniculi* Part. 1. Miſce fiant Species.

OBS. 2) Diſpens. *Fuldenſe* ſuadet ad *Species Infuſi theiformis nervini*, Folia *Aurantior. amaror.* Drachm. 2. — Summitat. *Milleſolii* — Herbae *Serpilli* — Flor. *Chamomill.* ana Drachm. 2. Semin. *Foenicul.* Drachm. 1. groſſe concisa miſceantur, ut fiant Species *antiſpaſmodicae*, *nervinae*, *carminativae.*

SPECIES SOPIENTES VOGLER.

Rec. *Semin. Cannabis* Unc. 2.

Florum Chamomillae — *Sambuci* ana Unc. 1/2.

Minutim concisa & contuſa miſceantur.

USUS Membris & partibus *arthritide* l. *rheumatiſmo* affectis *tumidis*, & vehementer *dolentibus*, ſacculo incluſae, & leniter calefactae hae *Species* impoſitae, *dolorem acerbiſſimum* cito ac tuto *ſopiunt.* *Vogler.*

SPECIES VULNERARIÆ PLENCK.

Rec. Herbar. *Alchemill.* — *Rutae*,

Flor. *Hyperic.* ana Manipul. 1. concisa, miſce.

USUS ad *Decocta vulneraria*, quibus *vulnera* & *ulcera* injici & elui poſſunt.

SPECIES RESOLVENTES *ad externos uſus.*

Rec. Herbae *Abſynthii* — *Menth. piperitid.* — *Rutae*, — *Salviae*, — *Sabinae* ana Unc. 3. Flor. *Chamom.* — *Sambuci* — *Lavend.* ana Unc. 2. Semin. *Carvi* — *Anethi* ana Unc. 1. Inciſis contuſis fiant *Species.*

VIS & USUS e nomine patet. Inprimis ad *Cataplaſmata reſolventia:* ad *ſtagnantes humores* reſolvendos, partes *debilitatas* roborandas, hinc in *inflammationibus*, & *contuſionibus* quoque confert.

Adhibentur vel in *ſacculis*, vel *decoquuntur* cum fluido quodam, ſpirituoſo aut aquoſo, ſtatui cuivis morbi conveniente, quo linteamina, in iſto Decocto ſaturata, dein affecto loco applicantur ſcopo reſolvente. Quandoque in fine coctionis pars quaedam *Aquae Calcis* vivae addi poteſt, pro intentione varia, vel *Spiritus Vini rectificatiſſimus*, aut *Vini camphoratus.* *Piderit.*

OBS. 1) Ph. *Danica* addit adhuc *Meliſſae* ſ. *Menth.* ordinariae, loco piperitid. tum *Origani* ana Unc. 4. — & *Baccar. Lauri* Unc. 2. loco Semin. *Carvi* & *Anethi.*

Ph. *Roſſica* habet Herb. *Abſynth.* — *Abrotan.* — *Tanaceti* — *Scordii* ana part. aequal.

Ph. *paup. Hamb.* compoſ. conſtant e Herb. *Abſynthii* — *Menthae criſpae* ana Unc. 4. — Flor. *Chamomill.* vulgar. Unc. 2. Conc. Miſce fiant Species.

OBS. 2) *Riemer* ſuadet ad *Species reſolventes externas* Herb. *Menthae criſpae* — *Abſynth.* vulgar. ana Unc. 3. cum *Camphora* adplicand. Flor. *Chamom.* vulgar. — *Sambuc.* ana Unc. 2. C. C. Miſce.

OBS. 3) *Piepenbring Species reſolventes* conſtant e *Summitatum Abſinthii* — Herb. *Salviae* ana Unc. 4. — *Menthae piperitid.* Unc. 3. — *Flor. Chamomillae* — *Sambuci* ana Unc. 2. & 1/2. — *Roſarum rubrar.* Unc. 2. intime mixtis.

SPECIES

SPECIES RESOLVENTES
ad *internas obſtructiones.*

Rec. Radic. *Altheae*, — *Bryoniae*,
Flor. *Chamomillae* — *Sambuci* ana Unc. 3.
Semin. *Lini* Unc. 2. Inciſis contuſ. fiant *Species.* quarum Uncia 1/2. cum *Micae panis Tritici* Drachm. 6. — & *Croci* auſtriaci Scrupul. 1. commiſcetur, in *Lactis* Unc. 12. ad formam Pultis coquitur, cui tandem adduntur *Vitellus Ovi* unus, — & *Saponis* Drachm. 2.

VIS *reſolvens*, *incidens.*

USUS in *tumoribus inflammatoriis*, *obſtructionibus viſcerum*, l. inter linteamina l. in *veſica bovina* incluſum *Cataplaſma* tale applicetur, ſcopo non ſolum *reſolvendi*, ſed *dolores* quoque *leniendi*, *mitigandi* atrociſſimos, in *pleuritide*, *peripneumonia*, excretionemque tum quoque per pulmones promovendam.

Confert hinc in *veſicae urinariae inflammationibus*, viſcerumque abdominalium *infarctibus*. *Piderit.*

OBS. Pharm. *Herbipol.* & *Plenck* commendant Herb. *Marrubii* -- *Mercurial.* -- *Cicutae* -- *Parietar.* -- Flor. *Sambuc.* -- *Chamom.* -- *Arnic.* part. aequal. conc. Miſce.

SPIRITVS ACETI,
vide *Acetum Vini deſtillatum.*

SPIRITVS AETHEREVS SIMPLEX
Nitratus, vide *Acidum Nitri dulcificatum.*

SPIRITVS AETHEREVS VITRIOLATVS,
vide *Liquor anodynus mineralis.*

SPIRITVS ANISI, ſ. AQVA ANISI
Spirituoſa.

Rec. Semin. *Aniſi* contuſi Unc. 6.

Spiritus Vini Unc. 54 — 72. Macerentur per octiduum, tum lege artis deſtillentur, quamdiu fluunt, circiter ad Unc. 30 — 36. donec tranſiens Liquor lacteſcere incipiat.

VIS *carminativa*, *pectoralis*, *ſtomachica*, *antiſpasmodica*, *calefaciens*. *Piderit. Keup.*

USUS in *digeſtione* depurata, & *flatulentia*. In *doloribus* ad partum *ſpuriis* non inepte; praeſertim in plebejis, uti *Carvi Spiritus* non inepte exhibetur, *Aqua* & *Sacharo* temperatus bibitur.

DOSIS a Drachmis aliquot ad *Uncias aliquot.*

OBS. Eodem modo e *Seminibus Carvi* - *Spiritus Carvi*; e *Juniperi* baccis - *Spiritus Juniperi* parantur.

SPIRITVS ANTHOS, vide *Spiritus Rorismarini.*

Confert qua *cephalicum* - *nervinum*, *fomentationibus* additum, & pro *Odoramento.*

OBS. 1) *Piepenbring Spiritum Anthos* parandum commendat ex *Olei Anthos* Drachm. 3. — *Spiritus Vini* rectificati, Libris 8. probe mixtis,

SPIRITVS AVRANTIORVM CORTICVM.

Rec. *Cort. Aurantior. flavor. recent.* Unc. 24.
Spiritus Vini electi Unc. 96. additis
Aquae fontan. Unc. 48.
Deſtillentur e veſica, leni igne, Unc. 96.
Aquae fontan. dilutae & *Sacharo edulcoratae, aſſervandae* tum. Ph. *Roſſica.*

OBS. Pariter paratur *Spiritus Citri Cortic.*

VIS *ſtomachica*, *roborans*, *tonica*, *carminativa*, *calefaciens.*

USUS ad *potiones ſtomachicas* ſic dictas *Liqueurs*, & ad *Eſſent. carminativas*, *Sacharo* & *Aqua* prius dilutas.

OBS. Ad Ph. *Suecicam* ſumuntur *Cort. Aurant.*

Unc. 12. — *Spiritus Vini* Unc. 36. tantum ad acquirendas balnei maris calore Unc. 24.

Diſpenſat. *Fuldenſe* ſuadet *Cortic. Aurantior.* Libr. 1. — *Spiritus Vini gallic.* Libr. 1. Leni igne deſtillandi e cucurbita vitrea, ut Librae 5. transeant in excipulum.

SPIRITVS BEZOARDICVS BVSSII.

Rec. *Spiritus Sal. Ammoniac.* vinoſi Unc. 8.
Liquor. Cornu Cervi ſuccinat. Drachm. 6.
Olei Citri Gutt. 10. Miſceant. & ſerventur uſui.

VIS valde *diaphoretica*, *diuretica*; & *antiſpaſmodica*, inprimis *Liquore anodyno Hoffm.* junctus.

USUS in *morbis exanthematicis*, *arthriticis* retrogreſſis, l. non rite erumpentibus; - in *ſpaſmis*; in *paſſione hyſterica*; - in *convulſionibus* e dentitione difficili ortis, quos cito tollit. *Piderit.*

Olim magis ad *exanthematum* erupt. laudabatur.

DOSIS a Gutt. 12 - 30 - 40. in appropriato vehiculo adultis; biennibus infra annum Gutt. 4 - 6.

SPIRITVS CARMELITARVM,

vide *Aqua Meliſſae compoſita.*

SPIRITVS CARVI, vide *Spiritus Aniſi.*

SPIRITVS CITRI, vide *Spiritus Aurantiorum*; ad cujus praeſcriptionem paratur.

SPIRITVS COCHLEARIÆ.

Rec. Herbae *Cochleariae* rec. cont. Unc. 72. affunde
Spiritus Vini rectificat. Unc. 48.
Aquae font. Unc. 72. quam quidam plane omittunt, uti Ph. *Herbipol.* & hinc ſumunt

Spirit. Vini Unc. 144. Juncturis probe munitis deſtilla lege artis ad acquiſitonem.

Spiritus Unc. 24.

VIS *purificans*, *diuretica*, *carminativa*, *antiſeptica*, *antiſcorbutica* eximia ad *ſcorbuticos affectus oris*, & aliarum partium.

USUS ad *gargariſmata* & *collutoria;* in *ſtomacace*, *aphthis;* & aliis gingivarum & palali *ulceribus;* ad *ulcuſcula* pinſenda etiam cum Melle.
Piderit. Ph. *Suecica.*

Ph. *Suecicae nova Fditio* ſuadet Herbae *Cochleariae* recent. Libr. 10. — *Spirit Vini* gallic. Libr. 8. Balnei maris calore deſtillandi Libr. 4.

DOSIS *interne* a Drachm. 1/2 — 1. *Aqua* dilutus.

OBS. 1) per fermentationem paratus minoris eſt efficaciae & gratiae.

OBS. 2) *Mellin* ſnadet *Cochlear.* recent. contuſ. Unc. 120. — *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 60. Macerent. per horas 12. deſtillent. e *Balneo Mariae* ad Unc. 60.

OBS. 3) *Spiritus Cochleariae compoſitus* conſtat addito priori tantum Rad. *Armonaciae* recent. Unc. 10. cujus *Vis fortior.* eſt.

OBS. 4) Diſpenſat. *Fuldenſe* commendat Herbae *Cochleariae* recent. Libr. 6. contuſis adfundentur *Spiritus Vini* gallici Libr. 12. maceratae per noctem deſtillentur, e veſica ſtanno probe obducta eousque, dum Guttae tranſcendentes lacteſcere incipiant; Spiritus prolectus ſuper nova herbae Cochleariae portione cohobatus ſervetur.

SPIRITVS CORNV CERVI,

vide *Oleum Cornu Cervi.*

VIS peculiaris *antacida*, *antiſpasmodica*, *aperitiva*, *reſolvens*, *diaphoretica*, *diuretica*, *tonica*, *paregorica*. *Diſſolvens* humores, & ſolida *ſtimulans*, *excretiones promovens* aquoſas.

USUS in quibus iſta indicantia conveniunt.

DOSIS a Scrupulo I. — Drachm. 1/2. Ph. *Würt.*

OBS. 1) Raro genuine venditur hic *Spiritus*, nec ſemper e *Cornu Cervi* paratur, ſed ex Offibus quibuscunque, & vilioris pretii cauſa interdum, ſuper *Calcem vivam* rectificatur, quo *acris* fit & multum hinc *Salis urinoſi* mentitur.

OBS. 2) Ad *Spiritus Cornu Cervi* praeparationem commendat *Piepenbring* vaſculum peculiare deſtillatorium commodiſſimum, retortam nempe tubulatam - ferream - fuſam, epiſtomio ferreo munitam, magnitudinis cujusvis, furno deſtillatorio proprio expreſſe adaptatam. — Cujusvis animalis Oſſa, uti & cornua easdem continent partes conſtituentes, quae locum omni jure ſupplent Cornu Cervi, tam pretioſi, Oſſa in oeconomia commode ſucceſſive collecta ſufficiunt, pulveriſantur ad pulverem groſſum, ut eo commodius retortae poſſint immitti, & non tam magnum ſpatium in ea impleant, ad 4tae partis retortae vacuum: retortae rite adplicato alembico, & receptaculo amplo lapideo, & omnibus probe lutatis, leni igne deſtillatio inſtituitur, ſucceſſive augetur ad caleſcentiam receptaculi, qualis gradus congrue eſt aſſervandus per quoddam tempus, usque dum ignis eſt augendus ad retortae candeſcentiam, & ſi denique in hoc ignis gradu forti receptaculum

non iterum incaleſcit, ſignum tum eſt, omnem Spiritum eſſe transgreſſum, & deſtillationem eſſe finiendam.

Omnibus refrigeratis & apertis congrue, Oſſa ad carbonem uſta tum eximuntur e retorta, novis denuo implenda Oſſibus ad deſtillationem 2dam, & tum quoque ad 3tiam ſine mutato receptaculo ſatis amplo, quae evacuanda eſt poſt tertiam deſtillationem, ubi tum acquiritur Spiritus aquoſus - volatilis, peculiari odore empyrevmatico praeditus, uti & Oleum empyrevmaticum, & in lateribus ejus Sal impurum, fuſcum - volatile. — Spiritus hicce depuratus acquiritur vitri ope ſeparatorii, ſ. filtri e charta bibula, qui aſſervandus eſt, qua *Spiritus Cornu Cervi* non *rectificatus.*

Acquiritur tum rectificatus, & purificatus ab Oleo fuſco adhaerente - uti & Sale, committitur nempe iterum retortae, cum Sale adhaerente, uti & pulveriſat. Cinis Lignorum, ſ. in aëre Calx collapſa, & leni tum igne deſtillatio ſuſcipitur, quo tum lateribus adhaerebit Sal multo purius, & Spiritus Cornu Cervi purificatus - rectificatus ſuccedet.

Ut eo citius & levius appareat Sal & Spiritus ſuccedens, in receptaculo dein tertia deſtillatione mutando, vitreum tum magis conferret. — Sal hoc ita purificatum iterum tum fuſceſcit leniter. Commendat hinc *Pieyenbring*, ut *Spiritui* transgreſſo rectificato volatili, uti & *Sali*, aliquid Aquae immittetur retortae, in quo Sal transgrediens ſolvitur, & ſimul commutatur in Spiritum Corvu Cervi aquoſum.

OBS. 3) *Spiritus Cornu Cervi*, qua Liquor aquo-

ſus, cum Sale volatili & Oleo animali commixtus, conſiderandus, acidis effervеſcens, ad *internum uſum* prius rectificandus, ab oleoſis partibus magis liberatus, coloris albi, bene olentis & ſopientis,) *bonitas* & *qualitas* eſt *praecipua*, ut inſtar *Aquae* ſit *pellucidus*, non *flavus*, ut tantum Salis volatilis ſoluti contineat, quantum aquoſum ſolvendi valeat; ut non Calce ſit commixtum, & poſt evaporationem in Cochleari argenteo nullam ſubſtantiam gelatinoſam relinquat. *Piepenbring.*

SPIRITVS FORMICARVM,

ſ. *Acidum Formicarum.*

Rec. *Formicarum* recent. major. in menſe *Jun.* & *Jul.* collectar. Unc. 12.

Spiritus Vini rectificat. Unc. 24. deſtillentur

Mixta e balneo Mariae ad ſiccitatem Unc. 12.

(Quo modo ad *Herold Spiritus Lumbricorum* paratur, ſi iſti in putredinem prius abiere.)

VIS *tonica*, *nervina*, *reſolvens*.

USUS *Externe* ad *paralytica* membra; ad partes *debilitatas*, *rigidas*, in earum *atonia*; in *capitis contuſionibus* - *fomentationibus* inſperſum; in *capitis doloribus* a *torpore* ortis, vertici & temporibus applicatum. *Piderit.*

In *tinnitu* aurium & *auditus* difficultate l. inſtillatus, l. cum *bombace* inditus confert, uti & ad *contuſiones*, & *luxationes* dilutus *Aqua*. *Plenck.*

OBS. 1) *Nocet* externe in doloribus *rheumaticis* - *arthriticis* & *podagricis* auferendis: uti interne generatim ſumtus.

OBS. 2) Ph. *Roſſica* & *Suecica* ad ſuperior. quanti-

tat. ingredient. ſuadet *Aquae commun.* Unc. 12—18. calore balnei eliciendas Unc. 18.

OBS. 3) Ph. *Suecica Acidi Formicae* hancce praeparationem tradit. Rec. *Formicarum*, a ſordibus bene purgatarum, & ſacculo linteo incluſarum, Unc. 12. — *Aquae fluvialis* bullientis Congium 1/2. Macera vaſe vitreo per horas tres tum decanta, & reſiduo denuo affunde eandem menſuram - *Aquae bullientis*, maceratione iterata. — Decanta iterum, ſacculum leniter exprimendo. Liquores decantatos miſce, atque in phiala collo elongato per pauca minuta temporis coque, & poſt refrigerationem per chartam cola, in vitro clauſo ſervandos.

Formicae colligantur menſe *Junio* vel *Julio*, acervo divulſo impoſitis baculis ligneis laevigatis, quibus adhaerent, in vas figulinum, Aquam puram continens, deradendae.

Pharm. *Suecic.*

Edit. nova *Ph. Suecic.* ſuadet *Formicarum*, menſibus *Junii* & *Julii* cum acervo collectarum, Unc. 12. — *Spiritus Vini* gallici Unc. 24. — *Aquae fluvial.* Unc. 12. calore balnei maris deſtillentur tum Unc. 18.

OBS. 4) *Acidum Formicarum depuratum* commendat *Diſpenſat. Fuldenſe* hocce parandum modo, — *Acidum Formicarum* infuſione obtentum immittatur retortae vitreae, lenique igne ad 4. partis usque remanentiam deſtilletur, quo partes animales oleoſo-pingues cum vaporibus aqueis in excipulum transeunt, relicto in retorta Acido Formicarum depurato.

Acidum hoc ad *Aceti* naturam radicalis quam proxime accedens, hinc ad eosdem fere ſco-

pos adhiberi poteſt: quin ſi ſatis concentratum fuerit, cum Spiritu Vini digeſtum, & deſtillatum, *Goetlingio* teſte *Naphthae* ſpeciem largitur.

OBS. 5) *Spiritus Formicarum* praeparationem commendat *Diſpenſat. Fuldenſe* e *Formicarum* menſibus Junio & Julio collectarum Unc. 12. — *Spirius Vini* rectificati Unc. 24. Mixta immittantur phialae vitreae, alembico & excipulo munitae, atque ex balneo maris deſtillentur ad ſiccitatem; Spiritus vero prolectus ſervetur ad *uſus externos*

SPIRITVS FVLIGINIS.

Rec. *Fuliginis* nigerrimae, compact. & ſplendent. quant. placet.

Deſtillentur e retorta, juncturis optime clauſis, igne arenae, initio leni, tum gradatim aucto, *Spiritum prolectum* ab Oleo ſepara, & rectifica.

VIS eximie *diaphoretica*, *diuretica*, *reſolvens*.

USUS ad *effectus ſoporoſos* - *hyſtericos* - *epilepticos*.

SPIRITVS JVNIPERI.

Paratur e *Baccis Juniperi* contuſis uti *Spiritus Aniſi*.

VIS *ſtimulans*, *diuretica*, *emmenagoga*, *ſtomachica*.

USUS ad *menſium ataxias* raro ſolus datur, ſed plerumque alio eo acuuntur remedia.

Piderit. Ph. Roſſica.

OBS. 1) *Keup* ſuadet *Spiritum Juniperi* ita parandi. e *Baccar. Juniperi* conquaſſatar. Unc. 48. — *Spiritus Vini* non dephlegmati Unc. 96. deſtillandi ad dimidium.

Et ob Vim ejus *carminativam*, *diureticam*, *diaphoreticam*,

Uſum ejus in *hydrope* qua valde eximium commendat.

SPIRITVS LAVENDVLÆ SIMPLEX.

Rec. Flor. *Lavendul.* rec. leviter ſiccat. Unc. 12 — 18.
Spiritus Vini non rectific. Unc. 48—96. Praevia per triduum digeſtione, deſtillentur ad dimid:

Quidam addunt *Aquam Lavendulae* Unc. 12.
Piderit. Ph. *Suecica.*

VIS *reſolvens, tonica, nervina, cephalica, ſtomachica.*

USUS & hujus *Spiritus* & *Meliſſae* & *Serpilli* eſt praecipue externe ad partes *debilitatas - paralyticas roborandas*, & *nervos* erigendos; *ſugillationes reſolvendas;* in *luxationibus*; in *atonia* partium, & in *capitis laeſionibus, contuſionibus;* uti & *Species*, quae *Cephalicae* appellantur, aſperſis talibus *Spiritibus* actuoſiores redduntur. — In *lypothymicis* & *debilibus* Odoramento; - in *ſugillationibus diſcutiendis*, & *doloribus rheumaticis.*

OBS. 1) Ph. *Roſſicae* praeſcriptio conſtat e Flor. *Lavendulae* recent. Unc. 24. —*Spiritus Vini gallici* Unc. 96. deſtillatione eliciendas Unc. 48. & ut tum addentur *Tincturae Benzoes* Drachm. 4. Eandem praeſcriptionem, omiſſa tantum *Tinctura Benzoes*, obſervandam eſſe jubet in *Spiritu Menth.* — *Meliſſae* — *Rorismarini.*

OBS. 2) *Spiritus Lavendulae compoſitus*, — ſ. *Anglis Balſy Trops.* — l. Guttae *Paraliticae.* — Rec. *Spiritus Lavendulae ſimplicis* Unc. 36. — *Spiritus Rorismarini* Unc. 12. — *Cinnamomi*, — *Nucis Moſchatae* ana Unc. 1/2. — *Santali rubri* Drachm. 3. Digere per 4 — 7. dies, & cola. Ph. *Londinens.* — *Suecica.*

VIS *Externe tonica, roborans. Interne ſtomachica, diaphoretica.*

USUS *Interne* in *debilitate* ſubitanea ; *ſyncope*, *vertigine; vomitu, ſudore frigido; apoplexia ſeroſa;* malo *hyſterico;* in *digeſtione* laeſa. *Roſenſtein.*

Externe in *vomitu cruento* ad *odoramentum Roſenſtein;* ad *infrictiones* externas.

DOSIS Guttae 8—10. cum Sacharo, l. Vino, l. *Aqua Cinnamomi.*

Ph. *Edinb. Caryophyll.* aromatic. Unc. 1. & 1/2. addendam ſuadet.

OBS. 3) Pari modo paratur *Spiritus Rorismarini* e Summitatib. *Rorismarin.* recent. Unc. 24. — *Spirit. Vini gallic.* Unc. 96. balnei maris calore deſtillent. Unc. 48.

OBS. 4) *Spiritus Lavendulae* optime paratur ad *Pie-1 enbring* ex *Olei Lavendulae* Drachm. 2. — *Spiritus Vini* rectificati Unc. 48. Miſce.

SPIRITVS LVMBRICORVM VINOSVS.

Rec. *Lumbricorum* terreſtrium repurgatorum & conquaſſator. Libr. 6.

Stent vaſe tecto, donec foetorem urinoſum ſpargere incipiant, tuncque adfundantur iis *Spiritus Frumenti* Libr. 6.

& ſine praevia digeſtione deſtillentur e retorta vitrea igne arenae, juncturis probe clauſis, ad dimidias. *Diſpenſat. Fuldenſe.*

VIS *externa reſolvens-paregorica.*

SPIRITVS MELISSÆ SIMPLICIS.

Paratur e *Herba Meliſſae*, uti *Spiritus Lavendulae ſimplex*, cujus

VIS & USUS idem; praeſertim quoque in *clavo hyſterico*, tam *externe* applicatus, quam *interne*, ad Cochlear datus; & in menſium *ataxia.* *Piderit.*

OBS. 1) *Diſpenſator. Fuldenſe* communicat *Spiritum Meliſſae compoſitum* e Herbae *Meliſſae citratae* Unc. 16. — *Corticum Citri* Uns. 4. — *Florum Caſſiae* Unc. 2. — *Nucis moſchatae* Unc. 1. — *Caryophillor.* aromaticor. Drachm. 2. — *Vini albi* generoſi Libr. 8. conciſa & contuſa miſceantur, & poſt 24. horarum macerationem, per deſtillationem legitime inſtitutam, eliciantur Spiritus Librae 4. — Cujus

Vis praecipua eſt *aromatica, ſtimulans, antiſpasmodica, carminativa, roborans, calefaciens,*

Doſis a Drachm. 1 — 2.

SPIRITVS MENTHÆ CRISPÆ,

vide *Aqua Menthae vulgar. ſpirituoſa* ſ. *compoſita.*

SPIRITVS MENTHÆ PIPERITIDIS.

Rec. *Herb. Menth. piperitid.* Unc. 12.

Spiritus Vini rectificatiſſ. Unc. 36.

Deſtilla uti Spiritum Meliſſae. *Knigge.*

VIS ratione *Saporis* & *Odoris* Herbam eximie redolentis, multo fortior quam *Aquae Menth. piperitidis* ſimplic. & concentrat.

SPIRITVS MERCVRIALIS SWIETEN,

vide *Mercurius ſublimatus corroſivus.*

SPIRITVS- ſ. LIQVOR - MINDERERI,

ſ. *Salſilago ammoniacalis acetoſa,* ſ. *Spiritus Salis Ammoniaci* cum *Sale Alcali* parat. commixtus acido *Aceti* ſ. *Mixtura ſalina volatilis Suecorum,* ſ. *Aqua Ammoniae acetatae.*

Rec. *Aceti Vini deſtillat. acerrimi* Unc. 12. Inſtilla paulatim *Spirit. Sal. Ammon.* cum *Sale Tartari.* vel

Spiritus Cornu Cervi qu. ſuffic. ad ſaturationem plenar. aſſerva in vitro probe clauſo.

(Ad *Herold* ſufficiunt *Aceti Vini* Unc. 6. ad ſaturationem *Spirit. Sal.* amari Unc. 4.)

VIS Liquoris hujus ſalini penetrantiſſimi *aperiens*, *attenuans*, *antiſpaſmodica*, *diaphoretica*, *antiſeptica*; *diſcutiens*, *reſolvens*, *excretiones* aquoſas *promovens*.

USUS *Interne* ad *exanthematum* e. g. *variolarum*, *morbillorum*, *purpurae* eruptionem promovendam.

In *febribus putridis* - *malignis* - *ſpaſmis*, - affectibus *arthriticis* - *hyſtericis*.

Aſae foetidae Vires praecipuas *antiſpaſmodicas* - *reſolventes* inſigniter auget & ſecundat, in *obſtruct. viſcerum*, in *menſium* ſuppreſſione, & aliis ſanguinis fluxibus; in *aſthmate*, *tuſſi* ſuffocativo; morbis *hyſtericis*.

Hinc conſulto *Millar*. *Aſae foetid.* Drachm. 2. in hujus *Spiritus* Unc. 1. ſolvendas ſuadet, & cum aliquot Unciis cujusdam *Aquae deſtillatae* miſcendas, ut infantes omni bi- tri- horio aliquot Cochlearia parva ſumant, & *adulti* majora.

Externe ad *tumores frigidos induratos*, *cyſticos*, *articulares*, *ſarcocelen*, cum *Aſa foetida* eo potentior agit. *Piderit.*

Caeterum externe *Fomenti* inſtar appoſitus ſummum eſt *diſcutiens*, & *reſolvens* in morbis quoque *oculariis*, ubi in *cornea*, aut in humore aqueo opaci quid haeret.

DOSIS a Drachm. 1/2 — 2. cum *Syrupo* quodam l. cum aliis remediis mixtus. *Doſis* dependet multum a qualitate *Salis* additi *Alcalini* & *Aceti*, l. non additi, facile tum determinanda.

OBS. 1) Probe attendendum, ut ſaturatio ſufficiens fiat, & ſemper recens paratus ſit *Spiritus*, non privatus *Alcali volatile*.

OBS. 2) Ph. *Edinb. Roſſica*, & *Haſſe* praeſcribunt, ut ſine deſtillatione *Alkali volatile* e *Sale Ammoniac.* trit. quant. plac. ſaturetur ſucceſſive adfuſo *Aceto* forti deſtillato, Mixtura per chartam tum coletur.

Ph. *Londinenſis* praeſcribit *Ammoniae* Unc. 2. — *Aceti deſtillat.* Unc. 48. l. quant. ſuffic. ad ſaturationem.

Ph. *Herbipol.* & *Danica* ſumunt *Aceti deſtillat.* qu. plac. Inſtilla paulatim, ſubinde agitando *Spirit. Sal. Ammon.* cum *Calce viva* parat. qu. ſuffic. ad juſtam & perfectam ſaturationem.

Mellin praeſcribit *Sal. Ammon. volatil.* qu. plac. Paulatim inſtilla ſubinde agitando - *Aceti deſtill.* qu. ſuffic. ad ſaturationem plenariam.

Baldinger ſtatuit in ſuis *Ph. Edinb.* additamentis, ſemper praeſtare, ſi vehiculum affundatur, ſequentem in modum, Rec. *Aquae Meliſſae* l. *fontanae* Unc. 12. — *Salis volatil. Cornu Cervi* Drachm. 1—2. — *Aceti Vini optim.* qu. ſuffic. ad ſaturationem *Mellis.* — Unc. 1. addita temperat acorem ſaporis, & tanquam adjuvans non inepte, teſtimon. *Baldinger*, addi ſolet.

OBS. 3) *Löwe* commendat ex recentioribus hancce compoſitionem. *Ciner. clavellat.* depur. Unc. 4. — *Aceti deſtillat.* qu. ſuffic. ad ſaturat. plenar. inſpiſſa fluidum ad Unc. 36. retortae vitreae immiſſo addentur *Sal. Ammoniac.* pulveris Unc. 2. adaptato recipiente congruo, deſtilletur e *Balneo* arenae leni igne, ad reſiduum plane ſiccum, Liquor, pro lubitu magis minusve volatilis conficiendus.

OBS. 4) *Saunder* ſuadet *Aceti* deſtillat. Unc. 12.

ſenſim inſtilla *Spirit. Sal. ammoniac.* qu. ſuffic. ad ſaturationem *Doſis* Unc. 1/2. quartis horis.

OBS. 5) *Gmelin* compoſitionem commendat ex Aqua *Meliſſae* l. *fontan.* Unc. 12. — *Sal. Cornu Cervi volatil.* Drachm. 1—2. — *Aceti Vini electi* qu. ſuffic. ad punctum ſaturationis, tum adde *Mellis* Unc. 1. — Qua Sal medium *efficax, penetrans*, & *reſolvens* jure commendandum.

OBS. 6) *Piepenbring* ad *Spiritus Mindereri* praeparationem methodum *Remler* commendat, *Terrae foliatae Tartari* Unc. 4. ſolvend. in *Aceti Vini* Unc. 8. addendi huic ſolutioni in retorta-collo fere recto munita, prius Unc. 2. Salis ammoniaci, & deſtillandi, vaſculis probe lutatis, omnem humiditatem, quo modo acquiritur Spiritus ita concentratus, quia adhuc commode poteſt dilui Unciis 12 — 16. Aquae communis.

OBS. 7) *Alkali ammoniacum acetatum* fluidum paratur quoque ad *Piepenbring*, ſi Unc. 3. *Alkali ammoniac. acetati* ſ. Sal. ammoniac. aceto ſi ſolvuntur in Unc. 24. — *Aquae commun.* deſtillat. & remedium exhibet fluidum.

OBS. 8) *Alkali ammoniac.* acetatum *fluidum* ſ. *Spiritus Mindereri* ad *Sande* & *Hahneman* appellatur quoque *Sal Mindereri*; qua *Sal medium*, conſtans ex acido Aceti partib. 5. — *Sal.* alcalin. volatil. part. 3. & *Aquae* commun. part. 3. ad Cryſtall. magnos - claros - rhomboidal. redactum, in *Aqua* & *Spiritu Vini* facile ſolubiles, ſaporis calefacientis - pungentis, & odoris ſubdulc. pungent: quibus qualitas bona patet. —— Certiſſime vero ea patet quoque ſolutione levi in Spiritu

Vini, ſi ſolutio haec inſtillatione Terrae foliatae Tartari odorem ſpargit volatilem alcalinum, ab acido Tartari inſtillato ſi nullus gignitur Cremor Tartari, uti Terra foliata; ab *Oleo Vitrioli* inſtillato Odor acetoſus volatilis pungens ſi oritur.

Olim utebatur jam *Spiritu* ſic dicto *Mindereri*, valde inaequaliter parato, in cujus Unc. 1. Aquae vix Gran. 2—4. hujus Salis content. erant, e quali praeparatione irregulari oriebantur quoque Vires & Virtutes diverſae tamdiu, usque dum ars chemica in meliori forma ſicca - hoc Sal praeparandi ſuppeditavit, quo dein in Aquae communis determinata proportione optime ſolvitur.

Ob inaequales quantitates & mixtiones, & laevem mangōniſationem *Sande* & *Hahneman* disſuadent Spiritum, alias conſuetum, ſic dictum Mindereri.

Sal ammoniacum acetatum eſt convenientiſſimum noſtro corpori *Sal diaphoreticum*, leniter & ſecure tamen efficiens, cum potionibus calidis ſumtum. — Regimine frigido *diureticum* optimum, ad Gran. 15—30. pro Doſi.

SPIRITVS NERVINVS EXTERNVS, vide *Spiritus Serpilli.*

SPIRITVS NERVINVS RIEMER.

Rec. *Spiritus Vini camphorat.* Unc. 4. —
Cornu Cervi rectificat. Unc. 1.
Olei Juniper. deſtillat. Drachm. 2. Miſce.

SPIRITVS NITRI FORTIS - ACIDVS *concentratus - fumans* - ſ. *Glauberianus*, ſ. *Aqua fortis* fortior, vide *Acidum Nitri fumans.*

OBS. 1) Curioſum eſt experimentum, quod cum

Oleo

Oleo Caryophillorum genuino, & *Terebinthinae*, aliisve inſtituitur, quando ſcilicet Spiritui huic fumanti nitroſo inſtillantur Guttae aliquot praedictorum Oleorum, flamma erumpit, citra acceſſum ignis elementaris, luculentiſſime exploratur *ſinceritas Spiritus*, addendo tantillum ſolutionis purae, utpote quam Acidum Vitrioli, vel Salis communis, quod Spiritui Nitri admixtum eſſet, cum Luna ad fundum praecipitatur, ſicque depuratur *Spiritus Nitri*. *Keup.*

OBS. 2) Si forte hic Spiritus a foliolis Argenti, in eo ſolutis, turbatur, indicium tum eſt inhaerentis Acidi vitriolici, aut muriatici; ſuper novo Nitro puro deſtillatus, ab hisce liberatur. Diſp. *Fuldenſe.*

SPIRITVS NITRI ACIDVS COMMVNIS *tenuis*, ſ. *Aqua fortis communis*,

vide *Acidum Nitri tenue, dilutum, commune.*

OBS. 1) *Elwert* & *Lieblein* commendant partes 4. *Acidi Vitrioli* fortis ad *Nitri* partes 6. deſtillandas tum leni igne. Ex alia commixtione partes non decomponuntur, nec reſiduum exhibet *Arcanum duplicatum purum.*

OBS. 2) *Spiritus Nitri integritatem* ita cognoſcito; tantam *Argenti* quantitatem, quanta a *ſincero Spiritu Nitri* capi poteſt, ſolve, ſolutum ſuſpectu *Spiritui Nitri* inſtilla, e quo ſi *ſuſpectus Spiritus Nitri colorem* non mutat, ſed ſemper pellucidus manet, de ejus ſinceritate eſt, quod non dubites. Pulverem autem ſubtilem ſi poſt inſtillationem fundum petere non vides, *vel Acidum Vitrioli* l. *Salis communis* adjectum eſſe, credito, uti contendit *Biedermann.*

OBS. 3) *Keup* ad *Spiritus Nitri acidi* praeparationem ſuadet *Nitri* depurat. Unc. 12. — *Boli* rubrae Unc 72. pulveriſata promte miſcendi, humectandi *Aquae fontanae* quant. ſuffic., & e maſſa formandi globulos parvos, rurſus exſiccatos immittendi retortae lapideae, aut vitreae, probe loricatae, & igne gradatim aucto, in receptaculum valde capax, cui Unc. 6. *Aquae* ſimplic. antea immiſſae ſunt, deſtillentur, donec rubri vapores ceſſent. — Spiritus prolectus rectificetur, & a phlegmate ſeparetur. — *Confert* quoque ad *verrucas*, aliasque *excreſcentias praeternaturales* auferendas. *Keup.*

SPIRITVS NITRI DVLCIS, ſ. VINOSVS *nitroſus*, ſ. *Spiritus aethereus nitratus*, vide *Acidum Nitri dulcificatum*, ſ. *vinoſum.*

OBS. 1) Ph. *Roſſica* ſuadet *Acidi Nitri* part. 1. *Spiritus Vini* rectificatiſſ. part. 4. gradatim ut infundetur, mixtura digeratur, per 1 — 2. diem & e balneo deſtilletur.

Adhaerens forte *Acidum* rectificatione nova ex *Aqua*, addito pauco *Alkali Lignorum* ſeparetur.

OBS. 2) Rite paratus *Spiritus Nitri dulcis* cum *Alkalinis* non efferveſcit.

OBS. 3) *Spiritus Nitri* & *Succini* exhibet *Moſchum adulteratum.*

OBS. 4) *Herold* ſuadet *Spiritus Nitri* part. 1. ad *Spirit. Vini* part. 6.

OBS. 5) *Hagen* commendat loco *Acidi nitroſi Aquam fortem* optimae notae; & quidem ad partem 1. *Aquae fortis* concentrat. — *Alcohol.* part. 5 — 6. uti ad *Spirit. Nitri fumant.* part.

1. — *Alcohol. Vini* part. 12. Mixtura haec poſt horas quasdam leni calore e retorta deſtilletur, mutato vero aliquoties recipiente ad praecavendam aſcenſionem partium acidarum. Hinc vero praeveniri poteſt, ſi *Spiritus Nitri dulcis* deſtillatur iterum ſuper *Ciner. clavellat:* & ſi ſatis edulcoratus eſt, alcalibus non efferveſcit.

Hagen & *Crell* contendunt optimae notae *Spiritum Nitri dulcem* acquiſiviſſe, ex Unc. 8. — *Nitri* & *Magneſiae Ferri* (Braunſtein,) Unc. 4. pulveriſata quaevis miſcebant, retortae immiſſa, additis prius *Olei Vitrioli* Unc. 4. & *Spiritus Vini* Unc. 12. deſtillabant accurate, aucto ſucceſſive igne, ad reſiduum plane ſiccum & albidum.

OBS. 6) Alii fructu haud minus exiguo praeſcribunt, *Olei Vitrioli* Unc. 10. — *Alcohol. Vini* Unc. 72. — *Nitri depurat.* Unc. 12. digerendi per aliquot dies, tum deſtillandi e retorta. *Ro. Manh.*

OBS. 7) *Keupp* ſuadet *Spirit. Nitri fumant.* Unc. 1. & 1/2. ſucceſſive inſtillandi *Spirit. Vini* rectificatiſſ. Unc. 12. & poſt digeſtionem aliquot dierum, in loco frigido, lento igne e cucurbita l. retorta deſtillandi. — *Criterium dulcificationis* eſt, ſi Spiritus cum inſtillato *Oleo Tartari* in deliquium nullam excitet efferveſcentiam. — Cum vehiculo aquoſo in *colica flatulenta* egregium effectum *anodynum* & *carminativum* exſerit. *Keup.*

OBS. 8) Diſpenſator. *Fuldenſe* ſuadet *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 12. Immittantur phialae vitreae, longi colli, in *Aqua* frigida, ſi retortae

eique guttatim & per vices inſtillentur — *Spiritus Nitri fumantis* Unc. 3. — Summa adhibita cautela, ne flammam concipiant, reponatur phiala leviter tecta in loco frigido, & poſt 7—8. dierum quietem ponatur in balneum arenae, imponatur alembicus, adaptetur vas recipiens in Aqua frigida reponendum, & omnibus commiſſuris optime lutatis, adplicetur ille gradus ignis, quo Aqua ebullire ſolet, hoc autem ignis gradu eousque pergatur, donec 9—10. Unciae Spiritus in excipulum tranſiverint, ablatoque luto tranſiens Spiritus acidum ſaporem exhibeat. Quodſi vero in referatione luti Spiritus tranſiens jam acidus ſit, dematur ignis, & mutetur excipulum; Spiritus vero in excipulo contentus ſuper exigua Alcali vegetabilis depurati portione rectificetur, rectificatusque tum ſervetur.

OBS. 9) *Spiritus Nitri dulcis* officinal. eſt Liquor, cujus partes conſtituentes partem 1. *Ætheris Nitri*, & partes 12. *Spiritus Vini*, interdum quoque partem 1. & 1/2. *Aquae* commun. conſtituunt, gravitatis ſpecificae 0,850—0,866.

Eadem hic valent, quae dicta ſunt a Spiritu Vitrioli dulci, nunquam eſt ejusdem bonitatis, & determinatae virtutis. Tam multiplici modo poteſt praeparari, uti & Acidum Nitri eſt diverſae concentrationis, & vis Spiritus Vini non determinata; quidam commendant viam digeſtionis, quidam deſtillationis. *Spiritus* eſt interdum aquoſus, non multum continet ſaepius Ætheris; effervescit quoque Salibus alcalinis.

Nullus acquiritur labor determinatus, niſi prius copia Ætheris Nitri accurate determinata eſt, quam Spiritus Nitri dulcis debet continere.

Vis Ætheris enim eſt variabilis, ſi ab acidis eſt depuratus.

Commiſceri hic quoque poſſet, uti in Spiritu Vitrioli dulci, pars 1. *Ætheris* ad 9. partes Spiritus Vini. Mixtura haec, ſ. *Æther* hic *Nitri vinoſus*, per hebdomades quasdam ante uſum quieti, poſſet relinqui. Iſtius generis Spiritus Nitri dulcis nullam gravitatem ſpecificam, plus quam 0,815. contineret.

Quo melior eſt hicce Spiritus Nitri, in eo largiori copia ſolvit Gummi-reſinas, - Myrrham, - Gummi ammoniacum, - Aſam foetidam, &c. — Tincturam Guaiaci colore violaceo non debet tingere, alias acidum continet hicce Spiritus.

Hic quoque non requiritur Spiritus Vini vi calefaciente, ubi Nitri Naphtha eſt neceſſaria, tum, qua remedium adhibendum, ſolutio hujus Ætheris, in partibus 10. ponderis ſui Aquae, (ſi eſt Ætheris nitroſi aquoſi,) omnibus finibus quam optime correſponderet.

Sande & Hahneman.

SPIRITVS RESOLVENS.

Rec. *Aceti Saturni*,
Spiritus Frumenti ana Unc. 6.
Aquae fluviatilis Unc. 36. Miſce.

VIS & USUS e titulo patent. *Ph. Suec.* Edit. nova.

SPIRITVS RORISMARINI ſ. ANTHOS,
ſ. *Aqua Reginae Hungariae.*

Rec. *Summitat. Rorismari recn. ent.* Unc. 6.

Spiritus Vini rectificat. Unc. 24.

Macerentur per horas 12. quo tum deſtillentur balnei maris calore Unc. 48.

Ph. Londin. & Edinb.

USUS ad *roborandas* partes laxas, & diſſipandos *tumores* oedematoſos. *Plenck.*

OBS. 1) *Spiritus Rorismarini* paratur quoque e foliis *Rorismarini*, uti *Spiritus Lavendulae.* — *Vis* ejus eſt *reſolvens*, *nervina*, *tonica*, *ſanguinem exagitans;* hinc Uſibus externis magis conveniens. Diſpenſat. *Fuldenſe.*

SPIRITVS SALIS AMMONIACI LACTEVS, *ſuccinatus* ſ. *Eau de Luce Gallorum*, ſ. *Aqua Luciae Gallorum.*

Rec. *Salis Tartari* Drachm. 3.

Olei Succini rectificati Drachm. 1. & 1/2.

Terantur in mortario vitreo, guttatim ſucceſſive inſtillando.

Spiritus Vini rectificati Unc. 4.

Infundantur in lagenam vitream leviter obturatam. Digerantur per quadrantem horae ſuper cineribus calidis. Liquor ſupernatans dein provide decantetur, & ſervetur uſui.

Rec. *Spiritus Salis Ammoniaci* cum *Calce viva* parati Unc. 1. & 1/2. inſtillentur.

Liquoris antea parati Guttae 60.

Ph. Würt. Edit. nova.

VIS & USUS Qua egregium remedium *penetrans*, *nervinum*, laudatur in morbis *nervorum*, in *debilitate* univerſali, recentius in *hydrophobia.*

DOSIS Guttae 15. & ultra intra Aquam.

OBS. 1) Plura vide *Eau de Luce* ſ. *Aqua Luciae.*

OBS. 2) *Mellin* ſuadet *Spiritus Vini rectificatiſſ.* Unc. 4. ſolvendis in illo *Saponis albi* Gran. 10 - 12. ſolutioni filtratae ut addentur — *Olei Succini* Drachm. 1. Solutioni tum filtratae addentur ſenſim triturando — *Spiritus Salis ammoniaci urinoſi* qu. ſuffic. ut lacteſat Liquor. Si cuticula pinguis apparet, tum adde *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Guttas aliquot, & miſce probe.

SPIRITVS SALIS AMMONIACI VOLATILIS *aniſatus.*

Rec. *Salis Ammon.* pulveriſat. groſſe Unc. 12.
Ciner. clavellat. Unc. 24.
Semin. *Aniſi* tuſi Unc. 6.
Spiritus Vini non dephlegmati Unc. 48.
(*Aquae fontan.* Unc. 48. quidam addunt.)

Miſta, ut deſtillentur e cucurbita vitrea *Liquoris oleoſi volatilis*, ad abſtractionem Unc. 60. & ſerventur uſui in vitro bene clauſo.

Ph. *Auſtriaca. Herbipolitan.*

VIS *incidens*, *reſolvens*, *carminativa* eximie.

USUS ad *pituitam* in morbis *pectoris* incidendam, uti in *tuſſi catarrhali*, *coryza*, *catarrho ſimplici*; & *ſtaſes* inde ſolvendas a Guttis 20 — 40. in vaſculo *Thee*, l. alio idoneo vehiculo.

Ad pectoris *infarctus pituitoſos reſolvendos*, tonum pulmonum roborandum, decubitum humorum prohibendum.

In *flatulentia*, a *pituitoſis humoribus*, uti in *colica flatulenta*, *ſtranguria*, & in *iſchuria* a cauſa frigida orta, l. a cereviſia male defaecata.

DOSIS Guttae 10—40. in vehiculo congruo.

OBS. 1) *Nocet* in *morbis pectoris* cum *diatheſi inflammatoria*, uti in omnibus corporibus ad *diatheſin* inflammatoriam pronis; largiori enim ejus uſu morbi primum redduntur *inflammatorii*.

OBS. 2) Alii miſcent ſimpliciter *Spiritus Sal. Ammon. vinoſi* Unc. 12. cum *Spirit. Aniſi* Unc. 1. *Piderit.*

OBS. 3) Alias Species ab admixtionibus variis habet Pharm. *Suecica*. 1) *Alkali ammoniacum aquoſum*, ſ. *Spiritus Sal. ammoniac. aquoſus*, e *Sal. ammoniac.* depurat. Unc. 6. — *Alkali Lignorum* depurat. Unc. 9. ſeparatim pulveriſatis, in retorta vitrea mixtis adde — *Aquae purae* Unc. 12. modico igne fiat deſtillatio, ad reſidui in retorta exſiccationem.

2) *Alkali ammoniacum ſuccinatum*, e *Spiritus Vini* rectificatiſſ. Unc. 1. — *Olei Succini* rectificati Scrupul. 1. unitis probe adde *Alkali ammoniac. cauſtic.* Unc. 4. Miſce.

OBS. 4) Ad quamplurimas praeſcriptiones *Spiritus Salis ammoniaci aniſatus*, e *Sale ammoniaco*, *Cineribus clavellatis* — *Spiritu Vini* & *Semine Aniſi*, deſtillationis ope debet praeparari; hinc leviori & commodiori via poteſt acquiri ad *Piepenbring*, ſi *Sal. alcalini volatilis* Unc. 1. ſolvitur in Unc. 6. *Aquae* deſtillatae, addentur dein Unc. 12. *Spiritus Vini* optimi, cum Scrupulo 1. *Olei Aniſi*, quae omnia digeruntur per 8. dies, leni calore; qua levi via omnis praeparatio abſoluta eſt.

OBS. 5) *Roemer* communicat *Spiritum Salis ammoniaci foeniculatum* ex *Olei* deſtillat. *Foeniculi*, Drachm. 2. ſolvend. in *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 4. addend. *Salis ammo-*

niac. vinoſi Unc. 12. Miſce pro Doſi Guttas 10 — 20 — 30.

SPIRITVS SALIS AMMONIACI VOLATILIS *urinoſus*, *fluidus*, ſ. *Alkali ammoniacum cauſticum*, ſ. *Alkali - fluor - volatile - cauſticum*, ſ. *Spiritus Sal. ammoniaci* cauſticus, ſ. cum *Calce viva* paratus; ſ. *Spiritus volatilis Lewis*, ſ. *Alkali Vitrioli cauſticum*.

Rec. *Salis Ammon.* depur. Unc. 4. ſeorſim pulverat. & mixtis probe *cucurb.* vitreae prius immiſſis, *Calcis vivae* rec. calcinatae pulv. Unc. 12. ſuperf. *Aquae fontan.* Unc. 12 — 48. Leni igne deſtillentur tum e retorta tubulata, juncturis probe lutatis, *Spiritus* Unc. 8. in vitro optime munito ſervandi. *Piderit.*

Debilior, qui in deſtillatione ſequitur, ſeorſim poteſt ſervari, & novae deſtillationi Aquae loco addi. — Penetrantior eſt illo, cum *Cineribus clavellatis* deſtillato, & conſervari vix poteſt.

VIS *cauſtica*: fortior quam *Ciner. clavellat. deſtillat.* potentiſſime *reſolvens*, *irritans*, *excitans*, *exhilarans*, *roborans*.

USUS *Interne* noxius, niſi prius acidis ſaturatus, vel loco *Calcis*, *Alkali*, *Sal vegetabile* ſumtum ſit. *Selle.* Hinc in *morbis pituitoſis*, *apoplexia* confert, *catarrho ſuffocativo*, *cephalalgia* a ſtagnanti pituita orta. *Interne* eſt *reſolvens*, *diaphoreticum*, *diureticum*.

Confert ad excitandos *Aqua ſubmerſos*, ſuffocatos diverſimode, a nive refrigeratos; qua irritamen optimum exhibitum charta, ſ. linteamen iſto immerſum, naribus applicatum, & ad *fauces* eo pingendas.

Uſus ut plurimum.

Externe in *aſphyxiis* naribus admotus, & *ori* inditus; pro *excitandis apoplecticis, epilepticis, ſoporoſis*, *lypothymicis*, *ſyncopticis* & *hyſtericis*, uti & pro illinendis *membris*, a *paralyſi* tonum amiſſis, confert: ſolum l. additus Spiritibus nervinis. Ad *excitandos* ſapore profunde ſepultos: naribus *epilepticorum* etiam admovetur, ſub ipſo paroxyſmo.

Ad conſumendum ſaccum *tumorum cyſticorum*; in tumoribus *albis - arthriticis* articulationum, *ambuſtione*, multa *Aqua* dilutus, in *ictu* inſecti.

Scopo *roborandi* in affectibus *rhevmaticis*, *arthriticis* & *paralyticis*. Partes animales in tabum ſolvit ac conſumit, *tophos terreos* reſolvit. *Plenck.*

DOSIS a Guttis 10—15—20. & ultra.

OBS. 1) Quidam practicorum tantum in morbis *arthriticis*, *paralyticis* & ipſa *rabie canina*, qua unicum commendant remedium.

OBS. 2) *Plethoricis* nocet, niſi *venae ſectio* larga antea praemiſſa ſit, ſcopo excitandi, ſanguinem nimium expandens.

OBS. 3) Ph. *Suec.* & *Edinb.* proportio eſt *Calc. viv.* recent. Unc. 24. ad *Sal. ammoniac.* & *Aquae purae* ana Unc. 12. caeterum uti ſupra.

Ph. *Edinburg.* praeſcrib. *Sal. ammon.* depur. Unc. 24. — *Calc. viv.* recent. parat. Unc. 30. ſeorſim tritis & mixtis, in retorta capaci loricata affundantur *Aquae fontan.* Unc. 180. Retorta manu clauſa bene agitetur, receptaculo tum amplo agglutinato, mox inſtituetur deſtillatio leni igne ad Unc. 144. *Spiritus*, in vaſculo optime clauſo ſervandus.

Ph. *Londinenſis* ſuadet *Sal. ammoniac.* Unc. 12.

— *Calcis* Unc. 24. — *Aquae commun.* Congium 1. *Calci* adde *Aquae* Unc. 24. ſtent ſimul per horam, - tum adde *Salem ammoniac.* & *Aquae* fervent. Unc. 72. & vas ſtatim operi. Liquorem frigefactum effunde, & lento igne deſtilla Unc. 12. — *Aqua Ammon.* ejus conſtat e *Sal. ammoniac.* Unc. 12. — *Ciner. clavellator.* Unc. 18. — *Aquae commun.* Unc. 48. Deſtilla lento igne Unc. 24.

OBS. 4) *Spiritus Salis ammoniaci* cum *Calce viva paratus*, ſ. *cauſticus*, ſ. *Alcali volatil.* fluor. Sal hoc alcalinum volatile animale, ab acido aëreo liberum, oritur vulgo deſtillatione *Salis ammoniaci* cum *Calce viva*, ſ. *Minio*; qua Liquor aquoſus - pellucidus - alcalinus, exhalans odorem fere pungentem - rodentem inamoenum, nauſeoſum variis Sal alcalinum volatile redolens, acrimonia pungente linguam quaſi urens, & veſiculas excitans; cujus partes ſalinae nec in forma ſicca - ſolida, nec concentratione, nec frigore, nec Spiritu Vini redigi poſſunt; acidos humores ſub calore quodam orto ſentiente, ſine multa efferveſcentia, ad Salia media ſaturat; cujus ſpecifica gravitas multo levior eſt Aqua, magna vi acidum aëreum arripit, terram aluminoſam ſolvit, calces vero & terras Salis cujusvis amari ex eorum ſolutionibus non praecipitat.

Quum ſaepius *Spiritus Salis ammoniaci* vel plane mitis, l. parum corrodens ejus loco obtineatur, iſtius generis *mangoniſatio* ſubito tum innoteſcit; ſi Guttae quaedam ſolutionis *Terrae calcareae* cum *Acido Salis culinaris* & Aqua deſtillata miſcetur, & aliquid

Spiritus Salis ammoniaci ſuſpecti infunditur tum, & intime miſcetur, ſubito tum oritur Liquor turbidus, & Calx ſubtilis praecipitatur, nec plenarie eſt cauſticus. — Hujus praecipitati Grana 240. declarant Aëris fixi Grana 103. — In *genuino* occupat Unc. 1. — Aquae Grana tantum 204 — 220. in gradu caloris Reaumur, quo mox ejus mangoniſatio innoteſcit. Exſerit eximie hic Spiritus virtutem ſuam in *ſuffocatis*, in *hyſtericis*, in *morſu viperae*, *inſectorum* varii generis, in *membris combuſtis*, in *cancro*, *rabie canina*, *paralyſi*, *arthritide*, ad reſolvendos *nodos arthriticos*, in *morbis mucoſis*. *Sande & Hahneman.*

OBS. 5) Ph. *Würtenb. Edit. nova* communicat hancce praeſcriptionem e *Calcis vivae* recent. *calcinatae* Unc. 12. — *Sal. ammoniac.* Unc. 4. — *Aquae fontan.* Unc. 24—36. — *Calci vivae* & *Sali ammoniaco*, ſingulis ſeorſim in pulverem redactis, & cucurbitae vitreae immiſſis, ſuperfundatur *Aqua fontana*, & juncturis, impoſito alembico probe lutatis, ſtatim leni igne inſtituatur deſtillatio, & *Spiritus* Unc. 8—12. proliciantur, qui in vaſe optime clauſo ſervandus.

Debilior, qui in deſtillatione ſequitur, ſeorſim poteſt ſervari; & novae deſtillationi loco *Aquae*, addi. *Penetrantior* quidem eſt *illo*, cum *Cineribus clavellatis deſtillato*, & conſervari vix poteſt. *Galli* hinc vocant l'*Alkali volatil fluor*, qua Sal volatile nunquam formâ ſolida, ſive cryſtallina, ſed tantummodo fluidâ Calcis ope acquiritur, nec hic Spiritus cauſticus *corrodens*, uti ſimplex, cum acidis

efferveſcit, & genuinus apparet, ſi *color viridiſ* mineralis chameleons non apparet.

Uſum ejus *externum* praecipue ea commendat ad *excitandos*, ſopore profundo *ſepultoſ; naribus epilepticorum* etiam admovetur ſub ipſo paroxyſmo; additur *Spiritibus nervinis* ad *membra paralytica* fricanda; & *Oleis*, ad linimenta volatilia paranda.

OBS. 6) *Wiegleb* ſuadet, ut *Calx* antea ſolvetur in *Aquae commun.* qu. ſuffic. in vaſculo vero vitreo, & poſt refrigerium acquiſita pulticula retortae, ut immittetur, *Sal ammoniacum* dein addetur, & motu ſimul quodam retortae accurate miſceatur.

Piepenbring ſuadet, ut *Calx* in fundo retortae non tam fortiter adhaereat, ut mixturae Calcis & Salis ammoniaci pars quarta Salis culinaris addetur.

OBS. 7) Ad *Sal alcalinum volatile*, *Aqua* dilutum, deſtillatione acquirendum requiruntur, *Lieblein* obſervat. Unc. 16. *Aquae commun.* Et cum *Calce extincta*, loco non *extinctae*, melius acquiritur *Sal volatile.*

OBS. 8) *Diſpenſator. Fuldenſe* cupit *Salis ammoniac.* brunſuicenſ. Unc. 12. — *Salis alcali* vegetabilis-depurat. Unc. 6. — ſolvendi quodlibet Sal ſeorſim in *Aquae* frigidae quantitate ſuffic. infundendi ſolutiones in retortam vitream tubulatam, in balneo arenae repoſitam, cum jam ante immiſſae ſint, *Calcis vivae*, recentis diffractae Unc. 36. Haec infuſio ſolutionum cito peragatur, ſtatimque adplicetur, excipulum luto probe claudendum, quo facto inſtituatur deſtillatio igne leniſſimo, do-

nec 8—9. Unciae Spiritus ſumme volatilis, cauſtici, fluidi, cryſtallos ne in frigore quidem deponentis, in excipulum tranſiverint, in vitris optime clauſis probe adſervandi, ad *Uſus* magis *externos* quam *internos*.

OBS. 9) *Keup* ſuadet *Sal. Ammoniac.* — *Ciner. clavellator.* partes aequales, immittendi cucurbitae vitreae, & affundendi quintuplum ponderis Aquae fontanae: alembico ſuperimpoſito & juncturis probe lutatis leni igne inſtituendi deſtillationem, ut proliciatur Spiritus, quousque fortis, & Sale probe impraegnatus fuerit, qui ſeorſim ſervetur. Si mutato recipiente deſtillatio continuatur, quamdiu aliquid Salis volatilis odore ſeſe manifeſtat, poſterior hic Spiritus debilior novis ejusmodi praeparationibus reſervari poteſt. — *Vires* caeterum ſunt, Sali alcalino puriſſimo ab omni Oleo empyrevmatico depurato, competentes. *Keup.*

OBS. 10) Quamplurimae praeſcriptiones Spiritus hujus Salis ammoniaci cauſtici cupiunt, per deſtillationem eum praeparandi; Haecce vero deſtillatio plerumque eſt moleſta, periculoſa ſaepius, & retortae permultae ſimul deſtruuntur, aliam hinc methodum faciliorem & leviorem commendat *Piepenbring* in Parte 3. Commiſcentur nempe *Salis alcali* volatilis Unc. 3. — & *Calcis* vivae Unc. 12. groſſe pulveriſat. filtratur haecce mixtura per filtrum lineum extenſum, ſuperfunditur tum cum Unc. 12. *Aquae* ferventis, decolatur iſtud quant. fieri poteſt, filtratum de novo percolatur, quod aliquoties poteſt reiterari; ab ultimo ſuperinfuſo, omnia probe aſſervanda ſunt. Quo

tum Unc. 12. *Aquae* fervidae ſucceſſive infunduntur, & iterum fluidum eſt percolandum. Omnia percolata miſcentur probe, & Liquor obtentus fit cauſticus, & exhibebit vero b num Linimentum cum *Oleo Olivarum*, ſ. *Amygdalarum*, commixtum in cute nullum ardorem producens, & cum fructu ſemper adplicabile. *Piepenbring.*

OBS. 11) Ad *Bindheim Spiritus Salis ammoniaci Calce viva* paratus, qua *cauſticus* cenſetur, ſi cum acidis non effervefcit; — *Genuinus* iſte quoque cenſetur, ſi non mutatur color viridis mineralis Chameleons.

SPIRITVS SALIS AMMONIACI VOLATILIS *vinoſus*, ſ. *ſpirituoſus*, ſ. *Alkali Ammoniacum volatile*, ſ. *fluidum purum.*

Rec. *Salis Ammoniac.* pulveriſat depurat. Unc. 6.

-- *Alkali Lignorum* ſ. *Sal. Tartari* ſ. *Ciner. clavellator.* Unc. 12. immiſſis cucurbitae vitreae affunde.

Spiritus Vini fort. Unc. 24—36. In exiguo ignis gradu deſtillentur e retorta, in balneo arenae ſita, juncturis probe clauſis *Spiritus volatilis* prodeuntis Unc. 12—18. in vitris probe clauſis aſſervandus. — — —

Mutato tunc excipulo ſuadet *Diſpenſator. Fuldenſe* deſtillationem ad ſiccitatem protrahendi, & Liquorem alcalinum volatilem poſteriorem ad novam hujus Spiritus deſtillationem conſervandi, vel quod hoc praeſtat, ad *Salis digeſtivi* praeparationem adhibendi;

VIS *ſtimulans, incidens, reſolvens, aperiens, diſcutiens, diuretica, diaphoretica, emenagoga, tonica, nervina, antiſeptica.* Ph. *Suecica.*

Vires caeterum ſunt, *Sali alcalino* puriſſimo, ab omni *Oleo* empyrevmatico depurato, competentes.

USUS in partium ſolidarum *atonia*, *paralyſi*, qua tonicum hujus *Salis* volatilis liquidi - urinoſi puriſſimi.

Interne, qua valde forte, caute in copia *humorum pituitoſorum* & *craſſorum*, e. g. in *febr. intermitt.* & *chronicis* morbis variis, uti in *pectoris morbis*, cum vehiculo a Guttis 15—30.

In *menſium* retentione cum *lenta pituita* abundante.

In *febr. intermittent.* inſignis frigoris ſtatu a Gutt. 10—20—30—60. in vaſculo *Thee*, l. alio vehiculo congruo, in affectibus chronicis a *laxitate* & *torpore*.

Externe odoramento ad *pituitam* in gravedine *ſolvendam*, & *diſcutiendas* pituitae *ſtaſes*. — *Oleis aethereis* in eo ſolutis, qua *cephalicum* agit. —

Inſervit quoque ad *Salia volatilia* oleoſa liquida e tempore paranda, dum *Olea aetherea* in eo ſolvuntur.

Minor vis ac *Spirit. Sal. Ammon.* cum *Calce viva* paratus, magis calefaciens.

Externe, *excitans* - *diſcutiens* forte, cum aliis ſpiritib. nervinis mixtus, ad *reſolvendum*, l. ſolum l. cum aliis nervinis ſpiritibus mixtus, *dolentibus* membris illinitus eximie convenit, *inflammatio* modo non adſit. *Piderit.*

In *odontalgia*, *ſyncope*, *naribus* applicatum confert. In *tumoribus ciſticis*, *ſcrophuloſis* & *la[illegible]is reſolvendis*. *Plenck.*

OBS. 1) Ad Diſpenſator. *Würtenb.* ſumuntur ad *Spiritus Salis ammoniaci* aquoſi praeparationem

nem Pulver. *Salis Ammon.* Unc. 6. — *Ciner. clavellat.* Unc. 12. immiſſis cucurbitae vitreae, ut adfundentur *Aquae fontan.* Unc. 6. — *Spiritus Vini* rectificati Unc. 12. alembico ſuperimpoſito, juncturis probe lutatis, deſtillentur lento igne, ex arena, quo *Spiritus* hujus *volatilis* Unc. 11 - 12. poſſint acquiri. — Deſtillatio, uti ſuadet Diſpenſator. *Fuldenſe*, eousque eſt protrahenda, donec Spiritus tranſiens omnem ſublimatum - & in collo retortae haerentem - Salem ſolverit, minusque ſalinus eſſe percipiatur, quo adparente excipulum mutetur, & Spiritus ſalinus primo prolectus, ſeorſim ſervetur ad uſus medicos. Poſterior vero Spiritus, minus fortis ulteriore deſtillatione, in excipulum tranſiens, ad novam Spiritus abſtractionem adſervetur, & tunc loco Aquae purae adhibeatur; vel *Sal digeſtivum Sylvii* ex eo, ſuper Capite mortuo relicto, praeparetur.

OBS. 2) Additis *Oleis deſtillatis*, varia *Salia volatilia*, ſic dicta oleoſa, uti *Aniſi* e tempore commode poſſunt parari.

OBS. 3) Ph. *Edinburg. Spiritum Sal. Ammon. vinoſum* praeſcribit e *Spiritus Sal. Ammon. cauſtic.* Unc. 4. - *Spiritus vinoſi* rectific. Unc. 8. miſcendi.

OBS. 4) *Gmelin* commendat hancce mixtionem ſimplicem e *Sale ammoniaco* - *Ciner. clavellat. depurat.* probe ſiccat. & pulveriſat. ana Unc. 12. immiſſis cucurbitae vitreae, cui affundentur *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 24. — *Aquae fontan.* Unc. 12. deſtillandi leni igne in balneo arenae, ad tranſitum Liquoris, in recipiente, Unc. 24.

Ph. Auſtriaca ſuadet *Sal. ammoniac.* ruditer tuſi Unc. 12. — *Tartari* Unc. 24. — *Spiritus Vini* Unc. 72. — *Aquae commun.* Unc. 36. Mixta deſtillandi e balneo arenae, ad abſtractionem medietatis, qualis Spiritus in vitro probe clauſo eſt aſſervandus; Reſiduum diluetur ſuffic. quant. *Aquae commun.* filtretur, & evaporetur ad cuticulae apparitionem, quo dein quieti redditus, Cryſtalli oriuntur, ſubito *Aqua* frigida abluendae, quae ſiccatae dein exhibent *Sal digeſtivum* ſ. *febrifugum Sylvii.*

OBS. 5) *Keup* ſuadet *Spirit. Sal. ammoniac.* cauſtic. Unc. 4. — *Spirit. vinoſi* rectificat. Unc. 8. Miſcendi accurate.

SPIRITVS SALIS AMMONIACI SIMPLEX, ſ. *tartariſat.* ſ. *aquoſus*, ſ. *Alcali Ammoniacum aquoſum*, ſ. *Lixivium ammoniacale commune.*

Rec. *Salis ammoniac.* Part. I.

Cinerum Clavellator. Part, 2. & 1/2,

Immittantur cucurbitae vitreae, & affundatur quintuplum ponderis.

Aquae fontanae. Alembico ſuperimpoſito, & juncturis probe lutatis, leni igne inſtituatur deſtillatio, ut proliciatur Spiritus, quousque fortis & Sale probe impraegnatus fuerit, qui ſeorſim ſervetur. Si mutato recipiente deſtillatio continuatur, quamdiu aliquid Salis volatilis odore ſeſe manifeſtat, poſterior hic Spiritus debilior novis ejusmodi praeparationibus reſervari poteſt. *Ph. Würt. Ed. nova.*

VIRES ſunt *Sali volatili alcalino* puriſſimo, ab omni Oleo empyrevmatico depurato, competentes.

VIS egregie *attenuans*, *diuretica*, *diaphoretica*.

USUS in *humoribus craſſis*; *aſthmaticis*; in *odontalgia*; in qualicunque *animi deliquio* naribus admotus. *Spielman.*

Aqua dilutus *cariem*, *ſpinam ventoſam*, *mala rachitica*, & *tumores lacteos* curat. *Plenck.*

DOSIS a Scrupul. 1.

OBS. 1) *Spielman* & *Ph. Edinb.* ſuadent *Sal. Ammoniac.* & *Lixivii purificat.* ſ. *Ciner. clavellator.* ana Unc. 16. — *Aquae commun.* Unc. 24.

OBS. 2) *Ph. Roſſica*, *Suecica* ſuadent *Sal. Ammoniac. depur.* Unc. 6. — *Alkali Lignorum* ſ. *Cinerum clavellator.* depur. Unc. 9. ſingulis mixtis, retortae vitreae immiſſis affundentur. *Aquae purae* Unc. 12. quo tum deſtillatio inſtituatur ad reſidui plenariam exſiccationem in retorta: — cujus *Vis mitior*, quam Alkali ammoniac. ſimplic. & acetat.

SPIRITVS SALIS AMMONIACI *ſuccinatus ſimplex*, ſ. *Eſſentia Succini volatilis*, *Spiritu Salis Ammoniaci extracta*, ſ. *Alkali ammoniacum ſuccinatum*, ſ. *Lixivium ammoniacale ſuccinatum.*

Rec. *Succini flavi odorati* Unc. 2.

Pulveriſato affundendas.

Spiritus Salis Ammoniaci vinoſi Unc. 6.

Digerantur in vitro probe clauſo, in loco tepido, per quoddam tempus; clarum dein a ſpiſſo, per inclinationem ſeparato ſervetur uſui. *Ph. Würtemb. Keup.*

VIS egregie *cephalica*, *anticatarrhalis*, *ſtomachica*, *diuretica*, *antihyſterica*, *penetrans*, *nervina*, *ex-*

citans, *irritans*, *tonica*, *reſocillans*, *reſolvens*, *diſcutiens potenter.* Egregium eſt *odoramentum reficiens.*

USUS in *ventriculi* debilitate, digeſtione laeſa ad *affectus capitis catarrhales*, qua potens *cephalicum*, *anticatarrhale*; in *languore. Externe* confert in *coryza*, *cephalalgia*, vertici guttae quaedam illinitae, uti in *paralyſi*, ad *odoramenta* in ſubitanea debilitate: in *ſyncope*, *apoplexia* feroſa, *ſopore*, *Aqua ſuffocatis*, Aqua dilutus. *Roſenſt.* In univerſali *nervorum debilitate*, uti & a recentioribus quibusdam laudatur in *hydrophobia*, *Sande.*

DOSIS Guttae 14—15. Aqua dilutus.

OBS. 1) *Ph. Roſſica*, *Suecic. Herbipolitan.* ſuadent *Spirit. Vini rectificatiſſ.* Unc. 1. — *Olei Succini rectificat.* Scrupul. 1 — 2. — *Sapon. albi* Gran. 2. Mixtis probe addendi *Alkali ammoniac. cauſtic.* ſ. *Spirit. Sal. ammoniac. cauſt.* Unc. 4. Quae iterum motu intime mixta aſſerventur in vitro probe clauſo.

OBS. 2) *Alii* ſuadent tantum *Olei Succini rectificat.* Gutt, 60. — *Spirit. Vini rectificat.* Unc. 1. — *Spir. Salis ammoniac.* cum Calce viva Unc. 12. Mixta deſtillandi leni igne.

OBS. 3) *Spiritus Salis ammoniaci ſuccinatus*, ſ. *lacteus* offic. ſ. *Aquae Luciae*, ſ. *Eau de Luce*, continet Sal volatile oleoſum ortum per *Eſſentiam Succini* cum 876. partibus Spiritus Sal. ammoniaci cauſtici unitum, (e partibus 3. Olei Succini rectificati, cum partibus 6. *Salis Tartari* Tinctura commixtum, & cum partibus 64. *Alcohol.* digeſtione extractum. *Rite* paratus hicce Spiritus odoris debet eſſe ſuc-

cinati valde penetrantis, reficientis, ſuavis, & coloris lactei non deſtructibilis.

Rejicienda plane eſt *Aqua Luciae pellucida*, floccoſa, cum ſedimento quodam, in qua Spiritus Salis ammoniaci l. nimis debilis erat, l. nimis fortis, uti & *foetida non eſt genuina.*

Sande & Hahneman.

OBS. 4) *Diſpenſat. Fuldenſe* cupit *Saponis alicantici* albi Gran. 6. ſolvendi in *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 2. in hac ſolutione filtrata diſſolvendi *Olei Succini* rectificati Drachmam 1. Solutioni huic filtratae inſtillandi *Spiritus Sal. ammoniac.* cauſtic. quant. ſuffic. ad lacteſcentiam Liquoris, in quem finem phiala, in qua mixtio inſtituitur, ſaepius agitetur.

SPIRITVS SALIS AMMONIACI *variae Species.*

diverſae compoſitionis haud inconcinnae, exſtant in Pharmaciis quibusdam.

OBS. 1) *SpiritumSalis ammoniaci aromaticum*, ſ. *volatilem - oleoſum - aromaticum* communicat *Ph. Edinb.* & *Herbipolitana*, e *Spiritu Salis ammoniac. vinoſ.* Unc. 8. — *Olei deſtillat. Rorismarin.* Drachm. 1. & 1/2. — *Olei deſt. corticum Limonum* Drachm. 1. Miſce.

Ob *vim* ejus *ſtomachicam*, *carminativam*, *nervinam* eximiam, *interne* commendatur a Guttis 15 — 40. in vehiculo aquoſo; & ob ſuaveolentem odorem praefertur aliis *Spiritibus nervinis*, ad *frictionem* inprimis membrorum *paralyticorum.*

OBS. 2) *Spiritus Sal ammoniac. volatil. foetidus* e *Spiritus Sal. ammoniac. vinoſ.* Unc. 8. — *Aſae foetid.* Unc. 1. & 1/2. quae digeruntur per 12.

horas in vaſe clauſo, deſtillentur tum calore *Aquae ferventis* Unc. 8. & commendatur a *Ph. Edinb. - Herbipolitan.* ob Vim ejus *antiſpaſmodicam* praecipuam.

OBS. 3) *Spiritus Sal. ammoniac. anodynus*, ſ. *Aqua anodyna*, commendatur e *Spiritus Salis ammoniac. vinoſi* Unc. 6. — *Eſſent. Croci* Unc. 1. — *Olei Lavendul. deſtillat.* Drachm. 1/2. Miſce ſcopo *anodyno*, ſed caute ob *inflammationes*, ad dolores *arthriticos*, *rheumaticos* in *humoribus ſtagnantibus* acribus, pituitoſis *externe*.

OBS. 4) *Spiritum Sal ammoniac. therebinthinatum*, addito *Oleo* Therebinthinae commendat *Schmucker.*

OBS. 5) *Spiritum Sal. ammoniac. oleoſum* communicat *Spielmann*, e *Spiritu Sal. ammoniac. vinoſi* Unc. 1. cui addend. eſt *Olei odorati* Scrupul 1/2. — *Spirit. Vini rectificat.* paululo diſſolutus.

OBS. 6) *Piepinbring* ſuadet ſolutionem Unc. 3. *Salis alcali volatilis*, cum Unc. 18. — *Aquae* deſtillatae, tum eam miſcendi Libris 3. *Spiritus Vini* optimi, & digerendi per 8. dies.

SPIRITVS SALIS COMMVNIS ACIDVS *ſimplex*, *l. muriaticus*,

vide *Acidum Salis culinaris commune - ſimplex.*

OBS. 1) *Elwert* & *Lieblein* commendant *Sal. culinar.* Unc. 12. ad 1/2. partem *Acidi Vitrioli*, ejus enim Unc. 4. non ſufficiunt ad Unc. 12. *Salis culinar.* alias magna *Salis culinaris* pars non decomponitur.

OBS. 2) *Hagen* commendat Mixturam ex *Olei Vitrioli* Part. 3. — *Aquae commun.* Part. 4. ſucceſſive miſcendis, dein ſuperfundendae ſunt

Part. 4. *Sal. culinar. pur.* prius retortae immiſſis, quo vaporum tam noxiorum, & fere ſuffocantium aſcenſio evitatur. Deſtillatio tum inſtituitur ſucceſſive aucto igne, in balneo arenae, recipiente ſatis amplo prius applicato, & commiſſuris probe lutatis; ſucceſſive ignis tum continuatur, usque dum omne acidum in forma vaporum albidorum ſ. cinereorum tranſierit. Si acidum hoc eſt forte, exhibet ab attactu aëris vapores albos, qui tum *Spiritus Salis fumans Glauberi* denominatur.

OBS. 3) *Keup* ſuadet *Sal. commun.* Unc. 12. — humectandi *Aquae fontan.* Unc. 3. l. vi immittendi cucurbitae vitreae, & ſucceſſive ſuperaffundendi *Olei Vitrioli* Unc. 6—7. ſuperimpoſito alembico, & juncturis optime clauſis, leni igne arenae inſtituendi deſtillationem. *Spiritus* prolectus fumans - volatilis e cucurbita eſt rectificandus, & probe clauſo vitro aſſervandus: caute applicandus, qua *pectori inimicus*, & ubi ſuſpicio *ulceris renalis* adeſt. *Keup.*

OBS. 4) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet *Salis commun.* decrepitat. Unc. 16. immiſſis in retortam terream, adfundendi *Olei Vitrioli* boni, *Aquae* purae Unc. 20. non ſimul & ſemel, ſed ſucceſſive diluti, Unc. 12. Poſt infuſionem Olei Vitrioli diluti adfundantur adhuc, ad colli retortae ablutionem, *Aquae* purae Unc. 4.

Retorta ponatur in balneum arenae, eique adplicetur excipulum capax ſatis forte, commiſſuris probe lutatis; tuncque accendatur ignis primo lenis, ne Aqua cito ebulliens e retorta exſiliat, & adparatum diffringat;

Aqua in excipulum transgreſſa, augeatur paulatim ignis ad excandeſcentiam retortae usque, quo tum transibit in excipulum Spiritus Salis concentratiſſimus, fumans, valde volatilis, ceſſantibus vaporibus, vaſisque frigefactis Liquor ex recipiente effundatur in cucurbitam vitream-puram, & ex illa, adplicato capitello, & recipiente, in balneo arenae repoſita leni adeo igne deſtilletur, ut phlegma tantum abſtrahatur, Spiritus autem Salis fumans, coloris flavi, odorisque crocei in cucurbita relinquatur, qui in vitris, epiſtomio vitreo exacte claudente munitis, adſervetur. — Sal albiſſimus in fundo retortae relictus, ex Sale alcalino minerali & acido vitriolico conſtans, calcinatus, & ſextupla Aquae quantitate ſolutus per cryſtalliſationem largitur *Salem mirabilem Glauberi.*

OBS. 5) *Spiritus Salis communis acidus* eſt indeterminatae qualitatis, magna copia *acidi Vitrioli* & *Ferri* impletus, inprimis, ſi *Vitriolum* ad Salis decompoſitionem, (qua valde inconcinne,) ſumtum eſt. (Acidum enim Salis culinaris in calore majorem oſtendit affinitatem ad Ferrum, quam acidum Vitrioli: optimum enim remedium eſt ad decomponendum, excepto acido Vitrioli, eſt *Sal amarum.*)

Acidum Salis culinaris fumans, ſuper Sal culinare caute deſtillatione rectificatum, *optimum & ſecuriſſimum Spiritum Salis culinaris medicinalem* proderet, ſi tanta Aquae copia dilueretur, ut oſtenderet ponderis ſpecifici 1,089. tum contineret $\frac{1}{10}$. ponderis poſitivi puri proprii acidi Salis culinaris.

Partes *ferreae*, uti & *cupreae* vulgaris aquoſi, Spiritus hujus colorem flavum ei ſuppeditantes, nullo commodo modo ſeparari poſſunt ab eo.

Inſtillata nitroſa-acida terra ponderoſa, ſ. *Oleum Calcis*, ſ. Luna cornea ſoluta manifeſtabit praecipitato albo Acidum Vitrioli; ſuperſaturatio cum Spiritu Salis ammoniaci, colore dein orto caeruleo *Cuprum* indicabit, adfuſa vero tum eſſentia *Gallorum turcicorum*, & orto dein atramenti colore, *Ferri* indicabit particulas.

Raro interne Spiritus hicce adhibetur, etſi ſufficienter dilutus, & rite adplicatus, optimum eſt remedium *antiſepticum*, in *febribus* praecipue *putridis*, uti & in *ſcorbuto*. *Sande* & *Hahneman.*

SPIRITVS SALIS COMMVNIS DVLCIS ſ. *Vinoſus*, ſ. *Muriaticus vinoſus.*

vide *Acidum Salis communis dulce.*

OBS. 1) Diſpenſat. *Fuldenſe* commendat *Salis culinar.* decrepitati. Unc. 4. — *Magneſiae Vitriariorum* optimae Unc. 2. Probe mixta immittantur phialae l. cucurbitae vitreae, eisque adfundatur ſequens Mixtura legitime, & cum circumſpectione facta.

Rec. *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Unc. 6.

Olei Vitrioli rectificati Unc. 2.

Hac mixtura pulveri, ſucceſſive adfuſa, adaptetur phialae capitellum, & adponatur huic excipulum; reponatur tunc in balneo arenae,

& poſt aliquot dierum moram ſubminiſtretur ei moderatus ignis gradus, quo 4. circiter Unciae Spiritus proliciantur; hoc facto dematur adparatus, Spiritusque prolectus, quo fiat efficatior, readfundetur reſiduo in phiala contento, vaſisque iterum lutatis, eodem ignis gradu de novo 4. Unciae Spiritus abſtrahantur, quae tunc in vaſe vitreo, epiſtomio vitreo, exacte claudente, munito adſerventur.

OBS. 2) *Keup* ſuadet *Spirit. Sal.* concentrat. Unc. 1. & 1/2. — *Spirit. Vini* rectificatiſſ. Unc. 12. digerendi, & poſtquam Spiritus Salis Vini Spiritui ſucceſſive inſtillatus eſt, per aliquot dies, in vaſe probe clauſo, dein deſtillentur e cucurbita, & aliquoties cohobentur.

OBS. 3) *Herold* ſuadet ad praeparationem *Spiritus Sal. dulcis Butyri Antimonii* Unc. 12. retorta immiſſas, ſuperfundend. ſucceſſive Unc. 72. *Spirit. Vini* rectificatiſſimi, ſine turbeſcentia intime ſe comiſcent: quibus dein adde Unc. 12. Conchar. *Oſtrear.* groſſe pulveriſatar: collum retortae bene purifica, recipente probe lutato, & mixtura probe per 8. dies quieſcente, leni tum calore in balneo arenae Unc. 60 deſtilla. — Quo modo *Herold* acquiſivit ſemper *Spiritum Salis dulcem,* odoris valde ſuavis, minime rodentis - ſaporis, nullis Butyri Antimonii partibus impletum, quae plane deſtructae ſunt additis Conchis Oſtrearum ante deſtillationem, quibus jam plane evictus eſt propria experientia *Herold.*

OBS. 4) Ratione *Spiritus Salis dulcis* officin. contendunt *Sande* & *Hahneman,* nunquam a Phar-

macopaeo eſſe expectandum *genuinum*, qui non in promptu prius habet *Æther Salis culinar.* (quod eſt optimum indicium bonitatis hujus remedii,) e quo commode cum partibus 9. *Spiritus Vini* commixtus poterit componi. Si forte *Æther Salis culinar.* eſt adhuc problema, tum nil aliud erit quoque quam Spiritus Salis dulcis.

Ejus loco in officinis deprehenditur plerumque Liquor acidus - dentes feriens - flavus, ſaepe turbidus, fere ſine ullo veſtigio odoris cujusdam, aether redolens, qui nunquam accurate & cum effectu exoptato poteſt commendari a medico.

SPIRITVS SALIS DVLCIS VOGLER.

Rec. *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 12. paulatim inſtillando admiſceantur
Olei Vitrioli optimi Unc. 3.

Miſcela haec non amplius calida infundatur in retorta
Salis communis puri contriti Unc. 6. &
Magneſiae Vitriariorum pulveriſat. Unc. 2. prius commixtis.

In balneo arenae per 24. horas digeſtis & juncturis vitrorum optime clauſis, igne moderato deſtillentur, Unciae circiter 10 — 12. *Spiritus Salis* perfecte *dulcificati*, odoris & ſaporis gratiſſimi aromatici, nullisque particulis *Magneſiae Vitriariorum* inquinati, ſed ſaluberrimi, prout obſervationibus clinicis ſatis ſuperque mihi conſtitit.

Sapore & *odore* praedicto ſi caret Spiritus prolectus, reſiduo denuo infundatur, & abſtrahatur, oportet.

Eſt *ſuccedaneum Spiritus Nitri dulcis, Elixir acidum* meum ingredientis, per ſe autem medicamentum *carminativum, nervinum, antiſpaſmodicum, analepticum* a Guttis 10 — 15. *Sachari albi* fruſtulo inſtillatum, vel ex *Aqua* captum.

Methodum hanc mediante *Magneſia Vitriariorum* dulcificandi *Salis acidum*, quod alias dulcificationem quam maxime reſpuit, debemus *Veſtrumb.* — Quam ſupra propoſui, inquit *Vogler*, methodus eſt *Dollſus*.

Magneſia Vitriariorum, Linnaeo *Molybdaenum Magneſia*, (germanice *Braunſtein* dicta,) eſt minera ponderoſa, fuſca, ſ. nigricans, ſplendens, ſtriis ſ. fibris ſparſis convergentibus conſpicua, quandoque pulverulenta, in Germaniae fodinis abunde proveniens. — Ad *Hermſtaedt* obſervata, peculiari terra metallica, ferro, terra ponderoſa & calcarea, nulla vero Magneſia Salis amari conſtat. In retorta fictili igni expoſita copioſum aërem vitalem, ſ. dephlogiſticatum largitur, qui phlogiſton aliorum corporum attrahendi, & ſecum uniendi vim habet, eam ob qualitatem aëri vitali propriam; in dulcificando acido Salis Magneſia Vitriariorum eſt utiliſſima. Acidum enim hoc, ad proceſſum ſuperiorem ab *Oleo Vitrioli* e *Sale communi* expulſum fuit, ſuo phlogiſto privat, & ſic ad connubium cum Alcohole Vini, & perfectam dulcificationem aptiſſimum reddit. —

Pari modo ad Nitri acidum dulcificandum Magneſiam Vitriariorum adhibuit, & Spiritum Nitri gratiorem magisque dulcificatum obtinuit. *Crell.*

SPIRITVS SAPONIS.

ſ. *Eſprit de Savon.*

Rec. *Sapon. venet.* Unc. 6.
Sal. alkali Unc. 1.
Gummi *Benzoes* Unc. 1/2.
Spiritus Vini rectificati Menſur. 2.
Miſce ſtent in digeſtione & filtrentur.

VIS *diſcutiens*, *excitans*, *nervina*. *Ro. Manheim.*

USUS in *paralyſi*, *arthritide*: ad *tumores* varios a *lapſu*, *ictu* l. aliis variis laeſionibus externis. Ad *membra* a gelu affecta, ad ſpaſmum externe, uti & ad *podagram*, ad *perniones* in *paralyſi* ab apoplexia orta: ad *dolores ventriculi*, *cardialgiam*, externe applicatus ad varia cutis *vitia*, inter *coſmetica* mixtus.

OBS. 1) *Diſpenſat. Fuldenſe* commendat ad *Spiritus* - ſ. *Tincturae Saponis* praeparationem - *Saponis alicantici* raſi Unc. 8. — *Salis Alcali* vegetabilis purificati Unc. 4. — Cineribus in Aqua ſolutis addatur Sapo, coquantur invicem fere ad ſiccitatem, magma ſpiſſum remanens cum *Spiritus Vini* rectificati Libr. 1. per 6. dies digeratur, maſſam diligenter agitando, ad extractionem Tincturae flavae uſui externo: qua *attenuans*, *reſolvens*, *ſaponaceum*, *detergens*.

SPIRITVS SERPILLI.

Paratur e *Herba Serpilli*, uti *Spiritus Lavendulae.*

VIS egregie *roborans*, *nervina*, *cephalica*, *diſcutiens*, *anodyna*, *ſtomachica*.

USUS *Externe* in affectibus *rheumaticis* - *arthriti-*

cis - in *cephalalgia*: uti & in *lingua paralytica* & *angina*. *Doſis* interne Guttae 30—60.

OBS. 1) *Spiritum nervinum externum*, valde ſimplicem & tamen efficacem, communicat Ph. pauper. *Hamburg.* e *Spiritu Lavendul.* — *Spirit. Sal. Ammon. volatil.* ana Unc. 1/2. — *Olei deſtillat. Succini* Drachm. 1/2. Miſcendi probe.

OBS. 2) *Spiritus Serpilli cohobatus* ſeparatur uti *Spiritus Lavendulae*; Spiritus vero e prima deſtillatione obtentus, novae herbae portioni ſuperfuſus denuo deſtilletur. *Vis* hinc ejus eſt fortior, & in minori Doſi magis efficiens.

SPIRITVS TARTARI SIMPEX,
vide *Acidum Tartari deſtillatum.*

OBS. 1) *Spiritum Tartari* ita parandum ſuadet *Piepenbring*, ſi implentur $\frac{2}{3}$ retortae cum Tartaro, & caeterum deſtillatio accurate inſtituitur, uti in Spiritu Cornu Cervi; quo tum finita deſtillatione, *Spiritus* acquiſitus, & *Oleum foetidum Tartari*, vitri ope ſeparatorii ſeparantur. Caput mortuum in retorta remanens, ſalino-carbonaceum, in igne aperto ad albedinem calcinatur, quo tum acquiritur purum Sal alcalinum vegetabile, ſub nomine *Sal Tartari* notum.

SPIRITVS TEREBINTHINÆ,
vide *Oleum Terebinthinae.*

SPIRITVS VESICATORIVS.

Rec. Pulver. *Cantharid.* Unc. 1.
Spiritus Vini Unc. 4.
Miſce digere per 48. horas adde
Camphorae Drachm. 2.
Miſce uſui e titulo patente. Ph. *paup. Hamb.*

SPIRITVS VINI CAMPHORATVS.

Rec. *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 12—16.
Camphorae Unc. 1/2.—1. Stent in digeſtione, paucarum horarum ſpatio, ad Camphorae ſolut. in loco leniſſimo calido, & uſui ſerva.

Quo modo a ſoluta *Camphora* Spiritus Vini impraegnatus acquiritur. *Keup. Piderit.*

Additur quandoque dupla, quin tripla Camphorae portio *Keup.*

VIS *Externe* eximie *reſolvens*, *diſcutiens*, *diſſipans*, *roborans*, *ſtimulans.*

USUS *Interne* in *luxationibus;* in *contuſionibus;* in *tendinum* & *ligamentorum* debilitate; ſcopo *roborante*, uti in *uvula* prolapſa; in *paralyſi;* in *rhevmatiſmo* - & caute in *inflammatione*, in *gangraena humida*, *ſphacelo*, *panaritio* fungoſo, *lupia*, *ambuſtione* laevi; in quibus interdum melius per Species praeſcribitur.

In *ulceribus laxis gangraenoſis* convenit quoque,

Nocet in *fibrarum rigiditate;* 1. in *ingenti inflammatione;* in *decubitu humorum* proxime ſub *cute*, e. g. in *eryſipelate*, ſi humores coagulando *exulcerationi* facile anſam praebent.

Ad diſſipandas *ſugillationes* merito quoque aliis praeferuntur. Ad *inflammationes* - *congeſtiones dolorificas diſſipandas*, & in affectibus ſpaſticis bonum edit effectum.

Caeterum non adeo diu protrahendus eſt uſus hujus *Spirit. Camphorat.* quum *Spirituum* applicatio melius in chirurgia reſtringenda eſt, recentiorum obſerv. quam amplior reddenda.

Piderit.

OBS. 1) Ph. *Londin.* praeſcribit partes aequales, ad eo fortiorem acquirendum *Spiritum.*

Ph. *Würtenb. Camphorae* tantum Drachm. 6. ad *Spiritus Vini* Unc. 12.

OBS. 2) *Herold* cupit *Camphor.* Unc. 4. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 3. ſolvend. in *Spiritu Vini.*

SPIRITVS VINI CROCATVS,
ſeu *Aqua peſtilentialis Hartmann.*

Rec. *Spirit. Vini Camphorati* Unc. 2.
Tincturae Croci Drachm. 2. Miſceantur.

VIS & USUS cum *Spirit. Vini camphorato*: exceptis iis peculiaribus, quod *Vim* praeſtet *anodynam*, & conferat in *ingentibus doloribus.*

Cephalalgias a cauſis ortas *frigidis*, alter & alter cum *linteaminis* applicatus, hicce *Spiritus* ſaepe ſatis cito tollit.

Fomentationibus reſolventibus addita *Spirituum* horum debita portio, convenit ſemper.

OBS. Ratione *Inflammationis* multo magis caute applicandus eſt hicce *Spiritus*, quam ſimplex camphoratus, multo fortior. *Piderit.*

Sic in *Idioſyncraſia* probe curandum eſt, varii enim *Spirituum* applicationem, ejus cauſa ferre nequeunt.

SPIRITVS VINI RECTIFICATVS,
ſ. *Spiritus Vini* reiterata deſtillatione ab omni *Aqua* liberatus. ſ. *Alcohol.*

Rec. *Spiritus Vini*, qu. plac e *veſica cuprea*, per alembicum ſtanneum modico igne, deſtillatur 1/2. pars, usque dum guttae lacteae appareant; quo a *phlegmate* ſuo ad maximam ſeparatur partem. Etſi delicatior, & ab

ab omni foetore liber expetitur, denuo 2 - 3. addita tertia parte *Aquae fontanae*, deſtillatio repetenda eſt. — Cui nil phlegmatis aquoſi adeſt, *Spiritus rectificatiſſimus*, *Alcohol Vini* vocatur.

VIS *ſtyptica*, vaſa diſciſſa *arctans*, *contrahens*, ſanguinem & ſerum uti & fluida *coagulans*, ſolida *irritans*, *roborans*, *adſtringens*, *coarctans*, *putredini reſiſtens*, *exſiccans*, *antiſeptica* - *haemoſtatica*.

USUS ad *fomentationes*, *roborandas* partes *debilitatas* - *fomentandas* iſtis; ad varia *remedia medica* & *interna* & *externa*; ad vaſa fortiter *contrahenda*, *ſanguinem coagulandum*; *haemorrhagias* ſiſtendas, qua optimum *ſtypticum*, l. *parvis linteaminibus*, l. *plumaceolis*, in *externis* applicatum *haemorrhagiis*, a vaſis laeſis mediocris magnitudinis ortis. — Ad partes debiles *roborandas*; *putredini* & *oſſium cariei* reſiſtendum.

In *articulationum* aliarumve partium *laxitate*, uti in *herniis*, *uvula* prolapſa, *tumoribus* oedematoſis; in *ulceribus* l. *vulneribus pure* nimio manantibus; in *calli* oſſei mollitie. *Piderit.*

Aqua dilutus *Spiritus Vini*, in *inflammationibus* chronicis, ab *atonia* vaſorum ortis, uti in *angina* & *ophthalmia* chronica confert.

In *vulneribus* fungoſis, multum ſuppurantibus *Aqua vulneraria* e *Vino* cum Herb. *balſamicis* deſtillata prodeſt.

Ad *ambuſta* - *ſugillata*, ad *luxationes*, & ad *haemorrhagias* externe confert; uti & ad *Elixiria*.

Caeterum ad *Eſſentias* & *Tincturas* parandas adhibetur.

Nocet Spiritus Vini in *vulneribus cerebri*, in *inflammationibus acutis* non chronicis; in *ambuſtionibus* ſiccis, *vulneribus ſclopetariis* - gangraeneſcere incipientibus. *Lymphae* fluxum e vaſe lymphatico laeſo non compeſcit, *os ſanum* decolorat, diu applicatum.

OBS. 1) *Spiritus Vini rectificatiſſimus* ſ. *Alcohol Vini.* Rec. *Spiritus Vini* rectificati qu. plac. deſtilla e cucurbita vitrea in arenae balneo, ad 3. partem, tamdiu, donec ab omni *phlegmate* immunis ſit, & plane eo depuratus; & *Pulverem pyreum* quoque, eidem ſuperfuſum & accenſum, in flammam abripiat. Cujus pondus ſit ad *Aquam deſtillatam*, uti 830. ad 1000. Ph. *Suecic.* Edit. nova.

VIS & USUS idem, tantum *fortior* quam *Spirit. Vini* rectificati.

Pharmacop. Londinens. praeſcribit *Spiritus vinoſi* rectificati Congium 1. — *Kali calidi* Unc. 18. — *Kali puri* Unc. 1. — Miſce Spiritum vinoſum cum *Kali* puro, & dein adde *Kali calidi* Unc. 12. agita, & digere per horas 24. effunde Spiritum, cui adde Kali quod reliquum eſt, & deſtilla balneo aquoſo, ſervetur in vaſe bene obturato. — *Alcoholis pondus ſpecificum* eſt ad pondus Aquae, uti 815. ad 1,00.

OBS. 2) Ph. *Roſſica* ad *Spiritus Vini* praeparationem, praeſcribit tantum *Spiritus Vini gallici* deſtillationem ad 1/2.; ex hoc tertia denuo pars prolecta, erit *Spiritus Vini* rectificatiſſimus.

USUS, *Spiritus Vini* magis efficax *Vis* ad morbos *ſtomachi* & *capitis* - ad affectus *ſoporoſos* in minore quantitate. *Externe* ad *ambuſta*, *ſugilla-*

ta, *luxationes*, *dolores arthriticos* - *rhevmaticos* - ad *haemorrhagias*.

Cæterum confert ad *Eſſentias*, *Tincturas*, & *Elixiria*.

OBS. 3) *Spiritus Vini rectificatus* - & *rectificatiſſimus*, eſt Liquor inſtar Aquae pellucidus, valde volatilis, ſpirituoſi odoris, ſaporis fere ignei, e Spiritu Vini elicitus, reiterata deſtillatione; uti & addito Sale Tartari ſicco, a phlegmate & partibus craſſis liberatus, in calore 180°. Fahrenh. ad ebullitionem, & ſubitaneam tum ſubſequentem evaporationem poteſt redigi; inflammat ſeſe leviter, ſine magna praegreſſa incaleſcentia, admota ei quavis flamma, deflagrat tum ſubito valde pellucida - & alba flamma, ſine relinquente quodam fuligine l. carbone, Aqua leviter eſt miſcibilis in omni proportione, ſolvit reſinas & balſama reſinoſa ſpecifice, uti & Camphoram in partibus 2. ponderis, & Olea aetherea; albumen Ovorum ſpiſſeſcit — ſub nullo frigoris gradu congelaſcit.

Genuinus & eximiae notae *Spiritus Vini odorem* exhibere debet fortem ſuavem, in vola manus contritus nullum relinquere debet nauſeoſum odorem, uti & poſt deflagrationem nullum phlegma. *Sapor* ejus vero valde igneus, ſine remanente quadam ſenſatione urente in lingua, ut ab omni empyrevmatico - & dolii ſapore, ſemper ſit liber, caeterum gravitatis ſpecificae 0 825, quae vulgo plus quam 0,850. ſuperat.

Caeterum credunt *Sande* & *Hahneman*. quum e quovis Spiritu Vini, in prima ſtatim deſtillatione, Spiritus Vini dephlegmatus, ſub con-

gruis cautelis, poſſit acquiri, reiteratam abſtractionem eſſe ſuperfluam, quo magis in aërem diſpergitur & decomponitur, quam corrigitur, & in meliorem redigitur ſtatum. Bullulae aeriferae perlatae Spiritus Vini, valide commoti, *minime* ſunt *ſignum bonitatis*, quod in ordinario deſtillato Spiritu Vini occurrit; uti & experimentum, cum pulvere pyrio, exigua enim copia Spiritus Vini laevis ſuperfuſa cumulo acuto pulveris pyrii, & eodem tempore combuſta, ſeſe incendit ſubito & deflagrat; ſi eodem tempore magna copia Spiritus Vini electi, & eximiae notae, exiguo acervo pulveris pyrii ſuperfuſa comburitur, ſine ulla vero deflagratione pulveris pyrii.

Pari modo ſubitanea vel lenta ſubſidentia *Olei Olivarum* eſt valde relativa, & nil certi declarat.

Certius eſſet *ſignum bonitatis*, quod *Spiritus Vini optimae notae*, Sale ſicco Tartari commotus, iſte non humeſcat: *ſecuriſſimum* & *infallibile ſignum fortitudinis* eſt ejus *pondus*, *ſignum bonitatis* ejus *odor* & *ſapor*, nulla quoque remanentia in manu, uti & poſt combuſtionem. Vaſculum vitreum continere alias valens 100. Grana Aquae communis, *Spiritus Vini* Grana 825, 830—850. ſemper poterit impleri.— In manu tritus Spiritus Vini nullum relinquere debet odorem inamoenum; Reſiduum ejus vero poſt combuſtionem redolere tantum debet farinam toſtam, & ſaporis aquoſi, caeterum Spiritus Vini genuinus bonus odorem purum volatilem relinquit, & ſaporis eſt puri ignei, ſine ullo alio ſapore l. odore concomitante. *Sande* & *Hahneman.*

OBS. 4) *Spiritus Vini gallicus coloris* plerumque eſt albi, inſtar Aquae pellucidi, ſpirituoſus; urentis ſaporis - volatilis, & odoris ſuavis, ſaturate vero fortis Spiritus Vini gallici gravitas ſpecifica eſt 0,926; i. e. continet partes aequales Spiritus Vini plane dephlegmati, & totidem phlegmatis. Caeterum *venalis* eſt vulgo caloris flaveſcentis, a doliis enati, plerumque e quercubus confectis: uti ejus color mutatur ſubviolaceus a Vitriolo Ferri. Reiterata abſtractio aufert ei vim tingentem - adſtringentem. Commiſcetur & *adulteratur* plerumque Spiritu Vini, ex aliis corporibus fermentantibus parato, in iſtis regionibus, ubi Vinum non in copia creſcit; *pateſcit* vero mox *haec mangoniſatio*, ſi in Cochleari ejus aliqualis copia comburitur, quo tum phlegma remanens tam odorem nauſeoſum, quam ſaporem edet, valde differentem a phlegmate Spiritus Vini puri. Phlegma Spiritus Vini e frumento parati, ſaporem & odorem ſpargit valde eminentem, Aquae non defaecati & clarificati.

Nauſeoſum Oleum plantarum, mox guſtu ſeſe tantum manifeſtet in partibus mollibus palati, & in parte poſtica linguae intime adhaerens, & ſaporem formans, frictionem & ſcalpturiginem in collo producit, quae omnia conſtituunt *caracteres* proprios, ſemper ſeſe manifeſtantes in phlegmate Spiritus Vini, e frumento parati. — Ejus deflagratio prodit quoque gradum ejus fortitudinis, *eximiae* enim *notae* iſte cenſetur, in quo remanet tantum $\frac{1}{3}$ ponderis phlegmatis. *Sande* & *Hahneman.*

OBS. 5) *Bonae notae Spiritus Vini rectificatiſſimi*

ſunt, inquit *Vogel*, ut 1) accenſus in vaſculo Spiritus ex toto deflagret, — 2) pulveri pyrio affuſus & accenſus eum mox accendat. — 3) Charta bibula; & pannus lineus eo madens; & flamma incenſus, una cum eo comburetur; uti & Drachma 1/2. *Salis Tartari* ſicciſſimi, injecta aliquot Unciis Spiritus Vini rectificatiſſimi, ſicca relinquitur, & nil niſi aquoſi ex eo hauritur.

Cujuscunque *Spiritus inflammabilis bonitas* & quantitas in Aqua, in cylindro quodam ſtatico poteſt explorari. Cylinder hic ex vitro aut ex ebore paratur, ut cum Spiritu aequilibrium exerceat, tum 12. partibus hujus Spiritus adfundenda eſt una pars Aquae communis, usque ad 20. & ubique ſpatium, ad quod cylindro aſcendit, lineola diſtinguendum; iſto inſtrumento ſtatim proportio Spiritus ad Aquam inveniri, in omni Liquore ſpirituoſo poteſt, praecipue in frumenti Spiritu, qui venumdatur vulgari, ex quo patet, quot partes Alcoholis in determinata quantitate hujus Spiritus inſint, & quot Librae ejus requirantur, in deſtillat. ad Libram 1. Alcoholis impetrandam, ubi notatur, quod talis Spiritus Frumenti ſatis bonus ſit, & egregius, cujus 3. partes foenerentur, unam Spiritus ab omni phlegmate liberati.

Spiritus frumenti ita immutari poteſt, ut odore & ſapore *Spiritum Vini gallicum* aemuletur, ſi pauxillum tantum Aquae fortis Spiritui frumenti admiſcetur, quo fit, ut deſtructo & combuſto quaſi Oleo foetente, jucundiorem & ſuaviorem Spiritus odorem acquirat.

OBS. 6) *Spiritus Vini* & *Spiritus Ceraſorum* falſo

commixtus, *optime detegitur*, ſi Oleum ordinarium, uti Oleum Olivarum inſtillatur, ubi tum Oleum Olivarum *ſupernatat*, in *Spiritu Vini;* in *Spiritu Ceraſorum* vero fundum petit; & in *Spiritu Prunorum* vero (Zwetſchgengeiſt,) minime procedit hocce experimentum, quia iſte nimium continet Olei.

Spiritus Vini in vaſculis cupreis paratus, mox patet ope ſaporis, vel addito Calce viva.

OBS. 7) *Spiritus Vini lotus* eſt ad *Spielman*. Diſpenſatorium, *Spiritus Vini tartariſatus*, ſ. Sal. Tartari, Spiritui Vini bono rectificato additum, transdeſtillatum, & tum deſtillatum. Spiritus Vini cum Aqua fontana communi ad anaticas partes deſtillatur, & hocce ter iteratum, cum transgreſſo & deſtillatione acquiſito, Aqua tantum nova communi addita, ita ut tum Menſurae 1. tantum quarta pars remaneat; iſtius tam ſubtilis Spiritus Vini, qui pulverem accendit pyrium & Sulphur crudum.

OBS. 8) *Spiritus Vini tartariſatus* ad Ph. *Herbipolitanam* ita paratur: Rec. *Spirit. Vini* rectificatiſſ. Unc. 48. — *Sal. Tartari* ſicciſſ. triti Unc. 12. digere arena per 12. horas, in vaſe vitreo, Liquorem ſpirituoſum per inclinationem effunde; *Uſui* praecipuo, ad ſolvendas & extrahendas *Reſinas*.

SPIRITVS VINOSVS MVRIATICVS,
vide *Acidum Salis commune dulce.*

SPIRITVS VINOSVS NITROSVS,
vide *Acidum Nitri dulcificatum.*

SPIRITVS VITRIOLI ACIDVS TENVIS,
vide *Acidum Vitrioli tenue.*

OBS. 1) *Keup* commendat *Spiritum* Vitrioli ſimpli-

cem deſtillandi e *Vitriolo* ad albedinem calcinato, per retortam vitream loricatam, recipiente capaciſſimo munitam, cui Aquae quarta pars, reſpectu ponderis Vitrioli, ad hoc opus aſſumti inſit, igne aperto; primum leni, tum aucto gradatim, & ſucceſſive ad candeſcentiam usque retortae, donec omnes nebulae, ſimulque Spiritus ceſſant. Recipientem tum caute ſepara, ocyſſime obtura; Spiritum prolectum e retorta vitrea, arenae igne rectifica.

Additur *Julapiis* & *Potionibus*, ut acido imbuantur ſapore, ad *ſitim* & aeſtum ſanguinis imminuendum.

SPIRITVS VITRIOLI ACIDVS VOGLER.

Rec. *Olei Vitrioli* optimi Unc. 1.
Aquae fontanae puriſſim. Unc. 4.

Miſce in vaſe murrhino Vitrioli Oleum, Aquae paulatim inſtillando; frigefactis in vitro dein aſſervantur.

Eſt *Spiritus Vitrioli acidus* purus fortis, & bonitatis ſemper aequalis; ideoque ad uſus tam medicos, quam chemicos aptior & praeſtantior vulgari illo, & in officinis pharmacevticis venali Spiritu Vitrioli, qui plerumque impurus, valde tenuis ac debilis deprehenditur.

Uſus hujus Spiritus acidi ad *Vogler*, eſt praecipuus ad *Elixir acidum* & *Linctum pectoralem*. — In *ſcabie ſuppuratoria*, *variolis* putridis, & *haemorrhagiis* confert ex Aqua captus & *Sacharo* albo, l. Syrupo quodam v. c. *Papaveris erratici* l. *Violarum* edulcoratus.

SPIRITVS VITRIOLICVS VINOSVS,
ſ. *Spiritus Vitrioli dulcis*, ſ. *Spirit. aetheraeus vitriolat.*
vide *Liquor anodynus mineralis Hoffmanni.*

OBS. 1) Ph. *Roſſica* cupit, ut recipiatur Liquoris pro obtinendo *Æthere vitriolato*, primum proiecti, qu. plac. ſingulis Unciis addentur.
Naphthae vitriolicae Gutt. 40.

OBS. 2) Ph. *Edinburg.* cupit tantum *Liquor. aetherei vitriolici* Part. 1. — *Spirit. Vini* rectific. Part. 2. miſcend.

SPIRITVS VOLATILIS CAVSTICVS,
vide *Alkali Ammoniacum cauſticum.*

SPIRITVS VOLATILIS LEWIS,
vide *Spiritus Sal. Ammoniac. volatil. urinoſus.*

SPIRITVS ZEDOARIÆ ANISATVS,
ſ. *Aqua Zedoariae aniſata.*

Rec. *Radic. Zedoariae* Unc. 6.
Semin. Aniſi Unc. 3.
Flavedin. Cortic. Citri Unc. 2. Inciſis affunde *Spiritus Vini* Unc. 72. Macerata deſtillentur e vaſe vitreo ad 1/2. partem.

VIS *carminativa*, *ſtomachica.* *Piderit.*
USUS in *concoctionis vitiis*, ad *ſtomachum roborandum*; *pituitam incidendam*, *flatus* pellendos.
DOSIS a Drachm. 2. ad Unc. 1/2.

SPIRITVVM PECVLIARES
Praeſcriptiones communicat Plenck & Herbipolitan Pharmacopaea.

1) *Spiritum maſtichinum*, e *Spiritus Vini* ſemel rectificati Unc. 1. — *Aquae deſtillat. Roſarum* Unc. 1/2. — *Maſtiches pulveriſ.* Drachm. 3. In phiala alta coctum ſervatur uſui, ad *oſſa* perio-

ſtio denudata in *vulneribus* a *carie* praeſervanda, & *cariem incipientem* curandam. *Plenck.*

2) *Spiritum arthriticum*, e *Sal. commun.* Unc. 2. — *Olei Vitrioli* Unc. 1. — *Terebinthin.* Unc. 2. Mixta deſtillandi ad Spiritum, convenientem ad *tumores cyſticos* incipientes *reſolvendos*, ad *inveterata atheromata emollienda.*

OBS. Liquor ſ. *Spiritus Elleri arthritic.* conſtat e *Liquor. anodyn.* m. H. — *Cornu Cervi ſuccin.* part. aequal.

3) *Spiritum antiſcorbuticum*, e *Spiritus Tartari* optim. Unc. 12. — *Cochleariae* Unc. 4. — *Olei Vitrioli* concentrati Unc. 1. Mixta deſtillandi ad ſiccitatem uſui, ad *indurationes* & *tumida crura ſcorbuticorum* eo reſolvenda, Aqua prius diluta: & multa *Aqua* dilutus *ſtomacacem ſcorbuticam* tollendam.

4) *Spiritum* ad *hernias*, ex *Aqua* Thediana *Spiritus Vini rectificat.* ana Unc. 1. mixtum *uſui*, ad locum *herniae ſimplicis relaxatum*, de die eo ſaepius *illiniendum* aut *fomentandum.*

5) *Spiritum ſaponaceum* ſ. *reſolventem*, e *Spirit. Rorismarin.* Unc. 12. — *Camphor.* Drachm. 2. — *Sal. Ammoniac.* Drachm. 6. — *Saponis venet.* Drahm. 3. Miſcendi *uſui*, ad *reſolvenda ganglia* & *tumores pituioſos.* *Plenck* & *Ph. Herbipolit.*

OBS. *Spielmannus* ſuadet tantum *Sapon. venet.* Unc. 4. — *Sal Tartari* Unc. 2. pulveriſat. addend. *Spiritum Vini rectific.* Unc. 12 — Quint. Eſſent. *Bergamott.* Drachm. 1/2. Miſce.

Schmuker hancce praeſcriptionem commendat *Spiritus reſolventis.* Rec. *Spirit. Vini* rectifi-

cat. Libr. 2. — *Camphor.* Unc. 1/2. — *Sal. ammon.* Unc. 1. — *Sapon. venet.* Drachm. 6. Miſce.

6) *Spiritum apoplecticum externum,* e *Spiritu Sal. Ammoniac.* cum Calce viva parati Unc. 4. — *Sapon. venet.* Unc. 1. — *Olei deſtillat. Benzoes* — *Lavendulae* — *Roriſmarini* ana Drachm. 1. Mixta aſſervandi in vitro probe clauſo.

7) *Spiritum volatilem aromaticum,* ex *Eſſent. Limomonum* — *Olei Nucis Moſchatae* ana Drachm. 2. — *Caryophyllor. aromat.* Drachm. 1/2. — *Spiritus Sal. Ammoniac. dulc.* Unc. 24. Mixta deſtillandi leni igne, & aſſervandi ſcopo *diſcutiente, roborante, nervino.*

8) *Spiritum volatilem foetidum,* e *Spiritu Sal. Ammon. vinoſi* Unc. 8. — *Aſae foetid.* Unc. 1/2. Digeſta per horas 12. deſtillandi calore *Aquae* fervent. Unc. 8. ſcopo *antiſpaſmodico.*

9) *Spiritum vulnerarium* ſ. *aromaticum - acetatum* ſ. *acidum* e *Summitat. Roriſmarin.* Unc. 18. — *Millefol.* — *Herb. Thymi* ana Unc. 6. — *Spirit. Vini* Unc. 192. deſtillandi poſt macerat. per biduum ad Unc. 96. — ſ. *Aceti Vini* Unc. 96. admiſcentur, tum exhibet *Spiritum aromaticum acetatum* ſ. *vulnerarium* acidum. Ph. *Suecica.*

SPONGIA PRÆPARATA,
ſ. *Fungus praeparatus.*

a) *Cerata Spongia. Spongiae* ab arenulis repurgatae, tenues, ſiccatae, *Cerae flavae* liquatae, & fervidae probe imbibantur, quo facto calentes adhuc ſub prelo arcte comprimantur, ibique dereliquantur, usque dum refrixerint, & aſſervantur tum USUI ad turundas, iis *ulcerum* & *fiſtularum* & *vulnerum orificia dilatanda angu-*

ſta; ad ſiſtendum *ſanguinem*, loco Agarici efficatius. Ph. *Suecica* Edit. nova. *Piderit.*

b) *Uſtio Spongiae*, ſ. *Spongia toſta.* Spongia ab arenulis repurgata, & probe exſiccata in vaſe terreo, ſ. fictili, non vitreato, cooperato, igni impoſito, crebro ſimul agitando, uſtuletur, donec ſudare inceperit, nigreſcat, & facile friabilis reddetur, fuſco colore tincta, probe tamen cavendo, ne in cineres comburentur, pulveriſanda tum in mortario l. vitreo l. marmoreo, & ſervanda dein *uſui*, in vitro bene clauſo.

VIS *exſiccans*, *abſtergens*, *reſolvens*, *irritans*.

USUS ad *ſtrumas*, *ſcrophulas*; in *morbis glandularum;* ad *vulnerum dilatationem.*

DOSIS a Granis 10 — 20.

OBS. 1) *Agaricus* e caude *Quercus* collectus, a cortice externe albo & duro, nec non fiſtuloſa ſubſtantia ſeparatus, diſciſſus, mallei ictibus ſubmittetur, ad molleſcentiam iſtam, ut in minores partes diſcerpi queat. Ph. *Danic. Spielman.*

USUM commendat *Plenck*, qua remedium *ſtypticum* egregium, ſi arteriae vulneratae ipſi lamellatim imponi poteſt.

OBS. 2) *Fungi* ſ. *Agarici muſcarii praeparatio* ad *Diſpenſat. Fuldenſe* ita ſuſcipitur. — Agaricus muſcarius nondum plane adultus, a medio Auguſti ad initium menſis Septembr. colligetur, & abjecto pileo, oblongoque ſtilo, inferior ſolummodo bulboſa ejus pars interna deliteſcens, ab impuritatibus mundata, filo adnectetur, ac in loco umbroſo a radiis ſolaribus praemunito, aura tamen ſicca perflato ſiccetur; bulbus hoc modo ſiccatus raſpetur in

pulverem groſſum, ac in loco moderate calido ulterius ſiccetur, in vitro probe clauſo adſervetur, ne humido aëre attracto, ejus virtus diminuetur.

A *Whiſtlingio*, tam *interno* quam *externo* uſu, ad ulcerum *depaſcentium ſanationem*, item ad *epilepſiam* & *paralyſin* ex repulſione exanthematum valdopere commendatur. Datur *interne* a Scrupulo dimidio, ad Drachmam 1. ex *Aceto*, in qua Doſi *purgat*, & in parte adfecta *ſudorem pellit*. Ph. *Fuldenſis.*

Fungi Boviſtae praeparatio ita inſtituitur ad *Diſpenſat. Fuldenſe*, ut pulvis fuſcus, in capſula hujus Fungi membranacea contentus, colligetur, & adſervetur ad *uſus chirurgicos haemoſtaticos.*

SQVILLÆ EXSICCATIO,
vide *Scillae Exſiccatio.*

OBS. 1) *Infuſum aquoſum* facilius quam *vinoſum* excitat nauſeam & vomitum.

Qua *Gargariſma Infuſum Squillae* convenit in *angina pituitoſa*; in *auditu gravi* a nimia *pituita* orta, & aliis variis morbis *ſeroſis. Piderit.*

OBS. 2) *Squillae ſquamas* a ſe invicem ſeparandas, & in furno calido modice ſiccandas ſuadet *Piderit.*

OBS. 3) Quoad *Uſum* raro l. nunquam *Squillae Radix* ſola & in ſubſtantia praeſcribitur, ſed tantum aut aliis *Medicamentis*, qua *coadjuvans* ad Grana 2—3—4. & plura, aut in forma *Infuſi*, l. *aquoſi*, l. *vinoſi* datur, & ita quidem, ut *Squillae* radicis pulveriſatae Grana 8. cum *Vini* l. *Aquae* Unc. 8. per noctem digerantur, & tunc ad *obſtruct. ſolvendas*, *humores craſſos*

pituitoſos, in *aſthmaticis* & aliis *morbis pectoris*, ex pulmonibus educendos, & urinam in *leucophlegmaticis* & *hydropicis* pellendam, pluribus Cochlearibus ad nauſeam usque, per diem ſumantur, ubi quidem notandum, *Infuſum vinoſum*, facilius *nauſeam* & *vomitum* excitare, quam *aquoſum*. *Piderit.*

STANNI PRÆPARATIO ſ. PVLVERISATIO.

Stannum anglicum purum ſcobina prius comminuetur, & dein in *mortario* lapideo in *pulverem* ſubtiliſſimum *teratur*.

Vel *Stannum*, igne liquatum, infundetur in pyxidem ligneam, interne ſulcis exaratam, & *Creta* bene obductam, eaque ſtatim celerrime agitetur: quo modo pars Stanni in pulverem dilabitur; reliquum Metalli eidem labori repetito ſubjiciatur, donec totum in pulverem ſit converſum. Ph. *Londin. Danica*, & *Brunſuic.*

USUS ſcopo *anthelmintico* a Gran. 10—20.

OBS. 1) *Guy Stannum aethiopicum* huic ſcopo peculiariter communicat, e *Stanni* raſi Unc. 7. — *Argent. vivi* Unc. 1. — Flor. *Sulphur.* Drachm. 1. conterendi in pulverem ſubtiliſſimum a Granis 20 — 30. bis de die.

OBS. 2) Diſpenſator. *Fuldenſe* ſuadet *Stanni* anglici puri, lima prius comminuti, Part. 2. — *Lapidum Cancrorum* Part. 1. Mixta in mortario lapideo terantur in pulverem non nimis tenerem. Haec praeparatio fuſioni eſt praeferenda.

STYRACIS PVRIFICATIO.

OBS. 1) *Styrax calamita ſolvitur* in *Spiritu Vini* rectificatiſſimo, colatur, avocata dein leni de-

ſtillatione plenarie parte ſpirituoſa; adde *Aquae* bonam partem, Styrax fundum petens leni igne exſiccetur. Ph. *Herbipolit.*

Styracis colatio fit, ſi ea coquitur in *Aqua* ad molleſcentiam, prelo exprimitur, inter laminas ferreas tepefactas, & *Styrax* purificata ab *Aqua* ſeparatur. Ph. *Londinens.*

OBS. 2) *Styrax Spiritu Vini rectificato* diluta, per chartam coletur, & ſupra exiguum ignem detineatur, donec omnis *Spiritus* conſumtus ſit. Ph. *Suecica* Edit. nova.

SVCCINI PRÆPARATIO.

Fit, ſi *Succinum* abluitur, iterumque exſiccatur, & *tritum*, affuſa pauca *Aqua*, ſuper porphyritem in *pollinem* tenuiſſimum teritur, & exſiccatur *uſui*, ad inſpergendum vulneribus tendinum & ligamentorum. *Plenck.*

SVCCVS INSPISSATVS ACONITI

Belladonnae, — *Cicutae*, — *Flammulae Jovis*, *Hyoſciami*, — *Stramonei.*

vide *Extractum Aconiti*, — *Belladonnae*, — *Cicutae Fammulae Jovis*, — *Hyoſciami*, — *Stramonii.* *Piderit.*

SVCCVS BERBERVM.

Rec. Fructuum *Berberum* maturor. qu. plac. contunde in mortario lapideo, & in vaſculo terreo per aliquot dies in cellam repone, *expreſſus* tum *Succus* iterum per aliquot dies ſtet in cella, colatus per pannum in vitro, collo anguſtiori praedito, *ſuperfuſo Oleo* in loco bene adſervetur frigido, in lagenis vitreis, probe in fundo ſiphone inſtructis.

ᴠɪs *temperans*, leniter *ſtyptica.*

USUS in morbis & *febribus acutis*, ad *aeſtum* mitigandum, ad Unc. aliquot *Mixturis* additum, *loco Aceti* inſervit; ab omnibus praecipue partibus *oleoſis* liberum, & hinc ſemper convenit, ubi *Acetum Vini* ob haſce partes oleoſas aliter fugiendum eſt. *Piderit.*

Caeterum confert ad *Roob* & *Syrupos* parandos.

SVCCVS CATECHU.

Rec. *Mimoſae Catechu* recent. ſuccum, inſpiſſa ob

VIM ejus *adſtringentem*, *antiſepticam* eximiam,

USUI in *haemorrhagiis externis* e putrida ſanguinis diſſolutione.

DOSIS Succi inſpiſſati Drahm. 1/2. in Electuario l. Mixtura. *Plenck.*

SVCCVS CERASORVM ACIDORVM.

Rec. *Ceraſorum Acidorum* quant. plac. contunde in *mortario lapideo*, & per aliquot dies in cellam repone, *ſuccum* tum expreſſum de novo, iterum in cellam per aliquot dies repone, & per pannum tum cola, cui dein adde

Succi hujus Unc. 12.

Sachari albi Unc. 3. poſt unicam ebullitionem cola, & in vitro anguſtiori collo, ad uſum ſerva, uti *Succum Berberum.*

VIS & USUS idem cum *Succo Berberum*; caeterum ad *Roob* & *Syrupos* parandos in pharmacopoeis aſſervatur.

SVCCVS CITRI.

Paratur uti *Succus Berberum* e Malis *Citri*, ſ. e *Pomis Citreis*, aut *Limoneis*, a cortice flavo,

&

& ſubjacente albo coriaceo, liberatis, & per medium diſſectis, committantur prelo manuali, quo perfecte exprimatur Succus in vas terreum vitreatum ſuppoſitum, in quo per aliquot dies quieſcat in loco frigido, donec partes groſſiores terreae fundum vaſis petierint, quo factus ſuccus decantatus, & per chartam bibulam filtratus in vaſis vitreis longi & anguſti colli adſervetur, ad *uſus* medico-pharmaceuticos in loco frigido. Diſp. *Fuldenſe.*

VIS & USUS eorum idem, caeterum ad *Roob* & *Syrupos* parandos pharmacopaeis aſſervatur. — Confert praecipue in morbis *inflammatoriis*, & ad *aeſtum temperandum*, qua *minus aciditatis* continens, quam *Succus Berberum.* — Succi enim hujus Unc. 1. jam a Gran. 31. *Salis alcalini* depurati ſaturatur, partes enim aequales requiruntur, in *Succo Berberum*, ad Grana 53. nec a *partibus oleoſis* plane liberi.

Exhibetur quoque cum fructu, pro *potu ordinario*, in *febribus inflammatoriis* & putridis; in *ſcorbuto* qua *antiſepticum*, *temperans*, *refrigegerans;* in *dentitione* infantum difficili, *gingivae* eo illinitae. Confert quoque qua *diureticum* & *antiſcorbuticum.* *Bicker.*

Eodem modo paratur & adſervatur, *Succus Aurantiorum acidorum;* qui ejusdem eſt *Vis* & *Uſus.*

SVCCVS COCHLEARIÆ COMPOSITVS.

Ad *Pharm. Londinenſ.* conſtat e *Succi Cochleariae* hortens. Unc. 24. — *Beccabungae* — *Naſturt.* aquatic. ana Unc. 12. — *Aurantior* hiſpalens. Unc. 20. Miſce, & poſtquam faeces ſubſederint, effunde liquorem, vel cola.

Communicat quoque *Succum Baccae Sambuci*

ſpiſſatum e *Succo Baccae Bambuci* expreſſ. & defoecat. Unc. 24. In balneo Aquae, Sale muriatico ſaturatae ſpiſſa.

SVCCVS CYDONIORVM.

Paratur uti Succus *Citri*, l. *Berberum*, qui ob *vim* ſuam *adſtringentem*, *tonicam* in *dyſenteria*, *diarrhoea* eximie confert; caeterum quoque ad *Roob* & *Syrupos* adhibetur.

SVCCVS DIVRETICVS.

Rec. *Succi Raphani ruſtican.* Unc. 4.
Oxymell. ſquillit. Unc. 1. Miſce ſcopo diuretico. *Ph. pauper. Pragenſ.*

SVCCVS LIQVIRITIÆ

Paratus & expreſſus jam e Radice *Liquiritiae* e *Bamberga* & e *Hiſpania* ad nos *Germaniam* venit.

VIS eximie *bechica*, *expectorans*, *reſolvens.*

USUS in *tuſſi acri* lambendo.

Plura vide *Extractum Liquiritiae.*

OBS. 1) *Optimus* ſit ex *rufo fuſci*, ſi frangitur, nigri ſplendentis; & in fila diſtractus - *coloris* nitidi aurei, *ſaporis* dulcis, *odoris* ſuavis non empyrevmatici, & linguae impoſitus omnis deliqueſcens. *Piderit.*

OBS. 2) Ph. *Danica* praeſcribit *Succi Liquirit.* depurati, ſi in fruſtula diſſectus *Succus Liquirit. hiſpannic.* & *Aqua* tepida ſolutus, per pannum colatur: faecibus ſubſidentibus Liquor decantetur, & leni calore inſpiſſatur.

SVCCVS MYRTILLORVM,

Paratur e *Baccis Myrtillorum*, uti *Succus Berberum*, cujus *Vis* & *Uſus* cum eo quoque convenit. *Ph. Roſſica. Piderit.*

OBS. 1) *Diſpenſ. Fuldenſe* ſuadet, ut *Baccae Myrtillorum* maturae contundantur in mortario lapideo, Pulpa vaſi terreo, l. lapideo immiſſa reponatur per aliquot dies, in loco ſubterraneo frigido, quo dein ex maſſa jam aliquantiſper fermentata exprimatur Succus, qui denuo per aliquot dies in loco frigido quieſcat, quo partes terreſtres, Succo adhuc inhaerentes praecipitentur, tumque demum Succus per pannum laneum colatus, in vitris longi anguſtique colli, ad ſummam earum anguſtiam repletis, in cella ſubterranea ſervetur.

OBS. 2) Eodem modo parantur *Succi Ribeſiorum nigrorum - rubrorum*; *-Rubi Idaei*, & praeter alios hujus generis, *Pomorum borsdorfianorum*; notando tamen, quod haec ante contuſionem, a ſeminibus liberata, in parva fruſtula diſcindi, l. ratula comminui debeant,

ad *Diſpenſator. Fuldenſe.*

Nota 1. *Succus Berberum*, diſtincto a prioribus modo, obtinetur e Baccis, a racemo ſolutis, in vaſe terreo, modico ſuper igne, ad perfectam incaleſcentiam usque repoſitis, hoc autem facto, ſacco lineo committendis, & preli ope exprimendis, Succus hac ratione obtentus reponitur, per aliquot dies, in loco frigido ad partium groſſiorum ſubſidentiam, poſteaque per pannum colatus ſervatur, uti reliqui Succi.

Nota 2. Quo diutius hi Succi a corruptione praeſervantur, utile non tantum eſt, ut cuivis Succi Librae *Spiritus Vini* rectificati Drachma 1. addetur, ſed requiritur etiam, ut ſpatium colli, inter ſuberis & ſucci ſuperficiem, vacuum exi-

gua *Olei Nucum Been*, l. *Olei Olivarum* quantitate ad exiguam a ſubere diſtantiam repleatur.

OBS. 3) *Succi eſſentiales extemporanei*, quum e multis diverſae naturae plantarum ſuccis a medicis pro intentionis & indicationis varietate praeſcribi ſoleant, quae tamen diu ſine corruptione ſervari nequeunt, ſufficiet hinc circa praeparationem ſequentia tantum hictradere *monita*, ad *Diſpenſat. Fuldenſe.*

1. Omnes plantae, ſi poſt contuſionem per unum alterumve diem quieſcunt, plus largiuntur Succi, quam, ſi ſtatim poſt contuſionem exprimuntur.

2. *Plantae odoriferae*, quae per praedictam methodum, magnam partem ſuarum virium perderent, ſtatim poſt contuſionem exprimendae ſunt; uti Salvia, Serpillum, &c.

3. *Plantae* ex ſua natura ſiccae, & parum Succi per ſe largientes, v. g. *Centaureum minus; Graminis radices* &c. — aut etiam quidam ſucculentae, ſed Succum viſcoſum tenacem vehentes, v. g. *Cichoreum*, *Taraxacum* &c. — poſt contuſionem cum modica Aquae quantitate miſcendae, per noctem macerandae, & tum demum exprimendae ſunt,

4. *Radices majores*, v. g. *Dauci;* aut fibroſae, v. g. *Armoraciae*, ante contuſionem conſcindendae, vel ratula comminuendae ſunt.

5. *Succi plantarum tenues*, limpidi, partibus mucoſis aut terreſtribus non nimium onuſti, v. g. *Succus Chaerefolii*, *Bellidis minoris*, *Lactucae* &c. — ſtatim poſt expreſſionem, per pannum laneum colari & exhiberi poſſunt.

6. *Succi* vero nimis terreſtres aut viſcoſi ſaepius clarificatione indigent, & hinc, niſi ab ordinan-

te medico expreſſe prohibeatur, clarificatio ſequente modo peragatur.

OBS. 4) *Succorum Clarificatio* horum & aliorum optime fit, ſi infunduntur lagenae, cujus orificium corio circumducto & ligato clauditur; lagena ſic munita, & leviter jam calefacta, toties intingatur Aquae bullienti, donec Succus in lagena contentus perfecte incaluerit, & partes Succi irreſolubiles coagulatae, ac in homogeneam quaſi maſſam coalitae ſint; quo facto Succus frigefiat, & poſt refrictionem per pannum laneum colatur. *Diſpenſ. Fuldenſ.*

OBS. 5) *Succus Aconiti inſpiſſatus.* Rec. *Herbae Aconiti Napelli*, ante florum eruptionem collectae, quantum videtur, recens contundatur in mortario lapideo, in maſſam pultaceam, ex qua ſacco linteo forti incluſa exprimatur omne id, quod exprimi poteſt, quia Succus ultimo prodiens maximam virtutem medicam poſſidere videtur; ob hanc itaque cauſam ſitus ſacci in prelo ſaepius mutetur, ut quaevis herbae pars extremam preli vim experiatur, haecque expreſſio tamdiu continuetur, donec guttae tardiſſime cadant, maſſaque e ſacco demta tota ſicca inveniatur.

Succus expreſſus non diu ſtet, ne ſedimentum deponat, ſed ſtatim poſt expreſſionem, non clarificatus, ſed partibus groſſioribus adhuc remixtus, in patina terrea vitreata plana ad Succi quantitatem proportionata, igne leni, quo Succus non ebulliat, inſpiſſetur ſub continua agitatione ad Mellis conſiſtentiam; prius quam Succus omnimode caleat, concreſcit in maſſas virides humori phoeni-

ceo innatantes; quamprimum vero hoc obſervatur, ſpatula lignea probe commoveatur Succus, taliſque ſuſtineatur ignis gradus, quo maſſulae quidem eleventur, ſed absque Succi ebullitione; hocque ignis gradu ſub continua Succi agitatione eo usque pergatur, donec parte aquoſa magis evaporata motus maſſae inteſtinus ceſſet. Nunc vero maſſa magis ſpiſſeſcens, continuo ſpatulae ope ligneae a fundo patinae ſeparetur, ne fundo adhaerens aduratur, & ideo ignis nunc adeo lenis ſit, ut maſſa quidem exhalet, ſed nec bullas emittat, nec ſuſurret; ſicque ſub continua agitatione inſpiſſando pergatur, donec pars aliqua maſſae cochleari e patinae fundo demi poſſit, quin reliqua maſſa diffluat, & locum vacuum tegat; quamprimum itaque hoc adpareat, patina ab igne removeatur, & Succus debite nunc ipſpiſſatus & refrigeratus, juxta artis leges adſervetur.

Cujus *Doſis*, Grana 2—6.

OBS. 6) Diſpenſ. *Fuldenſ.* juxta eandem normam parare quoque ſuadet

Succum inſpiſſatum Belladonnae, cujus Dos. Grana 2 — 10.

— — *Cardui tomentoſi* Grana 10—20.

— — *Chelidonii majoris* Grana 10—20.

— — *Cicutae* viroſae, Gran. 20—120.

— — *Daturae* Stramon. Gran. 1—3.

— — *Fumariae* Grana 10—20.

— — *Hyoſciami* nigri, Gran. 1—3.

— — *Lactucae* viroſae, Grana 20—60.

— — *Liquiritiae*, niſi bonum venale habeatur.

Vires ſequuntur plantas, ex quibus Succi hi expreſſi ſunt. Diſpens. *Fuldenſ.*

SVCCVS OXYCOCCI.

Paratur uti Succus *Berberum*, cum quo convenit ratione *virium* & *uſus*. *Ph. Roſſica.*

SUC DE REGLISSE DU BLOIS,
vide *Paſta Glycirrhizae.*

SVCCVS RIBIVM & RVBI IDÆI.

Paratur e fructibus *Ribium* & *Rubi Idaei*, eodem modo uti *Succus Berberum*, cujus

Vis & *Uſus* conveniunt.

SVFFITVS *varios* communicat *Eſſich:* caute & non nimis fortiter vero ſemper adplicandi.

1) *Adſtringentem* e *Sarcocollae.* --*Succini.* --*Maſtich.* ana Unc. 1/2. — Nuc. *Moſchat.* — *Cinnamom.* Drachm. 1. Miſcend. ad pulver. groſſum. — Cujus *Uſum* commendat in *prolapſu ani*, & *uteri.*

2) *Suffitum* ad *Oedemata pedum*, ex *Olibani* — *Myrrh.* elect. — *Maſtich.* — *Styrac.* — flor. *Lavendul.* ana Unc. 1/2. Miſcend. ad pulv. groſſum.

3) *Suffitum* ad *pulmones* affectos, in *phtiſi*, per os & nares immiſſum, e *Myrrh.* elect. — *Olibani* ana Unc. 1. Miſcendi probe.

4) *Suffitum* ad *auditus* defectum a debilitate *tympani*, infundibuli ope, e *Succini*—*Maſtich.* pulveris. ana Unc. 1/2. *Eſſich.*

5) *Suffitum* ad *dolores ſpurios gravidarum*, e fol. *Sabinae* — rad. *Galang.* ana Drachm. 2. — flor. Nuc. *Moſchat.* Drachm. 1. quo lintea ſuffimigantur, & abdomini imponuntur.

SVLPHVR ANTIMONII AVRATVM,
ſ. *praecipitatum.*

Rec. *Antimon. crudi* part. 2. -- *Alkali Lignor.* part. 3. Mixta injiciantur crucibulo, ut forti igne fluant;

illico a fuſione facta ſolutio, filtrata, & refrigerata, ubi quiete craſſiores partes excuſſae fuerint, remiſceantur cum *Acido Vitrioli* tenui, triplo *Aquae* diluto, praecipitatus pulvis lotus, colatus, & exſiccatus, adſcripto titulo ſervetur uſui.

Quo modo repetitae alias conſuetae *praecipitationes* ceſſant, Ph. *Roſſica*, & *Herbipol.*

VIS *reſolvens*, *diuretica*, *diaphoretica*, - *alterans*, *deobſtruens*, in majori Doſi *emetica*, *laxans*. *Vires inſignes* ad *contumaces* & *chronicas affectiones*, praeſertim, quae ex *ſtagnatione* & *corruptione lymphae*, proveniunt.

USUS in *viſcerum abdominis obſtructionibus*; in *pectoris* mucoſitate; *febribus intermittent.* inveteratis, in *hydrope* a Granis quibusdam ad Drachmam I. quotidie in *hemicrania.*

In nimio ſtatu *mucoſo*, cum *Sal. Ammon.* a Gr. 8-10.

In majori *irritabilitate*, affectibus *ſpaſmodicis*, *atonia*, cum rad. *Rhabarb.* in *vitiis urinae*, qua *diureticum* cum Granis 10. Millepedum. *Piderit.*

In morbis *ſcrophuloſis*, *venereis*; in indurata & pertinaci *glandularum obſtructione*; in vitiis *cutis*, *ſcabie*, *impetigine*, *tinea capitis*, *arthritide.*

Exanthemata retrogreſſa, *ſcabiem malignam*, & in morbis *acutis*, cito revocat, in *refracta* quidem Doſi. - Confert ad varios morbos cutaneos, interpoſito Decocto diluente & ſanguinem depurante.

In *catarrho ſuffocativo*; in affectibus *ſpaſmodicis* - *hypochondriacis* - *ſpaſtico hyſtericis*; in *tuſſi* infantum *convulſiva* - *ferina*. *Unzer.*

Ad morbos *chronicos*, e ſtagnatione & corruptione *lymphae* ortos confert, - ad *pertinaces* glandu-

larum *tumores - obſtructiones ; ulcera inveterata*, cum *Decocto* diluente, & *haemocatarctico* ; - ad *aſthma convulſivum*, *tuſſim ferinam - convulſivam* infantum ; *peripnevmoniam* ; *luem veneream*.

Plura vide *Kermes minerale*.

DOSIS teneris *infantibus* Gran. 1—2—3. adultioribus Grana 6—20. — In *pertinacibus* affectibus *arthriticis* ad Gran. 30 — 60. in die ſucceſſivè inter alia remedia mixtum.

OBS. 1) *Tertia* praecipitatio adhibetur, quia prima in nimia copia partes regulinas continet, facile emeſin efficientes. Addita quant. ſuffic. *Sulphuris* communis emeticam hanc vim valde mitigat. *Selle*.

OBS. 2) *Vires Sulphur. aurat. Antimon.* tert. praecipit. augentur addito *Mercurio dulci*, continuato vero uſu, etſi nauſeam in initio creet, quum in ſequentibus diebus nullam moleſtiam creet *ſtomacho*. — *Mercurius* enim demit *Sulphuri Antimonii aurato* vim ſuam emeticam, cui Vis *ſialagoga Sulphur. Antimon. aur*. mitigatur.

OBS. 3) *Piderit* praeſcribit *Liquoris* e quo *Kermes minerale* praecipitatum fuit Unc. 24. filtrato tum in vaſe vitreo adde

Aquae communis deſtill. Unc. 144. cui tum inſtilla

Acidum Vitrioli tenue tamdiu, donec nullus pulvis amplius praecipitetur.

Praecipitatus tum pulvis chartae emporeticae imponetur, ut ab *Aqua* ſeparetur, *Aqua* dein *calida* ſufficienter edulcoretur, & ſiccetur.

OBS. 4) Ph. *Edinburg*. cupit *Lixivii cauſtici* Unc. 48. — *Aquae commun.* Unc. 36. — *Antimon.* pul-

verisat. Unc. 24. coquendas leni igne in olla ferrea, per 3. horas, perpetuo ſub motu ſpathula ferrea, cum *Aquae commun.* qu. ſuffic. dein *Lixivio* calido filtrato inſtillandi *Acidi nitroſi tenuis* quant. ſuffic. ad *Sulphur* praecipitandum, *Aqua* calida probe abluendum.

Ph. *Danica* ſuadet Reſidui e *Tinctur. Antimon. tartariſat.* pulverif. qu. plac.—*Aquae fontan.* octuplo praecipitetur, uti ſupra.

OBS. 5) *Goettling* hancce communicat praeparationem *Sulphur. aur. Antimonii*, ſola *coctione* cum *Lixivio cauſtico*, l. *fuſione*, l. *elixivatione* materiae fuſae.

1) *Lixivium cauſticum* breviter paratur, ſi *Calc.* non *uſtae* Unc. 80. cum Menſur. 3. — *Aquae commun.* ſolvuntur in vaſe figulino, cui qua adhuc calidae addendae ſunt *Ciner. clavellat.* Unc. 60. in Menſur. 2. — *Aquae commun.* ſolutis, probe miſcendae inſtrumenti ope lignei.

Poſt quietem aliquam filtratur ſolutio, reſiduo in panno, immiſſo in vas figulinum, affunditur Menſura quaedam *Aquae fervidae* de novo, poſt mixturam filtratur quoque, & priori additum ſolutioni filtratae.

In *Lixivio* hocce modo praeparato, *Antimonii* ſubtiliter pulveriſati partes duae, cum *Sulphur. commun.* partib. 3. coquuntur ad plenariam ſolutionem, in vaſe ferreo, filtrantur per chartam bibulam, quo praecipitatur tum omne *Sulphur.* ſolutum cum *Acido Vitrioli* diluto.

Praecipitatum hocce *Sulphur. Aqua* ſufficienter edulcoratur, & leni calore *deſiccatur.*

Caeterum proportio *Sulphuris* addendi, ab effectu acquiſiti *Sulph. aur.* optime determinatur.

2) *Fuſione* paratur optime in defectu *Calcis vivae.* Si *Antimonii* pulveriſati part. 2. cum *Sulphur.* contuſi part. 3. & *Ciner. clavellator.* duplo pondere ac prior. ingredient. funduntur in crucibulo, igne ſatis valido, & effunduntur tum in mortario ferreo, pulveriſata excoquuntur cum *Aqua* in aheno ferreo, calida ſolutio filtratur, *Aqua* diluitur, *Sulphur. auratum* tum praecipitatur *acido Vitrioli* diluto, *Aqua* iterum edulcoratur, & leni calore dein exſiccatur.

Olei Vitrioli anglici pars 1. cum *Aquae commun.* part. 12. diluta ad praecipitationem confert: uti Reſiduum a praeparat. *Liquor. anodyn. mineral. Hoffmann. Aqua* ſufficienter dilutum, & reſina cum terra nigra antea filtratione ſeparata. *Goettling.*

OBS. 6) *Sulphur. Antimonii auratum* a pharmacopoeo ipſo ut elaboretur, nec a *vendentibus* ematur perquam neceſſe eſt, ſolet enim plerumqne male praeparatum, vel *quisquiliis* & *cretaceis* partibus ſuccatum proſtare, & plerumque nobis ſubſidia deſunt, quibus haec vitia detegantur; Veroſimile interim *Sulphur Antimonii auratum calcareis* conſpurcatum eſt partibus, ſi *Spiritu Nitri* inſtillato efferveſcentia oritur. *Biedermann.*

OBS. 7) *Ph. Würtenb. Edit. nova* communicat methodum *Sulphur. Antimonii auratum* per *excoctionem* parandi, & quidem ita, ut *Lixivium cauſticum* paretur ex *Calcis vivae* Unc. 20. — *Ciner. clavellator.* Unc. 15. quibus ſucceſſive ſuperaffundetur quantitas ſufficiens *Aquae*, i. e. menſurae circiter 6 — 7., poſtquam hoc mixtum per 6—10. horas aſſerva-

tum, & ſaepius ſpatula lignea agitatum, fuit, filtretur. Jam

Rec. *Antimonii crudi* ſubtiliter pulveriſati Part. 2. — *FlorumSulphuris* Partes 3. coque in quantitate ſufficiente Lixivii cauſtici intra vas terreum, l. hebetem ferream, donec Lixivium dolore ſaturate flavo appareat, tunc hoc Lixivium adhuc calidum filtra, pulveri forti reſiduo denuo Lixivium cauſticum adfunde, & ſic excoque, & filtrando perge, donec omnis, quantum fieri poteſt, pulvis ſolutus ſit, ſ. donec Lixivium non amplius flavum colorem induat. Ex his Lixiviis per chartam bibulam transcolatis, & inter ſe junctis vitriolici ope, l. alius acidi *Aqua* bene diluti omne *Sulphur* contentum praecipitatur, ac *Aqua* fontana *calida* aliquoties abluitur, atque ſiccatum loco alias uſitati *Sulphuis* aurati tertiae praecipitationis poteſt inſervire.

OBS. 8) *Hagen* ſuadet Mixturam ex *Antimonii* Part. 1. — *Sulphur.* Part. 2. — *Ciner. clavellator. depur.* part. 3. Quae omnia mixta in crucibulo bene clauſo fuſa, ſolvuntur in *Aquae comm.* qu. ſuffic. ſolutio filtrata diluitur dein tanta *Aquae* copia, ac vaſa permittunt, quo tum praecipitatur, addita *Acidi Vitrioli* diluti quantit. ſuffic. Sulphur Antimonii una vice.

OBS. 9) In *genuino Sulphure Antimonii*, fuſo in crucibulo, cum alio obtecto, ad ſummum ignis gradum, nil debet remanere, nec terrei quid, nec carbonis: uti in *Lixivio cauſtico* plane ſolubilis, *genuinum Sulphur. Antimonii*, *Goetling.* obſervat.

OBS. 10) Ad *Herold* parari poteſt *Sulphur Antimonii auratum*, vel e reſiduo *Tincturae Antimonii* tartariſatae; — vel e ſcoriis *Tincturae Antimonii* ſimplicis; vel e Hepate *Sulphuris*, ſoluto in Aqua commun: filtrata ſolutio praecipitatur aliquoties cum quovis acido; quavis vice praecipitatis, a lixivio per filtrum ſeparatis, quo acquiritur *praecipitatum*, & quidem *primum* fuſcum; — *ſecundum* coloris aurantii pallidi; — dein *tertium* pallidius, quod exhibet *Sulphur Antimonii tertiae praecipitationis* ſic dictum.

Sulphur Antimonii auratum, quum conſtet caeterum e *Sulphure*, & partibus regulinis, hinc differentia horum 3. praecipitatorum praecipue conſtat, in ratione horum partium duorum inter ſe.

Herold experimentis ſuis vult demonſtrare, in Sulpure primae Praecipitationis, plures adeſſe partes regulinas, quam in ſecundae, & in hac plures quam in tertia, & tertiam hinc plus Sulphuris quam reguli Antimonii prae aliis continere. Praecipitatum quum ultimum a Sulphure flavo ex Antimonio minime discrepet, Sulphur auratum qua praecipitatum tertium, ſimul una vice poteſt acquiri hocce modo ad *Herold* obſervata.

Rec. *Antimonii* crudi partem 1. miſce cum *Sulphuris* crudi partib. 2. — & *Ciner. clavellator.* depurator. part. 3. quae omnia probe mixta in crucibulo accurate obtecto fluant, effuſa dein in Aqua calida ſolvuntur, filtrantur, diluuntur cum tanta Aquae portione, quae vaſa permittunt, praecipita tum ſimul,

cum acido Vitrioli diluto, omne Sulphur Antimonii, quod acquiret colorem amoene-aurantium.

Ad hancce pracipitationem commode adhiberi poteſt reſiduum, a Liquore anodyno minerali Hoffmann: antea vero diluendum, filtrandum, ut clareſcat.

Aliam methodum coctionis ope e propria experientia commendat *Herold*, ſumendi nimirum, uti in Lacte Sulphuris *Lixivii cauſtici*, per calcem parati, part. 1. addendi mixturam e partib. 2. *Antimonii* alcoholiſati, & *Sulphur.* crud. part. 1. durante coctione, coquendi eam in vaſculo *Aqua* communi ſufficienter impleto tamdiu, donec omne ſolvendum plane ſolutum eſt, caeterum tractandi omnia, uti ſupra.

Herold experientia edoctus contendit, ad poſteriorem methodum majorem quantitatem *Sulphur. Antimonii* acquiſiviſſe, quam ad priorem; in praecipitatione vero probe curandum eſſe, ne ſolutio nimium acidis impleatur, quo dein color praecipitati magis imminuitur, quam exaltatur; abluendum eſt hinc hoc praecipitatum Aqua fervida toties, usque dum omnis ſapor ſalſus plane eliminatus eſt, uti & omnis odor nauſeoſus ſulphureus, tum deſiccandum eſt praecipitatum caute leni calore.

OBS. II) *Piepenbring* methodum *Dollfus* commendat, qui ſuadet *Antimonii* pulveriſati Unc. 4. — *Sulphuris* pulveriſati Unc. 3. — & *Cinerum clavellator.* depurator. Unc. 12. fundendi in catino haſſiaco probe tecto, ſubito poſt fu-

ſionem pulveriſandi, dein ſolvendi in 10. Quart *Aquae* commun. ferventis, filtrandi per pannum, & adhuc calide commiſcendi cum Unc. 10. *Olei Vitrioli* anglici, diluendi tum *Aquae* frigidae purae 10. Quart, quo tum apparebit praecipitatum elegans, quod dein eluendum eſt *Aquae* commun. quant. ſuffic. in panno collectum, ſiccandum, & demum pulveriſandum. ad *Piepenbring*. Part. 1.

Et in Part. 2. annotat meliori modo *Sulphur Antimonii* ſucceſſive praecipitari, quia non perpetuo ejusdem generis Oleum Vitrioli, nec ſemper anglicum poſſit acquiri, & ſuperflua copia Acidi magis nocet, quam prodeſt.

OBS. 12) *Keup Sulphuris Antimonii aurati* praeparationem hancce ſuppeditat. — *Scoriae Reguli Antimonii ſimplicis*, l. Reſiduum a Tinctura Antimonii, affuſa *Aquae* ſimplicis fontanae aut pluviae ea quantitate, quae ſufficere videtur, ſolvantur, & ſolutio per chartam emporeticam coletur, filtratae huic ſolutioni ſ. lixivio, e quo ſub refrigeratione & mora aliquot dierum, Sulphur majori portione reguli foetum ſponte jam ſubſedit, poſt cautam decantationem in vitro, aut olla munda debite vitreata, inſpergatur *Acetum Vini*, unde praecipitabitur ingens Sulphuris quantitas, chartae bibulae ope, a lixivio probe ſeparanda.

Liquori huic l. Lixivio denuo *Acetum* inſpergatur, & demittetur inde alius pulvis, aurantii coloris, a Lixivio ſeparatum ſeorſim ſervandus. Eidem Lixivio novum iterum & multum Aceti adfundendum eſt, quo dein praecipitabitur pulvis leviſſimus aurantio —

pallidi coloris, qui edulcorandus, & ſub inſcriptione *Sulphuris Antimonii tertiae praecipitationis* ſervandus; — *primae praecipitationis* Sulphur vim plerumque habet *emeticam*, & hinc rarus ejus uſus eſt; — *ſecundae praecipitationis* autem adultioribus; — *tertiae* vero etiam tenerae aetati poteſt praeberi.

OBS. 13) *Selle* diviſionem hancce nimis incertam tenet, ideoque putat, melius fore, ſi omnes tres praecipitationes commiſceantur, & tunc earum *Vis* indagaretur, ubi, ſi adhuc nimis *emeticae* eſſent, Sulphuris communis ſufficiens quantitas adderetur Quo modo longe viliori pretio hoc remedium conſtaret.

OBS. 14) *Diſpenſator. Fuldenſe* ſuadet *Antimonii crudi* praeparati Unc. 2. — *Sulphuris citrini* Unc. 4 — *Salis alcalini* vegetabilis purificat. Unc. 6. Miſce, immittantur crucibulo, quod tectum committatur igni, ut maſſa perfecte fluat; quo tum maſſa fluens effundatur in vas purum, & ſolvatur, in quantitate ſufficiente Aquae: Solutio filtrata tanta Aquae copia diluatur, quantam vaſa adhibita capere poſſunt; ita ut Lixivium menſurae circiter 6 - 7. habeantur. — Huic tum Lixivio ſenſim inſtillentur *Spiritus Vitrioli* Unciae circiter 6. l. quantum ſatis, ut nulla amplius fiat praecipitatio, cavendo tamen nimiam Acidi quantitatem, quae colorem praecipitati obſcurum & minus vividum redderet. Ceſſante praecipitatione pulvis praecipitatus pulcherrimi aurantii coloris Aqua fervida eo usque abluatur, donec Aqua decurrens neque ſalſum ſaporem, neque nauſeoſum Ovi putridi

odorem

odorem exhibeat, quibus ceſſantibus praecipitatum leni calore ſiccatum adſervetur.

Caeterum methodus *Goetling* magis praeſtans & magis laborioſa, reapſe vero non differens, commendatur hinc quoque prae aliis.

OBS. 15) *Sulphur Antimonii auratum* ad *Hirſchii* methodum, & ad chemiſchen Taſchenbuch, conſtat ex *Antimonii crudi* Parte 1. — *Sulphure crud.* Part. 2-3 — *Ciner. Clavellator.* Part. 4. Omnia ſimul fuſa, leniter coquuntur tum in Aqua calida, qua frigide praecipitatur, cum Acido quocunque. Si nimium Sulphuris comburitur, exhibet tum pulverem nigrum, decantandum in Aqua frigida, caeterum iſtud Sulphur non ſaepius eſt praecipitandum, alias eſt officinali modo praeparatus, domatus enim eſt Regulus iſte Antimonii a *Sulphure* addito, quovis ordinario.

OBS. 16) *Sulphur Antimonii volatiliſatum* conſtat ex *Antimonii* crudi Parte 1. — *Sulphure communi* Partib. 4. — *Sal. Tartari* Part. 8. ſolutis in *Aceto* deſtillato, filtratis, deſtillâtis ad conſiſtentiam oleiformem in balneo mariae. Solvendum tum eſt remanens oleoſum ter-quater, in *Aceto* novo deſtillato, tunc procede pari modo cum Spiritu Vini, abſtrahe tum Spiritum Vini ad oleoſitatem; Oleum hoc miſce cum Bolo, ſ. Terra argillacea pura, ut plane ſiccum appareat; deſtilla tum per retortam in igne aperto, Oleum tum habebis flavum, l. rubrum, Tincturam l. Quintam Eſſentiam Antimonii. Tinctura haec cum Spiritu Vini, ſi placet, digeri poteſt, quant. ſuffic. ad dulcedinem ſummam, & tunc

abſtrahe Spiritum ad Oleitatem, ſic habebis veram medicinam ſine vitio, cujus virtutes eximias deſcribit Baſil. *Valentius* pag. 261. in Annulo Platonis, ſ. ad auream *Homeri catenam* 1781. editam, parum mutatum.

OBS. 17) Ad *Bindheim Sulphur Antimonii genuinum* exhibere debet colorem valde fulgentem aurantium, crucibulo igne forti immiſso plane avolare, & in Lixivio cauſtico ejus ſolutio plenarie ſuccedere debet.

OBS. 18) *Sulphur Antimonii auratum* officin. conſiderandum eſt, qua metalliſatio via humida ſuscepta, non plenarie deflagrati Calcis Antimonii cum majori parte *Sulphuris*, quam in Kermes minerale; acquiritur nunc ſecure e fluido, e partibus 2. *Antimonii crudi* — *Sulphure* Parte 1. & *Lixivii cauſtici* cocti ad plenariam ſolutionem & ſaturationem, praecipitat. cum Acidi quantitat. ſufficient. in quo *Calcis Antimonii* ratio eſt ad Sulphur uti 3:3. — vel praeparari poteſt mitius ex Parte 1. Antimonii, & Sulphur. Part. 2. in quali Sulphure Antimonii Calcis Antimonii ratio eſt ad Sulphur, uti 3:9: — vel cum partibus 2. prioris, & partibus 3. poſterioris, ubi ratio eſt uti 3:7.

Pulvis ita acquiſitus debet eſſe amoene & ſumme aurantii coloris, inodoris, inſapidi, magis l. minus leviter in Tartato ſolubilis, pro ratione partium conſtituentium, a diverſa praeparatione pendentium; Ratione ad Kermes minerale magis coloris vivi, minus plenarie ſolubile in Acido Tartari, in minori pondere, & in determinata Doſi Lixivii cauſtici

leviter ſolubile, aeque volatile, laevius vero gravitate ſpecifica.

Raro hinc *vomitum excitat*, frequentius *nauſeam*, & *diarrhoeam*: in minori Doſi ad Grana 2 — 5. eſt egregium *reſolvens*, & efficiens idem caeterum uti Kermes minerale.

Sände & Hahneman.

SVLPHVR ANTIMONII AVRATVM

Liquidum. ſ. *Tinctura Antimonii ſaponata Jacobi.*

Rec. *Sulphur. Aur. ſapon.* probe exſiccati Unc. 1. dein
— — *Sal. cauſtici* Unc. 1.

Spiritus Vini rectificati Unc. 12. per tres dies digere & filtra; Ad dimidiam tum abſtrahatur partem haec *Tinctura alcalina*, quantitati affundetur praeſcriptae

Sulphur. aurati ſaponati, — *Tinctur. alcalin.* ad eminentiam 3. digitorum. In *mortario lapideo* terantur per aliquot horas, *cucurbitae vitreae* poſtea immittantur, & per nychthemeron digerantur, ut omnia probe ſolvantur, & *Tinctura* evadat *dulcis*. *Piderit.*

VIS potenter *reſolvens*, *deobſtruens*, *incidens*, *diaphoretica*, *diuretica*, *haemocatarctica* inſignis ex indole *Saponis* medicati, & *Sulphuris* Antimonii facile elucefcens, eaque in forma ſoluta magis penetrans.

USUS qua varias *corporis excretiones promovens*, *ſudorem* praecipue, *humores lentos & viſcidos incidens*, convenit eximie in *viſcerum obſtructionibus*; in affectibus *aſthmaticis* - *arthriticis* - *leucophlegmaticis*, *hydropicis*; in *ſanguinis* & *cutis impuritatibus*; in omnibus caeterum morbis, in quibus l. *Antimonium crudum*, l. *Anti-*

monii Sulphur auratum, l. *Kermes minerale* tam eximie laudantur.

Qua potentiſſimum *reſolvens* & in exigua Doſi, in *obſtructionibus* chronicis *viſcerum* - *glandularum* - *hepatis*; in *hydrope* potenter agit, uti in *inveterata gonorrhoea*.

DOSIS differt a diverſa praeparat. etiam accurata, a Guttis paucis - 30 - 60. cum Decocto conveniente, bis in die.

OBS. 1) *Rancorem* quum facile acquirat *Tinctura* haec, preſtat eam in *minori* parare *quantitate*.

OBS. 2) Alii ſuadent, uti *Selle*, *Scorias Reguli Antimonii* ſimplicis, qu. lib. cum *Oleo* quovis *recenti*, *expreſſo* e. g. *Papaveris* l. *Amygdalar.* coquendi ad Saponis conſiſtentiam: quo *Sulphur Antimonii* in hoc Sapone ſolutum, multo efficacius factum eſt. Ad faciliorem deſtructionem & corruptionem hujus Saponis evitandam ſolvitur hinc ad *Jacobi* obſervata, in *Tinctura Antimon. acri*, qua *Spiritu Vini* optime cauſtico, a puro *Sale alcalino cauſtico*, omnibus regulinis partibus *Antimonii* plane orbato.

OBS. 3) *Sulphur auratum ſaponatum* paratur e *Liquore*, e quo *Kermes minerale* praecipitatum fuit, Unc. 12. cui adde *Olei Amydal.* recenter expreſſar. Unc. 3. coque & inter coquendum pedetentim inſtilla *Lixivii cauſtici* qu. ſuffic. ut *maſſa* conſiſtentiam acquirat *Saponis*.

USUS eodem ſcopo - a Gran. 5 — 8. bis terve in die cum *Sulphur. aurat. liquid*: ſ. *Tinctura Antimoii ſaponata Jacobi*; cujus praecipuum eſt ingrediens.

OBS. 4) Quidam ſuadent *Sal Alkali*, — *Calc. viv.* ana Unc. 18. Contus. coque *Aquae ſont.* quant. ſufficient. & filtra Lixivium. — *Oleo Amygdal. dulc. rec.* Unc. 12. ad conſiſtent. *Sapon.* coque, & addetur. — *Sulphur. Antimon. aurat.* ultim. praecipit. Unc. 1. — *Alcohol. Vini* — *Tinctur. Antimon. tartariſ.* ana Unc. 24.

Digere per 24. horas, filtra ad uſum.

OBS. 5) *Ph. Würtenb. nova Edit.* methodum paululum diverſam, a *Jacobi* ordinaria, communicat, ex *Antimonii crudi* pulveriſati Unc. 2. — *Florum Sulphuris* Unc. 1. *Ro. Manheim.*

Miſceantur & coquantur quantitatis ope ſufficientis *Lixivii cauſtici*, donec omnia ſoluta ſint. Filtrata huic Decocto addantur — *Olei Amygdalarum recentis* Unc. 6. coquantur in vaſe figulino, & evaporentur ad conſiſtentiam ſpiſſiorem, quale magma *Sapo* nunc *antimonialis* vocari poteſt, & ope Unciarum 32. *Tincturae Antimonii* acris ſub leni calore extrahitur, & ſub nomine *Sulphuris Antimonii liquidi* aſſervatur; quod ut gratius ſit, nonnulli pro quavis Uncia, Guttam unam *Olei Ligni Saſſafras* addunt.

OBS. 6) *Wiegleb* commiſcet *Pulver. Antimon. crud.* Unc. 2. cum *Sulphur.* Unc. 1. in vaſculo figulino cocto dein, cum *Lixivii cauſtici* qu. ſuffic. ad plenar. ſolutionem. Solutio filtratur cum *Olei Amygdalar.* Unc. 6. ſ. *Oleo* recenti *Olivarum*, ad conſiſtentiam craſſam ſaponaceam, in igne leni deflagrat, quod exhibet *Saponem Antimonii;* cum *Alcoholis* Unc. 32. *digeſtis*, *Sulphur Antimonii* liquidum exhibet.

OBS. 7) *Sulphur auratum Antimonii liquidum Keup*

ita praeparandum ſuadet. — Rec. Solutionem Scoriarum *Reguli* Antimonii, dimidiam ejus partem evaporationi ſubjice, donec Ovum illi innatare poſſit, tum vero ſtatim admiſce aequalem quantitatem *Olei* expreſſi *Papaveris*, l. *Amygdalarum*, & leniter coque, donec Oleum non amplius conſpiciatur, & maſſa digito facillme obediens prodeat; dein alteram Lixivii ſulphurati partem ſucceſſive affunde, coctionem continua, usque dum alcalini Saporis nil deprehendatur, nec Oleum amplius ſibi relictum appareat. Puls haec ſaponacea probe deſiccetur, & in mortario lapideo cum Tinctura Antimonii acri per abſtractionem Spiritus ad dimidium redacta, ad eminentiam 3. digitorum affuſa, per horas aliquot probe tere, dein cucurbitae indita, per 24 horas digere. Ita prodibit peramoena, omnis acredinis expers Tinctura, quae totum Saponem una cum Sulphure Antimonii ſolutum ſiſtit, nullo in *Cucurbita* reſiduo relicta.

OBS. 8) *Diſpenſator. Fuldenſe* ſuadet *Saponis antimonialis* Drachm. 2. — *Tincturae Antimonii acris* ad dimidias concentratae Drachm. 6. — Mixta digerantur leni calore, vitrum ſaepius agitando, donec Sapo perfecte ſolutus & cum Tinctura intime unitus ſit.

OBS. 9) *Piepenbring* ſuadet ad hancce praeparationem commiſcendi *Saponis antimonialis*, ad *Wiegleb* methodum ſupra deſcriptum, in vaſculo vitreo Unc. 12. *Spiritus Vini* rectificatiſſimi, dein addendi cum Unc. 12. *Aquae* deſtillatae, & tum leni digeſtioni relinquendi, ſolutionem filtrandi, & ita aſſervandi.

OBS. 10) *Sulphur Antimonii liquidum* eſt ad *Sande* & *Hahneman Spiritus Saponis* maritatus *Sulphure Antimonii.* — Coquuntur nimirum *Antimonii* Part. 2. & *Sulphur.* Pars 1. cum *Lixivii cauſtic.* quant. ſuffic. ad ſolutionem, filtrantur, & tum inſpiſſantur cum *Olei* mitis partib. 6. ad conſiſtentiam craſſam, (l. ad Saponem antimonialem,) & cum *Spiritus Vini* partibus 24. leni digeſtione extrahuntur.

Sapo antimonialis & ejus *Tinctura*, in 1 — 2. menſibus plane eſt inefficax,) continet colorem fuſco-rubrum, odorem Hepar Sulphuris redolens, - ſaporem medium tenens inter Hepar Sulphuris & Balſamum Sulphuris: Caeterum *Vis* eorum eſt *reſolvens. Sande* — *Hahneman.*

SVLPHVR ANTIMONII RVBRVM,
vide *Kermes Minerale.*

SVLPHVR ANTIMONII AVRATVM *Vogler.*

Rec. *Antimonii crudi* Unc. 4.

Sulphuris commun. flav. Unc. 8.

Ciner. clavellator. optim. & ſiccor. Unc. 16.

Pulveriſata & invicem mixta, in crucibulo tecto fundantur igne moderato, ne Sulphuris nimia pars deſtruatur. Quam primum perfecte fuſa & unita ſunt, effundatur materia in mortarium, contundatur craſſiuſcule, & Aquae fontanae fervidae purae qu. ſuffic. ſolvatur. E ſolutione per pannum laneum colata adhuc fervida, & Aqua probe diluta protinus cum Spiritu Vitrioli acido, omne Sulphur Antimonii ſimul ac ſemel praecipitetur, quod Aqua fontana pura

frigida diligenter abluendum, & loco umbroſo calido in charta emporetica ſuperinverſum cribrum poſita, lente ſiccandum eſt. Liquores primi decantati evaporatione dant Tartarum vitriolatum non ſpernendum, fuſum & in fluore conſtitutum. Hepar Sulphuris antimonialis, ſi agitetur oportet, fiſtula argillacea hauriendo, Tabaci fumo inſerviente id peragatur. Adbibita ſpatula ferrea Sulphur Antimonii partibus Ferri, & ſordido Croci Marte colore inquinat.

Commode ſic, unica tantum praecipitatione, & ſumtibus exiguis, conficitur Sulphur Antimonii auratum pulcherrimum, largiſſimum, ſaluberrimum, quod igitur ubique civitate pharmacevtica donari, illudque parandi methodus omnibus Diſpenſatoriis inſeri meretur. Primum illud elaborare docuit *Hirſching*, poſtmodum *Wiegleb*, tum ulterius hancce methodum commendavit & promulgavit *Goetling* — *Dollfus*.

Sulphur commune, quod ibi addi praecipitur, Antimonio reddit particulas ſulphureas, quae igne ablatae fuerunt, inſervitque nudatis regulinis, draſticis rurſus involvendis & cicurandis. Quantum autem huic ſcopo ſufficiat, modo citati auctores diſſentiunt. Quantitatem ſupra retinui a *Hirſching* determinatam, quum juſtam demonſtrarunt experimenta mea clinica, inquit *Vogler*.

Vis & *Uſus*. Hoc *Sulphur Antimonii auratum* Hirſchingianum ſiſtit pharmacum, quod *irritabilitatem* fibrarum *excitare*, humores mobiles reddere, lentas & tenaces *reſolvere*, *excretiones* praeſertim, periphericam *promovere*, *viſcera* obſtructa *reſerare*, ſanguinem *purificare*, ideoque non paucos morbos profligare valet, prout jam

dudum in praxi clinica obſervavi, multisque experimentis me convici.

Non modo aliis medicamentis efficacibus, ſed & mero *Sacharo*, aut *Magneſiae Nitri* adſociatum, aegrotis *hydropicis*, *aſthmaticis*, *arthriticis*, *ſcorbuticis* &c. illud praebui, quibus Granum 1/2. aliquoties de die ſumtum, *largum ſudorem*, Granum 1. *ſalivae* profluvium & *nauſeam*, Grana 2. *leniſſimos vomitus*, & ſubinde *diarrhoeam* procurarunt.

Cum Sulphure itaque Antimonii aurato pluribus praecipitationibus parando, atque Kermes minerali pari paſſu ambulat, iisque, ob cauſas allatas pharmacevticas, & oeconomicas ſurrogari poteſt ac debet. — Pluribus etiam morbis accommodatum eſt, qua Tincturae Antimonii officinales & celebratum Sulphur Antimonii auratum liquidum, quippe quae praeſente aut imminente calore febrili locum non habent. — Similia, quin ſuperiora medicamenta ex Sulphure Antimonii aurato Hirſchingiano, & Sapone veneto, l. Sapone vegeto-minerali Gravenhorſtiano, Soda Hiſpanica depurata ſ. Sale Alcali minerali, Tinctura lixivia mea &c. longe facilius & e veſtigio componi queunt.

Quodcunque Sulphur Antimonii auratum, adeoque Antimonium crudum, in medicamentis compoſitis acidis junctum, nauſeam facile & vomitus excitat haud raro vehementes. Iidem effectus obſervantur, ſi abundante primarum viarum acido ſumitur.

Optime igitur confert copula ejus cum abſorbentibus, & antacidis v. c. Sapone, Magneſia Nitri l. Salis amari; & ratio nunc perſpicitur, ex qua

Electuarium meum viſcerale, *Mixturam diureticam*, *Pilulas pectorales - polychreſtas - viſcerales*, & *Pulverem diſcutientem* Magneſia ingreditur.

Caeterum notatu dignum eſt, ſubjecta quandoque obvenire adeo ſenſibilia aut irritabilia, ut minutiſſimas etiam Doſes Sulphuris Antimonii, aliarumque emeticorum ferre nequeant, ſed hypercatharſes inde ſentiant.

Hic mentio ſimul facienda eſt *alius Sulphuris Antimonii aurati correcti*, aliaque parandi methodus deſcribenda.

Rec. *Cinerum clavellator.* puriſſ. Unc. 15.
ſolvantur in *Aquae fontan.* purae Menſuris 3. dein

Calcis vivae Unc. 20. in vaſe fictili,

Aquae fontan. purae tribus Menſuris,

itidem infundantur; & ſimulac Calx fatiſcere & calefieri incipit, ſine mora *Cinerum Clavellatorum* ſolutio admiſceatur, miſcela ſaepius agitetur & tandem clarum a ſedimento per decantationem ſeparetur.

Hujus *Lixivii cauſtici* Menſuris 3. injiciantur, prius ſubtiliſſime tritae & inter ſe mixtae,

Sulphuris commun. flavi Unc. 3.

Antimonii crudi Unc. 2.

Coquantur ad quartae partis Lixivii conſumtionem, ſolvantur, & ex ſolutione filtrata Aqua ſufficienter diluta cum

Spiritus Vitrioli acidi quant. ſuffic.

ſimul & ſemel omne Sulphur Antimonii praecipitetur, quod, *Aqua* fontana pura probe ablutum, in umbra leni calore ſiccetur. Relictae forſan poſt decoctionem Antimonii, ac Sulphu-

ris particulae nondum ſolutae, Lixivio cauſtico reſiduo ſolvendae ſunt, ſolutio cum priori confundenda, & una cum illa praecipitationi ſubjicienda. *Vogler.*

A *Goetling* traditum hoc *Sulphur Antimonii auratum* via humida, ſ. coctione parandum, colore quidem ſuperbo gaudet aurantio, & cum praecedente Hirſchingiano, via ſicca conficiendo, viribus medicis juxta obſervationes meas plane convenit. Quod autem praeparationem ejus attinet, eam, ob Lixivii cauſtici elaborationem, & Antimonii crudi alcoholiſationem, & nimiam Acidi vitriolici quantitatem, ad praecipitationem hujus Sulphuris neceſſariam, tam operoſam, qum ſumtuoſam; ideoque methodo Hirſchingianae poſtponendam eſſe judico, contendit *Vogler.*

SVLPHVR ANTIMONII EXTEMPORAN.
Kaempf.

Rec. *Tartari emetici* Gran. 3.
Lactis Sulphuris,
Elaeoſachari Citri, ſ. *Chamomillae*, ſ. *Cajeput* ana Scrupul. 4.
Laudan. liquid. Sydenham. Gutt. 8.
Miſce triturando.

USUS praecipuus in *acrimoniis ſanguinis*, verſus cutem iisdem determinatis, nec non ſcopo *reſolvendi.* *Keup.*

SVLPHR CVPRI.

Rec. *Vitrioli veneris* qu. ſuffic. ſolve in
Aquae pluvial. qu. ſuffic. filtrato Liquori impone laminam ferream mundiſſimam, *Cu-*

prum adhaerens laminae ferreae detergatur, & *Aqua* ſaepe abluatur. Tum

Rec. *Cupri ſic abluti* Unc. 3.

Mercur. viv. depur. Unc. 9.

Haec ambo terantur in mortario vitreo forti, leni igne ad Amalgama: cui Unc 3. *Mercurii* in partes aequal. diviſae pariter binis vicibus addentur.

Amalgamationem ſin ita praeſtare non poſſis, demitte mortarium cum *Cupro* & *Mercurio* in *Aquam* ebullientem, ita, ut Undae ebullientis mortarium transſcendant, illudque inundent cavendo, ne mortarium diſſiliat: ſedulae triturationis ope cum piſtillo vitreo l. marmoreo abibunt in *Amalgama*: quod in cucurbita vitrea per menſem, igne arenae 100. graduum digeratur. Qua fuſcum redditum cum *Aqua communi* deſtillata, tritum exhibet pulverem e viridi fuſcum, qui ſiccatus, eſt *Sulphur Cupri. Ph. Herbipolit.*

SVLPHVR PRAECIPITATVM,
vide *Lac Sulphuris.*

SVPPOSITORIVM PVRIFICANS.

Rec. *Sebi Cervin.* Drachm. 3.

Gummi *Ammoniac.* Drachm. 2.

Myrrhae elect. Drachm. 1.

Miſce, redige lege artis ad Suppoſitoria 12.

USUS ad *vulnera inteſtini recti* purificanda, ſananda, omni bihorio unum. *Eſſich.*

OBS. 1) E *Sapone* parantur *Suppoſitoria*, quae non ſufficienter irritant, praeparatum vero

Suppoſitorium e *Vitello Ovi*, cocti ad mollitiem quandam, cum *Butyro inſulſo* commixtum, addito pauco *Sale*, & Nodulum ope *Lintei*, ex eo paratum, ſemper ſecure irritat ano immiſſum, & alvum promovet. (Obſervat. D. H. in Baldinger Magazin.)

SVPPOSITORIVM ROBORANS.

Rec. Rad: *Tormentill.* — *Cortic. Quercus* ana Drachm. 2. confice cum quantit. ſuffic. *Mellis*, Suppoſitoria octo. *Eſſich.*

USUS in *debilitate - paralyſi inteſtini recti*, & poſt *haemorrhagias*, omni quatriduo unum.

SVPPOSITORIVM SAVNDER.

Rec. *Mellis* Unc. 1/2.

Salis marini Drachm. 1,

coque ad idoneam ſpiſſitudinem, ut fiat Suppoſitorium.

SYRVPVS ABSYNTHII.

Rec. *Summitat.* recent. *Abſynthii* junior. Drachm. 6—8. Inciſa infundantur

Aquae fontan. Unc. 1. ſub prelo ſtanneo expriment. & colaturae Unc. 12. addantur

Sachari albiſſimi Unc. 20. una aut altera ebullitione ſolvantur, & fiat *Syrupus*. Ph. *Brunſuic.*

VIS *ſtomachica*, *carminativa.*

USUS in *viſcerum abdominalium - ſtomachi debilitate, flatulentiis*, *diarrhoea*, *dyſenteria.*

DOSIS ad Cochlear. 1—2. l. per ſe, l. cum Vino, l. Electuariis *ſtomachicis.*

OBS. 1) Ad Pharm. *Londinenſem*

1) In *Syrupis* conficiendis, ubi nec *Sachari* pondus, nec modus, quo id ſolvi debeat, haec ſit Norma.

Rec. *Sachari* purificat. Unc. 29.

Liquoris cujuscunque Unc. 12.

ſolve *Sacharum* in Liquore, in balneo aquoſo, dein ſepone per horas 24. ſpumam aufer, & e faecibus, ſi quae ſint, effunde *Syrupum*. Ph. *Londinenſ.*

OBS. 2) Caveant Pharmacopaei, ſuadet Diſpenſat. *Fuldenſe*, ne *Syruporum* confectionem in vaſis cupreis, ſed potius lapideis aut terreis vitreatis ſuſcipiant.

Ne *Syrupos* in vaſis ſtanneis, ſed in vitreis, aut porcellaneis adſervent; neque Syrupus violaceus, licet vividum ſuum coeruleum colorem in iis melius, quam in aliis vaſis conſervet, ab hac regula eximitur.

OBS. 3) Omnes *Syrupi*, uti *Moench* contendit, e *Succis Fructuum*, e. g. *Citri*, — *Rubi idei*, — *Berberum* parati, requirunt, ut *Sacharum* antea ad conſiſtentiam tabellatam coquatur, & hinc ad Unc. 10. (ſ. 20. Loth,) *Succi* Unc. 32. *Sachari* requiruntur. Succus hic affunditur, qua clarificatus antea, & ebullire debet tantum una vice, alias enim, diuturniore coctione, Sacharum ad formam Cryſtallorum nimium tranſit. — Pari modo paratur *Syrupus Amygdalarum*, Sacharum vero prius eſt eſt percolandum, antequam ad connubium redigitur, quia tum Emulſio Amygdalarum affuſa, aeque minus Sacharo ebullite debet,

ac percolari, alias ſupra remanent partes oleoſae in forma cutis craſſae albae.

SYRVPVS ACACIÆ FLORVM.

Rec. *Flor. Acaciae recent.* Unc. 24.

Infunde in *Aquae commun.* bullient. Unc. 24. ſtent per 12. horas in vaſe clauſo figulino vitreato, exprime Colaturam Unc. 19. cum *Sachar.* albi Unc. 36. coque in *Syrupum* per linteum colatum, ſervandum uſui. *Ph. Auſtriac.*

VIS *laxans, reſolvens, anthelmintica, antinephritica.*
USUS in *tuſſi*, *alvi obſtructione.*

DOSIS teneris a Drachm. 1—3. adultioribus 6—8.

SYRVPVS ACETI.

vide *Oxyſacharum.*

OBS. 1) Diſpens. *Fuldenſe* ſuadet *Aceti Vini* fragrant. Unc. 24. — *Sachari* albiſſimi Unc. 42. mixta coquendi balnei ope vaporis in vaſe vitreo, ad conſiſtentiam *Syrupi temperantis, antiſeptici.* Diſp. *Fuldenſe.*

OBS. 2) Ph. *Suecic.* Edit. nova ſuadet *Aceti Vini* Unc. 24. — *Sachari* albiſſimi Unc. 48. In vaſe vitreo tepide commiſcendi ad *Syrupum, vi temperante - antiphlogiſtica, excitante,* praeditum inprimis.

SYRVPVS ACETOSITATIS CITRI,

vide *Syrup. Citri Acetoſit.*

SYRVPVS ALBVS,

vide *Syrupus Simplex.*

SYRVPVS ALLII.

Rec. *Capitum Allii* minutiſſime conciſorum Unc. 6.
Aquae commun. fervent. Unc. 12.

Macerentur per 12.horas in vaſe vitreo probe clauſo, quo facto in Liquore percolato ſolvantur
Sachari albi in fruſta conciſa Unc. 10.
ut fiat *Syrupus*.

VIS *irritans*, *incidens*, egregie *reſolvens*, mucum bronchiis impactum, *anthelmintica*.

OBS. 1) Rec. *Allii* recent. contuſi Unc. 12.—*Aquae fluvialis* fervent. Unc. 24. vaſe clauſo macera per horam, Liquori percolato adde *Sachari* albiſſimi Unc. 24.

VIS & USUS ſcopo *anthelmintico*. Ph. *Suec*. Edit.nova.

SYRVPVS ALTHEÆ.

Rec. Rad. *Altheae* rec. decortic. Unc. 9. coque cum *Aquae fluviatil*. Unc. 72. ad humidi tertiam partem conſumtam. Liquori exprimendo colato, & per noctem reponatur, ut partes groſſiores ſubſideant, ſubſidentia depurato adde
Sachari puriſſimi Unc.72. Modico igne coque ad *Syrupi* ſpiſſitudinem, cui refrigerato adde
Aquae Aurantii Unc. 2. *Selle*, Ph. *Londin*. *Roſſica* — *Suecica*.

VIS *emolliens*, *demulcens*, *bechica*.

USUS ad remedia *bechica*; in *nephritide*, *urinae* ardore; in affectibus *pectoris*, *tuſſi*, a materia *acri* & *ſalſa* orta; in affectibus *colicis*, *nephriticis*, & *catarrhalibus*, ab acrimonia humorum orta; in nimia *irritabilitate* inteſtinorum.

Caeterum additur, l. *Decoctis*, l. *Mixturis*, l. cochleatim ſumiur ad Unc. 1. & ultra.

OBS. 1) Ph. *Londienſ*. ſuadet Rad. *Altheae* cont. Unc. 12. ad *Sachari purificat*. Unc. 48. — *Aquae*

Aquae deſtillat. Congium 1. coquendi Aquam cum Rad. Altheae ad dimidium Liquorem frigefafactum exprimendi, ſeponendi per horas 12. & poſt faecum ſubſiſtentiam Liquorem effundendi, addito Sacharo, ad Unc. 66. pondus decoquendi.

OBS. 2) *Piderit* compoſit. communicat e Rad. *Altheae* — *Gramin.* — Herb. *Altheae* ana Unc. 1. —*Paſſular. mundatar.* Unc. 1/2. coquend. cum *Aquae ſontan.* Unc. 36. ad remanentiam dimidiae partis, cum *Sachari albi* Unc. 24. quo tum unica ebullitione lege artis *Syrupus* colatus antea ſervandus eſt.

OBS. 3) Ph. *Danica* ſuadet ad Rad. *Altheae* Unc. 3. — *Aquae fontanae* Unc. 72. coctis ad 3. part. conſumtionem in fine Rad. *Liquirit.* Unc. 1. — Herb. *Capillor.* vener. Unc. 1. & 1/2. Colatur. addend. *Sachar. alb.* Unc. 72. leniter ut coquantur ad *Syrupum.*

OBS. 4) *Keup* ſuadet Rad. *Altheae* rec. Unc. 12. coqu. Aqu. font. qu. ſuffic. expreſſis addendi *Sachari* albi Unc. 48. coquendi ad Syrupi conſiſtentiam.

Diſpenſ. *Fuldenſe* commendat Radic. *Altheae* decorticat. Unc. 12. minutim conciſae coquantur in *Aquae commun.* Unc. 144. ad medietatis conſumtionem; caeterum uti ſupra.

SYRVPVS AMYGDALINVS,

ſ. *Emulſivus*, ſ. *Hordeatus*, ſ. *d'Orgeade.*

Rec. *Amygdalar. dulcium excorticat.* Unc. 8.
Aquae Roſarum Unc. 16.
— *Naphae* Unc. 1.
Emulſionis inde factae Unc. 12. addentur

Sachari albiſſimi, ad tabulati ſpiſſitudinem
cocti, Unc. 24. Miſce.

VIS *demulcens*, *emolliens*. *Ph.Dan. Ed.nov.*

USUS ad *edulcoranda medicamenta*, *reſinas* ſolvendas; *emulſiones* parandas extemporaneas, in quibus *Aquae* Unc. 1. ſufficit ad Syrup. Drachm. 1.

OBS. 1) *Piderit* commendat *Amygdalar. dulc. excorticatar.* Unc. 8. — amarar. Drachm. 6. in mortario lapideo contunde per horas 2. ſucceſſive addendo *Aquae fontan.* Unc. 12. Maſſam tum ſacculo linteo incluſam preli ope exprime, tum

Rec. *Sachari albi* Unc. 12. coque — *Aquae fontan.* Unc. 6. ad *Sachari* tabulati conſiſtentiam. — Emulſioni praeſcriptae adde tandem *Sacharum*, per pannum cola, & *Syrupum* hunc in vaſe vitreo l. porcellaneo ad uſum ſerva

OBS. 2) *Syrup. amygdalinus hordeatus* ad *Ph. Suecicam* audit; ſi *Amygdal. dulc.* Unc. 12. — amarar. Drachm. 2. decorticat. contund. in mortario lapideo, cum piſtillo ligneo, tum ſenſim adduntur Decocti *Hordei* Unc. 24. Liquori dein expreſſo colato addentur *Sachari* albiſſimi pulverat. Unc. 18. l. qu. ſuffic. ad *Syrupi* ſpiſſitudinem.

Ph. Danica ſuadet loco *Aqu. commun.* — *Aqu. Roſar.* Unc. 6. — *Aqu. Naphae* Unc. 1. ad *Amygdalar. dulc.* Unc. 8. & Emulſion. Unc. 12. — *Sachar.* Unc. 8.

OBS. 3) *Alii* ſumunt ad acquirendam *Emulſionem ſubitaneam Amygdalar. dulc. excortic.* Unc. 4. — amarar. Drachm. 2. ut fiat Emulſio cum *Aqu. fontan.* Unc. 15. — *Sachari albi* ad con-

ſiſtent. tabul. coque Unc. 18. Miſce, poſt refrigerationem adde *Aquae Naphae* Unc. 1/2. l. Drachm. 6. poſt Mixturam *Sachari* & *Lactis*, leni igne tum ebullitiones quaedam ſuscipiendae ſunt. *Ro. Manheim.*

OBS. 4) Ad Diſpenſat. *Fuldenſe* commendant *Amygdalar.* dulc. depilatar. Unc. 9. — amararum decorticatar. Unc. 1. in mortario lapideo contundantur, & per aliquot horas piſtilli ope lignei terantur, ſub trituratione ſucceſſive addendo *Aquae commun.* deſtillat. Unc. 24. Maſſa per aliquot horas probe trita, ſaccoque lineo forti infuſa, committetur prelo, Liquori ita obtento addentur *Sachari* puriſſimi ad conſiſtentiam tabulati cocti, Unc. 24. & in patina terrea ampla ſatis probe conquaſſentur, dum refrigeſcant, & Syrupi conſiſtentiam habeant.

OBS. 5) A quibusdam *Syrup. d'Orgeade* paratur hocce modo: Rec. *Amygdal.* Unc. 3. — amarar. Unc. 2 & 1/2. contund. cum 4. *Semin. frigidor.* 1. Loth. & pauca Aqua, tum dilue majori copia *Aquae* commun. exprime per linteum, adde dein *Sachari* bene clarificati. Si iſtud fila trahit, tum effunditur Emulſio Amygdalarum, coquitur per 1/2 quartam horae partem, ab igne remotus dein, tum bene terendo miſcetur *Aqua Aurantiorum* florum ſimplici, Sacharo edulcorati.

OBS. 6) Ad tractatum peculiarem, a D. Joſeph *Baader*, ſub titulo, *purgierender Mandelſyrup für Kinder*, München 1789. editum, commendat §. 4. *Syrupum* ſuum *amygdalinum purgantem* infantibus dicatum, inprimis, qua

conſtantem ex Extracto quodam purgante-ſaponato-vegetabili, plane peculiariter parato, cum Syrupo Amygdalarum amararum unitus, & adaptatus ita, ad remedium valde efficax-innoxium & ab infantibus commode aſſumendum, inprimis valde efficax obſervatum in epidemia varioloſa & morbilloſa.

Hujus Mixturae color & odor multum convenit cum Syrupo Amygdalarum ſimplice-amaro, Sapor vero primum dulceſcens, dein parum ſaponaceus, mox vero evaneſcens a potu Aquae l. Lactis, l. utriusque ſimul, quo modo ſuavis oritur Emulſio Lactis, nullum remedium redolens, ſaporem quoad, & infantibus inprimis ſuave; cujus *Vis* praecipue eſt *reſolvens*, *detergens*, inteſtina *purificans*, & inprimis utilis in Doſibus minimis-reiteratis, ubi *mucus tenax* eſt *reſolvendus*, *vaſa* eo obſtructa *aperienda* ſunt, & *diureſis promovenda* cum tranſpiratione inſenſibili; in majori vero Doſi *bilis acris*, vermes, ejusque *mucus*, excrementorum copia in inteſtinis ſine ullo dolore colico & incommodo ſufficienter ſunt educenda; & magis confortans, quam alias *purgans*, e *Manna, foliis Sennae*, & *Sale Glauberi*. — *Doſis* eſt cochleatim in infantibus, & adultis ad Unc. 1/2.

SYRVPVS DE AMMONIACO.

Rec. *Gummi Ammoniac.* elect. Unc. 2. Solve in
Vini albi Unc. 10. ſolutioni adde
Sachari albi ad conſiſtent. tabul. cocti Unc. 16.

Agitentur usque dum refrigeſcant. *Syrupus* aſſervetur. Ph. *Herbipolitan.* *Würt.*

VIS eximie *reſolvens*, *incidens*, *diſcutiens* vehementer, *detergens*, *purgans* pulmones.

USUS ad *pectoris* affectus *inveteratos*, *pituitoſos inveteratos*; in *aſthmate*, ſpecifice in *muco tenaci*, a *craſſa* & *lenta pituita* orto.

DOSIS per ſe Unc. 1/2.—Drachm. 6—8.

OBS. Ph. *Brunſuic.* loco *Vini albi* Unc. 10. ſuadet *Aquae Hyſſopi* cohobatae & *Vini albi* ana Unc. 5.

SYRVPVS ANTISEPTICVS.

Rec. *Acidi Vitrioli* tenuioris Drachm. 1.

Syrup. ſimplicis Unc. 1. Miſce.

VIS & USUS e titulo patent. Ph. *Suecic.* Edit. nova.

SYRVPVS AVRANTIORVM CORTICVM.

Rec. *Aurantior. Cortic.* ab albedine mundator. ſ. *flavedin. mali Aurant.* Unc. 2—4.

Vini albi generoſi Unc. 12. In calido loco probe maceratis per 12—24. horas, in vaſe probe obturato, *Vinum* poſtea decantetur, filtretur & cum

Sachari albi clarificati, & ad conſiſtentiam tabulati cocti Unc. 18—24. miſcendo fiat *Syrupus.*

VIS *antiſpasmodica*, *roborans*, *ſtomachica*, *carminativa*, *analeptica*. *Piderit.*

USUS Potionibus, mixturis & *ſtomachicis* & *carminativis*. Gratia ſua palato in *Mixtur.* blanditur.

OBS. 1) Ph. *Roſſica*, *Herbipolit.* & *Suecica* praeſcribunt tantum Flaved. *Cortic. Aurant.* Unc. 6. — *Aquae fluviatil. bullient.* Unc. 36. infunde per biduum vaſe clauſo, & colaturae ſubſi-

dentia depuratae adde — *Sachari* albiſſimi Unc. 66. quant. ſufficit ad *Syrupi* craſſitudinem.

Ph. *Auſtriaca Syrupum* e foliis *Aurantii mali* quoque communicat, ita ut Fol. *Aurant. mali* Unc. 3. infundantur per 22. horas in *Aquae ferventis* Unc. 48. ebullitionibus aliquot coletur Decoctum, & cum dupla portione *Sachari albi* fiat *Syrupus* ſine coctione.

OBS. 2) Ph. *Londinens.* ſuadet *Cortic.* exterior. *Aurantior.* recent. Unc. 8. — *Aquae deſtillat. fervent.* Unc. 60. Macera per horas 12. in vaſe aperto, & in Liquore colato ſolve *Sacharum* purificatum, ut fiat *Syrupus*.

OBS. 3) Diſpenſat. *Fuldenſe* cupit *Cortic. Aurantior.* recent. flavor. & a medulla alba liberator. Unc. 6. — *Vini albi* generoſi Unc. 18. mixta macerentur per 24. horas in loco calido, vaſe probe obturato, quo tum Vinum decantatum & filtratum cum *Sachari* tabulati cocti Unc. 20. miſcetur conquaſſando ad *Syrupum*.

SYRVPVS BALSAMICVS ſ. TOLVTANVS.

Rec. *Sachari albiſſimi* Unc. 32.

Aqu. fontan. Unc. 20.

brevi coctione ad ſpiſſitudinem redactis, colatis, & ſemi-refrigeratis immiſceantur, aſſidue agitando,

Balſami tolutan. Drachm. 6. cum

Sachar. albi pulveriſ. Unc. 1. & 1/2.

Spielmann. Ph. Londin.

VIS *ſtomachica*, vere *balſamica*, *vulneraria*, *pectoralis*.

USUS Si calida interna permittuntur, ut *vulnera-*

tis, *ulcere* interno affectis ſine notabili calore febrili, *tuſſientibus*, *tuſſi phtiſica* affectis, *aſthmaticis* in *gonorrhoea.*

DOSIS Drachm. 1 — 3.

OBS. 1) *Ph. Edinburg. Herbipolit.* praeſcribunt *Syrup. commun.* Unc. 24. — *Tinctur. tolutan.* Unc. 1. Syrupo recens parato, & ab igne remoto, cum pene refriguerit, immiſcendi parum Tincturae motu ſub perpetuo.

OBS. 2) *Ph. Würtenb. & Brunſuic.* praeſcribunt *Julapii roſat.* Unc. 12. — *Eſſent. Balſam. Peruvian.* Drachm. 4. Miſce.

OBS. 3) *Syrupus balſamicus*, Rec. *Syrup. commun.* adhuc calidi Unc. 3. — *Eſſentiae Balſami Copaivae* Drachm. 1. Concutiendo miſceantur, ut fiat *Syrupus*, — *Vi balſamica - roborante - nervina - irritante* praecipue ſe commendans.

Diſp. *Fuldenſe.*

SYRVPVS BERBERVM.

Paratur e *Succis Berberum*, uti *Syrupus Acetoſitatis Citri*, cujus

VIS & USUS idem. Caetera *aciditate* ſua grata *ſuperans*; valde *refrigerans*, *ſitim* & *aeſtum mitigans*; *bilemque reprimens*, *calidis* in *febribus* praecipue conveniens. Commiſcetur l. *Potionibus* l. *Julapiis.*

SYRVPVS BRYONIÆ.

Rec. Succi Radicum *Bryoniae* defaecat. Unc. 18.
Sachari Unc. 32.

fiat unica ebullitione, poſt *Sachari* deſpumationem *Syrupus.*

VIS & USUS ejus praecipue eſt; *ſerum expurgat*, potenter *reſolvit*, hinc *hydropicis* & *aſth-*

maticis commendandus; ob inſignem amaritiem etiam *vermibus* & aliis inſectis, atque beſtiolis, in corpore humano natis, adverſatur; *menſtruum educit fluxum*, & ad *virginum morbos* laudatur.

DOSIS Unc. 1/2—1. *Diſpenſat. Würtenb.* Edit. nova.

SYRVPVS CAPILLORVM VENERIS.

Rec. *Capill. vener.* parum inciſor. Unc. 3.

Infunde cum *Aquae fontan.* fervid. Unc. 42.

Digere per horas 12. & cum *Sachari albi* Unc. 48.

Infunde iterum *Herbae Capillorum vener.* recent. inciſ. qu. plac. cui infuſus maneat Syrupus, donec frigeſcat, & additur, ſi opus ad diluitionem, & odoris gratiam.

Ph. Auſtriaca.

Aquae florum Aurantii l. *Naphae* l. *Roſar.* Unc. 1—2.

VIS *incidens, attenuans, reſolvens.*

USUS, in *tuſſi* & *pectoris* morbis, *aſthmate* a pituita viſcida ortis: loco *Sachari* in Infuſo theiformi, uti & in *raucedine*, *pleuritide* admiſcetur remediis *bechicis.*

SYRVPVS CASSIÆ FLORVM.

Rec. *Florum Caſſiae*, craſſiuſcule contuſorum Unc 2. Immitte cucurbitae vitreae, & adde

Vini albi generoſi, Unc. 20.

Stent in loco calido, vaſe bene obturato per nychthemeron, & filtratis adde

Sachari clarificati, & ad conſiſtentiam tabulati cocti Unc. 24. fiat lege artis Syrupus. *Piderit.*

USUS qua remedium *analepticum* & *ſtomachicum* commendat. *Piderit.*

SYRVPVS CERASORVM ACIDORVM.

Rec. *Succi Ceraſorum acid*. probe defaecati Unc. 10.
Sachari clarificati & ad conſiſtent. tabulati cocti Unc. 13. cum dimidia. Quo tum fiat unica ebullitione *Syrupus*, qui colatus ſervandus eſt.

USUS ad *Julepos* & *Mixturas temperantes*, uti *Syrup. Acetoſitatis Citri* ob gratitudinem ſuam, ad extinguendam ſitim, bilem domandam, & aeſtum temperandum, hinc ad cordialia relatus jam eſt.

SYRVPVS CHAMOMILLÆ.

Rec. *Florum Chamomill. vulgar. recent.* Unc. 6-12.
Infunde *Aquae fontanae fervent.* Unc. 12.
Stent in vaſe probe clauſo, per 12. horas, in balneo vaporis, tum vero in Liquore per colatorium preſſo de novo infundantur,
Florum Chamomillae Unc. 6 — 12. Et denuo *Infuſum* per 12. horas in balneo vaporis digeratur, & uti prius per colatorium prematur, per aliquot horas quieſcat, ut per ſubſidentiam depuretur, tunc autem Liquori claro decantato addentur *Sachari albi* ad conſiſtentiam tabulati cocti Unc. 12. Mixta conquaſſando ad conſiſtentiam Syrupi redigantur.

VIS *antiſpaſmodica*, *carminativa*, *emolliens*.
Ph. *Würtenb. Herbipolit. Fuldenſ.*

USUS ad *colicam*, tam *flatulentam*, quam *ſpaſmodicam*; in febre 4tana & 3tiana, cum aliis permixtus; tam in potionibus, quam mixturis; electuariis & clyſteribus.

SYRVPVS CICHOREI cum RHABARBARO vide *Syrup. Rhei.*

SYRVPVS CINNAMOMI.

Rec. *Cinnamomi* electi, contuſi groſſiuſc. Unc. 4—5.
Aquae Cinnamomi ſpirituoſ. Unc. 24. Digere in cucurb. vitrea clauſa per 24. horas Colat. adde
Sachari albiſſimi clarificati, & ad conſiſtentiam tabulati cocti Unc. 30 — 36.
Ph. *Roſſica—Herbipolitan.—Würtenb.*

VIS *nervina*, *analeptica*, *roborans*, *excitans*, *ſtomachica.*

USUS hujus *Syrupi pergrati* per ſe l. cum *Aquis roborantibus* ad Unc. aliquot; in debili *ventriculo* & digeſtione laeſa; uti & in *oris halitu* corrigendo conducit.

SYRVPVS CITRI, ſ. ACETOSITATIS *Citri e Succo Limonum.*

Rec. *Succi Limonum* ſ. *Citri* rec. expr. Unc. 10—12.
Sachari albi clarificati defoecati ad conſiſtent. tabulati cocti Unc. 16 — 24. Unica facta ebullitione, ſervetur in vaſe vitreo,
Syrupus antea colandus. *Piderit. Ph. Roſſica Würtenb.*

VIS *temperans*, *antifebrilis*, *antiſeptica.*

USUS *Julapiis* & *Potionibus* additur *analepticis*, *temperantibus* ita ut *Syrupi* talis Drachm. 1. ad *Julepi* Unc. 1. veniat; ad *ſitim* & *aeſtum* mitigandum; in *febribus acutis;* ad *bilem refraenandam*, *putredinem* arcendam & *vermes.*

OBS. 1) Quidam pharmacopaei ſumunt loco *Succi Citri*, — *Aceti Vini* genuin. Unc. 10 — 12.

ad *Sachari albi* Unc. 15. coquendi ad Syrupi tenuis conſiſtent. cui dein addenda eſt haec Mixtura ex *Olei Citri* Drachm. 1/2. prius probe trituratione commixta cum *Succi albi* Unc.1- Quo modo *viliori pretio* acquiritur *Syrupus Acetoſitatis Citri*; qui jucunditate & ſuavitate antecedit ordinarium. *Ro. Manheim.*

SYRVPVS CITRI CORTICIS E TOTO.

Rec. *Flavedin.* e *Cortice Citri* recent. Unc. 3.

Aquae fluvial. fervent. Unc. 30. in vaſe clauſo macera per horam & Liquori colato adde

Aquae Aurantii Unc. 1. & 1/2.

Sachari albiſſ. qu. ſuffic. ad *Syrupi* conſiſtent.

VIS *temperans*, *antiſeptica*, *reſocillans*, *roborans*, *analeptica*. Ph. *Suecica.*

USUS *Syrupi* hujus gratiſſimi ad *ſitim* ſedandam, & *aeſtum*; in *febr. acutis - malignis - exanthematicis*, *potionibus* additus *temperantib. malignitatem* non ſolum *arcet*, ſed & *vires reſtaurat.*

OBS. 1) Ph. *Würt.* praeſcribit *Corticis Citri* exterioris recentis Unc. 2. & 1/2. inciſi, ut infundentur in *Succi Citri* recent. Unc. 22. Poſt digeſtionem exprimantur, in expreſſo diſſolve *Sachari albi* Unc. 30. ſervetur uſui.

OBS. 2) *Syrupum Aceti* ſuadet *Herold* ex *Aceto Vini* Unc. 36. — *Sachari* alb. Unc. 54. incoquendi ad *Syrupi* conſiſtentiam, qua Syrupum valde ſuavem - *antiſepticum* - *temperantem* in Decoctis variis, in noſocomiis ſemper utilem.

SYRVPVS COCHLEARIÆ.

Rec. *Succi Herb. Cochlear.* recent. expreſſ. Unc. 24.

Sachari albi Unc. 48.

Facta ebullitione congrua conficiatur Syrupus.

VIS & USUS e titulo patet, praecipue quoque ad *Electuaria antiſcorbutica oris*, ubi abſtrictio & reſolutio requiritur. *Ph. Auſtriac.*

SYRVPVS COLCHICI,
vide *Oxymel Colchicum.*

OBS. 1) *Keup.* ſuadet Rad. *Colchici* recent. ſucculent. in taleolas tenues ſectae Unc. 1. — *Aceti* optimi Unc. 12. — *Sachari* puriſſimi Unc. 26. digerendi Radicem in *Aceto* per biduum, vas ſubinde agitandi, dein leniter exprimendi & colandi. Liquori colato addendi *Sacharum* contritum, & coquendi paululum, ut fiat Syrupus.

Convenit hic *Syrupus* cum *Oxymelle Colchico*, quo tamen gratior eſt, inprimis illis utilis erit, qui *Mel* perferre nequeunt. *Keup.*

SYRVPVS COMMVNIS, vide *Simplex.*

SYRVPVS CROCI.

Rec. *Croci orient.* ſ. *viennenſ.* Drachm. 6. infunde *Aquae ſervid.* Unc. 10. Digere in vaſe clauſo per 3. dies, tum exprime, Colaturae adde *Sachari albi* Unc. 16. unicam poſt ebullitionem *Syrupus* filtratur. *Pfingſten. Ph. Würtenb.*

VIS *anodyna*, *demulcens*, *pectoralis*, *alexipharmaca*, *emmenagoga.*

USUS in *catarrho infantibus* qua *leniens*, *ſopiens tuſſim* a Drachm. 1. pro Doſi unica: & ad alia remedia interna.

OBS. 1) Ph. *Herbipolitan.* ſuadet *Vini Crocei* Unc. 12. e quibus fiat cum *Sachari clarificati* & ad conſiſtent. tabulat. coct. Unc. 16. l. a. *Syrupus.*

Ph. *Londin.* ſuadet *Croci* Unc. 1. — *Aquae deſtillat.* fervent. Unc. 12. Macera *Crocum* Aqua per horas 12. in vaſe aperto, Liquore colato ſolve *Sacharum* purificatum, ut fiat *Syrupus.*

SYRVPVS CYDONIORVM.

Rec. *Succi Cydoniorum* ad 3. partis conſumtionem evaporati Unc. 18.

Sachari albi Unc. 30. fiat diſſolutione & deſpumatione, unica ebullitione facta, Syrupus. *Ph. Würtenb.*

VIS *temperans*, *adſtringens*, leniter *analeptica*, *ſtomachica.*

USUS in *diarrhoea, dyſenteria, nauſea, vomitu*: electuariis, infuſis & potionibus additur.

DOSIS Unc. 1. & ultra per ſe, vel cum aliis remediis mixtus.

OBS. *Ph. Londin.* compoſitio multis conſtat aromatibus, plurimum nimium calidis.

SYRVPVS CYNÆ

paratur e Semin. *Cynae*, uti *Syrupus Cardui Benedicti.* — *Chamomillae.* *Gmel.*

VIS *laxans* — *anthelmintica.*

SYRVPVS DIACODION,

vide *Syrup. Papaveris albi.*

SYRVPVS DOMESTICVS,

vide *Syrup.* de *Spina cervina.*

SYRVPVS EMETICVS.

Rec. *Vitri Antimonii* Drachm. 2.

Vini albi Unc. 12. ſtent per triduum leni calore in digeſtione, Colaturae adde

Sachar. puriſſ. Unc. 30. ſola diſſolutione, & unica ebullitione fiat *Syrupus* in vaſe vitreo aſſervandus. *Ph. Herbipolit.*

VIS & USUS e titulo patet, a Drachm. 6 — 8. una vice. Caeterum in *apoplexia; catarrho ſuffocativo;* in morbis *bilioſis* emetica reformidantibus, commodum caeterum *emeticum*, ad infuſ. theiforme. — Guttae aliquot cum *Aqua*, & ſingulo horae dimidio.

DOSIS ad Drachm. 2 — 6.

OBS. 1) *Spielmannus* ſuadet *Florum Antimonii* Unc. 1. — *Cremor. Tartari* Unc. 2. — *Sachari* Unc. 6. coquantur per 6. horas cum *Aqua fontan.* Unc. 80. colatur. evaporet, ad *Mellis* conſiſtentiam, cui addentur *Spirit. Vini rectificat.* Unc. 16. per 10. horas digerantur, & leni igne evaporentur ad *Syrupi* conſiſtentiam.

OBS. 2) *Ph. Auſtriac.* commendat *Vitri Antimonii* ſubtiliter pulverati Unc. 1. Infundatur per horas 24. in *Aceti Vini* Unc. 20. adde dein — *Cinnamomi* — *Radicis Zedoariae* — *Seminis Angelicae* ana Drachmas 2. — *Croci* Drachm. 1/2. Stent adhuc per aliquot horas, tandem filtra Liquorem per duplicem chartam emporeticam, & cum *Sachari albi* Unc. 20. coquatur ad Syrupum.

SYRVPVS EMVLSIVUS,

vide *Syrup. Amygdalinus.*

SYRVPVS ENVLÆ.

Rec. *Succi radic. Enul. defoecat.* Unc. 18.

Sachari albi Unc. 30. Solutionem ad *Syrupi* formam redactam filtra. *Ph. Würtenb.*

VIS *reſolvens*, *incidens.*

USUS in *pectoris affectibus.*

SYRVPVS ERRATICI FLORVM,
vide *Syrupus Papaveris Rhoeados.*

SYRVPVS DE ERYSIMO LOBELII.

Rec. Herb. *Eryſimi* totius recent. Unc. 12.
Radic. *Enul.* Unc. 3.
Summitat. ſiccat. *Rorismar.* Unc. 1. & 1/2.
Semin. *Aniſi* Drachm. 6.
Inciſa & contuſ. coqu. in *Aquae fontan.* Unc. 36.
Paſſul. mundat. Unc. 2.—Succi *Eryſimi* Unc. 5.
ad remanent. Unc. 22. expreſſa additis
Sachari alb. Unc. 40. coquantur ad *Syrupum.*

VIS *attenuans*, *incidens*, *reſolvens*, *ſtimulans*, *expectorans*, *diuretica. Ph. Würtenb. - Danica - Brunſuic,*

USUS in *pectoris* affectibus *pituitoſis* & *viſcoſis*; in *aſthmate*, *raucedine.*

DOSIS ad Unc. 1/2. — 1. ex Infuſis - Decoctis, ſero lactis, aliisque vehiculis.

OBS. 1) Omiſimus alias plantas heic nil efficientes.

OBS. 2) Ph. *Brunſuic.* communicat *Syrup.* de *Eryſimo ſimplic.* e *Succi* expreſſ. Herb. recent. *Eryſim.* & depurat. — *Mell. deſpumat.* ana Unc. 12. Miſcendi lege artis ad *Syrupum.*

OBS. 3) Diſp. *Fuldenſe* cupit tantum Herbae recent. *Eryſimi* florent. qu. placet. Contundetur in mortario lapideo, & exprimetur ſuccus, colati ſucci partibus 3. addentur *Mellis* deſpumati part. 2. ſuperque leni igne, ſub continuo motu coquantur ad *Syrupi* conſiſtentiam, qui colatus ſervetur.

SYRVPVS FOENICVLI.

Rec. *Semin. Foeniculi* contuſi Unc. 6.
Aquae fontan. Unc. 72.
Digerantur per 24. horas, & leni calore abſtrahantur Liquoris Unc. 7. addendae
Sachari albi Unc. 14. Reſiduum colatum cum
Sachari albi Unc. 48. coquatur ad Syrupum, qui ſuperiori tepidus admiſceatur.
Ph. Danica. Edit. nova.

VIS *carminativa, ſtomachica.*

SYRVPVS HORDEATVS.

vide *Syrupus Amygdalinus.*

SYRVPVS HYDRARGYRI,

vide *Mercurius gummoſus.*

SYRVPVS HYSSOPI.

Rec. *Herb. Hyſſopi* leviter ſiccat. Unc. 2.
Capillor. vener. Unc. 1/2.
Rad. *Enul.* Unc. 1.
— Apii Unc. 1/2. coque Radices & Capill. vener. in
Aquae commun. Unc. 30. ad Colaturam Unc. 26. in quibus infundetur *Hyſſopus*, & poſt digeſtionem in loco calido, infuſo expreſſo, & clarificato adde
Sachari albi Unc. 32. fiat Syrupus. *Ph. Würt.*

VIS *diaphoretia, diſcutiens, reſolvens.*

USUS ad *reſolvendos viſcidos humores, pulmones roborandos, tuſſientibus aſthmaticis,* in potionibus, electuariis, mixturis.

DOSIS Unc. 1/2. una vice per ſe ſolum adhibetur.

SYRVP. MANNÆ LAXATIVUS SIMPLEX.

ſ. *Solutivus.*

Rec. *Mannae calabrin.* Unc. 12. ſolve in

Aquae

Aquae fontan. Unc. 20. Colaturae adde
Sachari albi Unc. 24. coque ad *Syrupi* conſiſtentiam, cola & ſerva uſui. *Piderit.*

VIS & USUS uti *Syrupus* de *Rhabarbaro*. Infantibus ſcopo *laxante*, *ſolvente*, ad Drachm. 1—2. ad humores a *pectore* derivandos, & recens natis *meconium* educendum.

DOSIS Scrupul. 2—4.

OBS. 1) Magis efficiens interdum eſt *Syrupus Mannae* cum foliis *Sennae* compoſitus.

OBS. 2) *Syrup. Mannae compoſitus* paratur e Fol. *Sennae* Unc. 2-3. — Semin. *Aniſi ſtellati* Unc. 1/2. — *Sal. Tartari* Drachm. 1. Infundantur in *Aquae fervidae* Unc. 15-20. Stent per horas 5-6. facta dein una alterave ebullitione coletur Decoctum, ac cum *Albumine Ovi* ebulliendo clarificetur, in quo tandem diſſolvendae ſunt. *Sachari albi* Unc. 24—28. — *Mannae* Unc. 2—3. fiat *Syrupus*.

OBS. 3) Ph. *Roſſica* praeſcribit tantum Folior. *Sennae* Unc. 2. infundendas cum *Aqua*, & in Colatura Unc. 12. diſſolvendas *Mannae* Unc. 6. — *Sachari* albiſſimi Unc. 12. fiat *Syrupus* cum Colatura.

OBS. 4) Diſpenſ. *Fuldenſe* cupit *Mannae* calabrinae Unc. 1. ſolvantur in *Aquae* commun. Unc. 1. & 1/2. addantur *Sachari* albiſſimi Drachm. 6. coqu. ad *Syrupi* conſiſtentiam, qui colatus detur.

SYRVPVS MASTICHINVS.

Rec. *Maſtiches elect.* parum cont. Unc. 2. infunde in *Aquae Maſtichinae* Unc. 12. Digere in vaſe probe clauſo, per 3. dies, in Colatura diſſolve

Sachari albi Unc. 16. ad *Syrupi* conſiſtentiam.

VIS *ſtomachica*, *adſtringens*.

USUS ad *ventriculi* vitia, a cauſa frigida orta; ad *catarrhos*. *Potionibus* & *Electuariis* additur vel pro lubitu ab Unc. 1/2.—1.

SYRVPVS e MECONIO, vide *Syrup. Diacodii.*

SYRVPVS MENTHÆ.

Rec. *Herb. Menthae ſiccae* Unc. 4.

Aqu. Menth. Unc. 22. Digere in vaſe clauſo per biduum, exprime, in colatura unica ebullitione diſſolve

Sachari albi Unc. 16.

VIS *roborans*, *ſtomachica*, *carminativa*, *antihyſterica*.

USUS ad *flatus diſſipandos*; ad *nauſeam* - *ſingultum* - *vomitum* tollendum, uti & in *affectibus* quoque *hyſtericis* - *uterinis*.

OBS. Syrupus *Meliſſae* pariter praeparatur.

SYRVPVS MERCVRIALIS.*

Rec. Mucilagin. *Gummi arabici* albi Drachm. 6,

Mercurii vivi Drachm. 1.

terantur invicem in mortareo vitreo ad perfectam *Mercurii* extinctionem, tumque ſub continuata trituratione addentur, *Syrupi commun.* Unc. 4. ut fiat *Syrupus*.

VIS *reſolvens*, *anthelminthica*, *antivenerea*.

Datur Cochlear parvum. Diſpenſ. *Fuldenſe.*

SYRVPVS MORORVM.

Rec. *Succi Mororum maturor.* Unc. 20.

Sachari alb. Unc. 32. ad *Syrup.* formam redacti.

VIS *temperans*, leniter *adſtringens*, *refrigerans.*

USUS cum *Syrup. Cераſor.* acid. convenit: in *inflammatione - aſperitate - ſiccitate oris - linguae-faucium;* ad *anginam - aphthas - tuſſim*, *ſitim* & *aeſtum* mitigandum. Miſcetur tunc l. cum *Aceto*, l. cum aliis *Linctibus* & *Decoctis*, prout indicatio hoc determinat.

OBS. 1) *Syrupum Succi Limonis* ſuadet Pharm. *Londinenſ.* e *Succi Limonum* defaecator. colat. Unc. 24. — *Sachari* depurat. Unc. 50. ſolvend. Sachar. ut fiat Syrupus.

SYRVPVS MYRTILLORVM.

Paratur e Succo *Myrtillorum*, uti *Syrupus Ceraſorum* l. *Acetoſitatis Citri*, l. *Mororum*, cujus

VIS & USUS idem: excepto peculari uſu in *haemorrhagiis;* uti in *diarrhoeis* & *ventriculi* debilitate, qua lene *adſtringens, tonicum, temperans. Piderit.*

OBS. 1) Ad Diſpenſat. *Fuldenſe* requiruntur tantum Fructuum *Myrtillorum* maturor. qu. plac. contundatur & exprimatur ſuccus, qui per aliquot dies reponatur in loco frigido, dum partes groſſiores elevari incipiant, quo tum Succus coletur, & denuo per aliquot dies in loco frigido reponatur, donec ſubſideant partes groſſiores, ſubſidentia facta Succus clarus, per pannum laneum colatus ponderetur, & in ſartaginem terream vitreatam immittatur, eique addatur

Sachari albiſſimi aequale pondus,

unica ebullitione fiat Syrupus, per pannum laneum colatus - aſſervandus, cujus *Vis* praecipue eſt *ſubacida - antiſeptica - reſolvens - ſubadſtringens.*

SYRVPVS NICOTIANÆ.

Rec. Folior. *Tabaci* ſiccator. Unc. 1/2.

Minutim conciſa coquantur per horam in

Aquae commun. Unc. 6.

Liquor a decoctione relictus, qua inutilis effundatur; tum vero

Rec. Folia a decoctione relicta, addantur iis

Raſurae radic. *Liquiritiae* Unc. 1.

Aquae commun. ebullient. Unc. 12.

coquantur invicem in vaſe aperto per aliquot tempus, ad quartae circiter partis conſumtionem, Liquori tum expreſſo & colato addantur

Mellis deſpumati Unc. 8.

coquantur ad Syrupi conſiſtentiam.

VIS *ſtimulans*, *incidens*, *reſolvens*, *expectorans*.

SYRVPVS d'ORGEADE,

vide *Syrupus amygdalinus*.

SYRVP. PAPAVERIS ALBI, ſ. DIACODION

Liquidum montanum, ſ. *Syrup.* de *Siliquis*, e *Meconio Londinenſium*.

Rec. *Capit. Papaver.* alb. mediocriter maturor. modice ſiccator. & a ſeminibus mundator. leviter ſiccator. Unc. 12. macerentur conciſa capita per 12. horas in

Aquae fontanae Unc. 96. probe cocta, (ad Diſpenſ. Fuldenſe Unc. 48. ad remanent. Unc. 24.) exprime fortiſſime & Colaturae Unc. 9. adde

Sachari albi Unc. 16. (ad Diſp. Fuldenſe Unc.

24.) unica ebullitione fiat tum *Syrupus*, qui colatus ſervetur. *Piderit*. Ph. *Suecica*.

In Editione nova praeſcribuntur *Capit. Papaver*. Unc. 14. — *Aquae fluvial*. bullient. qu. ſatis, macerat. per 12. horas, & leniter incoctis, ut humoris inde expreſſi & colati ſuperſint Unc. 24. Huic dein adde *Sachari* albiſſimi pulveriſat. Unc. 48.

VIS *anodina*, *involvens*, *demulcens*, *ſopiens*, *reſolvens*, *antiſpaſmodica*, ſomnum *concilians*.

USUS ad *potiones* in *diarrhoeis* nimiis, l. in variis *doloribus*, ad Unc. aliquot inter alia remedia. In *morbis pectoris*, qua *acres* & *ſalſos humores involvens*, confert in *tuſſi acri*; ad *materiam incraſſandam* in *catarrhis ſalſis* tenuibus, *aſperitate faucium*; in *angina*, *phtiſi*, *haemoptyſi*, & ſpecifice in *pleuritide*, *urinae ardore*; & quidem in *emulſionibus* l. *ſolum*.

DOSIS a Drachm. 2 — 8. *infantibus*, adultis ad Unc. 4. per ſe, alias in majori Doſi aliis miſcetur remediis.

OBS. 1) Ph. *Edinburg*. ſuadet quoque, ut in *Syrirupi ſimplicis* Unc. 24. ſolvetur *Extracti Capitis Papaver*. albi Drachm. 1.

Ph. *Würtenb*. praeſcribit ſub nomine *Syrup. Papaver. albi* Capit. *Papaver. albi* cum Seminibus Unc. 8. — *Aquae fontan*. Unc. 48. coquend. ad dimid. Colaturae addend. *Sachari albi* Unc. 36. ad *Syrup*. conſiſtentiam.

OBS. 2) Ph. *Würtemb*. ſub nomine *Syrup. Diacodii* ſuppeditat hancce praeſcriptionem e Capit. *Papaver*. nondum plane maturor. cum Semin. Unc. 2. — *Siliquarum dulcium* Unc. 2.

& 1/2. Inciſis affunde *Aquae fontan.* Unc. 18. Leni igne coqu. ad Colaturam Unc. 10. in fine coction. adde *Liquiritiae* recent. minutim inciſae Unc. 1. & 1/2. & diſſolve in ea *Sachari candi* rubri Unc. 16. Deſpumatus & colatus *Syrupus* ſervetur.

OBS. 3) *Syrupus Diacodii crocatus* fit ad Ph. *Würtenb. Syrupo Diacodio* ſimplici, addendo - *Croci* optimi Drachm. 1., magis *anodynas* & *reſolventes* vires tum ei concilians.

OBS. 4) *Keup* ſuadet ad *Syrupum Diacodii* — *Capit. Papaver.* albi Unc. 24. — *Aquae bullient*, Congios 3. — *Sachari* albi Unc. 48. macerata capita in *Aqua* communi coquendi ad Liquoris tertiam remanentem partem, tum valide expreſſa colandi, Liquorem colatum iterum coquendi ad 1/2. partem, & iterum colandi, tum primum *Sacharum* addendi.

SYRVPVS PAPAVERIS RHOEADOS, ſ. *Erratici* florum.

Rec. Flor. *Papaver. Erratici* ſ. *Rhoeados* Unc. 24.
Infundantur cum
Aquae communis fervidae Unc. 36. Macerentur per 24. horas, exprimentur & cum
Sachari albiſſimi Unc. 65. ad *Syrupi* conſiſtent.

VIS blande *anodyna*, *demulcens*, *emolliens*, leniter *adſtringens*, & *paregorica*, *antiſpasmodica.*

USUS in *angina*, *tuſſi*, *pthiſi*, *pleuritide*, *haemoptoe*, additur *Julepis* & *Electuariis*, nec non *Decoctis*; in *morbis pectoris*. Ph. *Würtenb.*

SYRVPVS PAPAVERIS ERRATICI *vitriolatus.*

Rec. *Papaver. erratic.* Unc. 24. infunde

Aquae fervent. Unc. 36. digere per 24. horas, exprime, Colaturae adde

Acidi Vitrioli diluti Unc. 2.

Sachari albi Unc. 72. ad Syrupum redige,

VIS *temperans, antiſeptica.* Ph. *Herbipolit.*

USUS in febribus *putridis - acutis*, ad *Infuſa* & *Decocta*, ad aliquot Uncias.

SYRVPVS PECTORALIS, vide *Mel pectorale.*

OBS. 1) Ad *Piepenbring Syrupus pectoralis* ita parari quoque poteſt, qua potenter *reſolvens* in *pectoris* affectibus, in *tuſſi.*

Rec. *Specierum pectoralium completarum* Unc. 6. (quae ſupra ſub titulo Species pectorales completae indicatae ſunt:) — *Aquae fontanae*, — *Sachari* albi ana Unc. 48. — Quales Species cum *Aqua* ad Unc. 30. incoquendae ſunt, dein exprimendae, & cum Sacharo ad Syrupum parandae, pro *Doſi* 1/2 — 1. — 1 & 1/2.

SYRVPVS PERSICORVM FLORVM.

Rec. Flor. *Perſicorum* recent. Unc. 12. Macerentur per horas 12. in

Aquae calentis l. *Aquae* Flor. *Perſicor.* Unc. 12. Colaturae depuratae Unc. 9. ſolve

Sachari albi Unc. 16. ad *Syrupi* conſiſtentiam.

VIS *laxans* lene, *anthelmintica.* Ph. *Würt.*

USUS *infantibus teneris emeticum*, provectioribus *laxans, ſerum* & *bilem, vermes* & *lumbricos* inprimis educit.

DOSIS Drachm. 1 — 4 — 8.

SYRVP. PERUV. CORTICIS, ſ. CHINATVS.

Paratur e Cortice *Peruviano* ſ. *Chinae*, uti *Syrup. Cortic. Aurantiorum.*

VIS e *ſimplici* ingrediente patet, inprimis *roborans, tonica, antifebrilis, ſtomachica, analeptica.*

USUS *adultis* in remediis *antifebrilibus, antiſepticis, tonicis* &c. ad Unc. aliquot: — *Infantibus* praecipue *Corticem Peruvian.* in alia forma reformidantibus, a Drachm. 1—4. ter quaterve in die; in *febrib. intermittentibus;* in *febr. putridis*, viſcerum & concoctionis-*debilitate*, & in omnibus morbis, in quibus Cortex prodeſt. *Piderit.*

DOSIS per ſe a Drachm. 4 — 8. ter quater in die. *Adultis* quoque ad Unc. aliquot, in remediorum connubio *antifebrilium-roborantium.*

OBS. 1) *Mellin* ſuadet Cortic. *Chinae* pulveriſat. Unc. 4. — *Cinnamom.* elect. Unc. 1. — *Vini rubri* generoſi Unc. 24. Macerandi in clauſo vitro per biduum, ſaepius agitando, exprimendi, colandi, & in Colatura una ebullitione diſſolvendi *Sachari albi* Unc. 32. ut fiat *Syrupus*, per pannum colatus.

OBS. 2) *Keup* & *Diſpenſ. Fuldenſe* ſuadent *Cort. Peruv.* pulveriſat. el. Unc. 4. — *Cinnamom.* elect. Unc. 1. — *Vini rubri* generoſi Unc. 24. macerandi in vitro probe clauſo, ſaepius vitrum movendo, per biduum, dein exprimendi, & colandi, in Colatura ebullitione una diſſolvendi *Sachari* albi Unc. 32. Syrupum hunc per pannum colatum aſſervandi.

SYRVPVS RAPHANI RVSTICANI.

Rec. Succi *Raphani* ruſticani recenter expreſſi, & per ſubſidentiam depurati Unc. 1.

In eo abſque igne ſolvatur
Sachari albi finiſſimi Unc. 1.
conquaſſentur invicem ad conſiſtentiam Syrupi.

VIS *ſtimulans*, *incidens*, *antiſcorbutica*, *diuretica*.

DOSIS per ſe a Drachm. 1—3. ut plurimum tamen in connubio aliorum exhibetur. Diſpenſ. *Fuldenſe*.

SYRVPVS REGIVS,
vide *Julepus Roſarum Meſue*.

SYRVPVS RHAMNI CATHARCTICI,
vide *Syrupus* de *Spina cervina*.

SYRVP. RHEI ſ. CICHOREI cum RHABARB.

Rec. Radic. *Cichorei ſylveſtr*. Unc. 3. coque cum
Aquae fontan. Unc. 36. ad tertiae partis conſumtionem, cui dein adde
Radic. *Rhabarbari* veri minutim inciſæ, Unc. 2.
Ciner. clavellator. depur. l. *Sal. Tartari* Scrup. 2.
Stent per aliquot horas in *loco calido*, & exprimantur, quibus adduntur
Sachari clarificati & ad conſiſtent. tabulati cocti Unc. 32. colato iſto *Syrupo* addentur denique
Aquae Florum Caſſiae ſpirituoſae, ſ. *Cinnam. vinoſ*. Unc. 2. & ſerventur uſui. *Piderit*.

VIS *laxans* egregie, *aperiens*, *bilem evacuans*.

USUS. Qua optime *alvum* leniter & *bilem educens acrem*, *infantibus nupernatis*, ad *parva cochlearia* confert eximie, non tam facile *tormina excitans*, uti *Syrupus* de *Manna* laxativus, *meconium* educendi: interim tunc praeſertim *valens*, in doloribus *colicis*, & inde ortis *convulſionibus*, quando *morbis pectoris infantes* laborant: uti & in eorum *torminibus*, & inde ortis *convulſionibus*.

Qua *aperiens*, & *ſaponaceum* remedium, aliis mixtum, confert inprimis quoque in *obſtructionibus glandularum meſenterii*, & *viſcerum* abdominalium, nec non adultioribus commode datur, aliisque additur laxantibus.

DOSIS a Drachma 1 — Unc. 1. pro aetatis & ſcopi ratione.

OBS. 1) Aromata heic ſuperflua, in quibusdam Diſpenſator. praeſcripta, omiſſa ſunt.

OBS. 2) *Rhabarbarum* infunditur quoque per noctem, & ſemel modo mane ut ebulliat, in quo *Infuſo* dein duplum *Sachari* ſolvitur.

Pharm. *Roſſica* praeſcribit tantum *Rhabarbar.* Unc. 2 — *Alkali Tartari* Drachm. 1. — *Aquae bullientis* Unc. 18. Digerantur per 12. horas, & in Colatura clarificata ut ſolventur — *Sachari albiſſimi* Unc. 24. ut fiat *Syrupus.*

Ph. *Suecica* praeſcribit Infuſ. *Rhei* qu. pl. — *Sachari albiſſimi* duplum pondus commiſceantur

OBS. 3) *Mellin* commendat *Rhabarbar.* veri raſi l. pulveriſat. Unc. 1. infunde per horas 24. in *Aquae fontan.* quant. ſuffic. ſtet in vaſe vitreo, in digeſtione leni calida, vas ſaepius movendo: Colaturae adde — *Sachari* quant. ſuffic. ut fiat *Syrupus.*

OBS. 4) *Diſpenſ. Fuldenſe* ſuadet Tinctur. *Rhabarbar.* ſaturat. Unc. 12. in ea ſolvantur *Sachari* albiſſimi Unc. 24. leniſſimo igne redigantur ad *Syrupi* conſiſtentiam. *Vis aperiens*, *laxans*, *tonica.*

SYRVPVS ROSARVM PALLIDARVM
ſ. *Solutivus.*

Rec. Flor. *Roſar. pallidar. recent.* Unc. 12. macerent

Aquae bullient. Unc. 36. per 12 — 24. horas,
Liquori tum colato & defoecato adde
Sachari qu. ſuffic. ad Syrupi conſiſtentiam.

VIS *adſtringens*, *laxans* leniter.

USUS ad *gargariſmata;* qua *lene laxans* infantibus neonatis ad Drachm. 1. — adultis magis ad Unc. 1—2. additus *potionibus laxantibus.* Ph. *Edinb.*

OBS. 1) Idem Syrupus commode quoque paratur poſt *Aquam Roſarum* deſtillat. e Liquore reſiduo bene defaecato. Ph. *Edinb.*

Ph. *Herbipolit.* uti & *Herold Folior. Sennae* Unc. 1. addend. ſuadet.

OBS. 2) Paratur quoque hicce *Syrupus* e *Roſis ſiccis* Unc. 7. — *Aquae bullient.* Unc. 48. — *Sachar. puriſſ.* Unc. 72. Caeterum, uti ſupra: ſcopo magis *adſtringente* in *diarrhoeis.*

OBS. 3) *Keup* ſuadet Flor. *Roſar. pallidar.* Unc. 48. — infundend. in *Aquae commun.* calidae Unc. 96. digerendi per 24. horas, tum colandi, exprimendi; In Colatura denuo Roſarum eadem quantitas infundetur, idque tertium repetatur, tandem in Infuſi Unc. 9. ſolvendo *Sachari* albi Unc. 16. fiat Syrupus.

SYRVPVS RVBI IDÆI & RIBIVM,

Paratur e Succo *Baccar. Rubi Idaei* & *Ribium* bene maturor. fermentat. & per ſubſidentiam depurat: uti Syrup. *Ceraſorum acidorum*, cujus

VIS & USUS idem quoque, excepto ſapore tam ſuavi & *analeptico*, qualitate & *reficiente* & *refrigerante*, in *aeſtu* ac *ſiti febrili*, & in morbis *inflammatoriis;* admiſcetur *Julapiis* & *Mixturis analepticis-antiſepticis-temperantibus-antalcalinis*, in *febr.*

intermittentibus - *acutis* - *malignis* - *inflammatoriis;* in *aeſtu febrili*, & in *affectibus bilioſis*, ob ſuavem & mitiorem ejus aciditatem Drachm. 1. Syrupi hujus communiter ad Julepi Unc. 1. ſufficit. — Caeterum ad *Roob* & *Syrupos* parandos in pharmacopaeis aſſervatur.

Pari modo paratur *Syrupus Fragorum*, - *Ribium nigrorum*, - *Rubii arctici*, - & *nigri*, *Vitis ideae* ad *Pharm. Roſſicam.*

OBS. 1) *Spielmann.* communicat hunc *Syrupum* cum *Aceto Beaumé*, e *Succo Rubi Idaei* Unc. 40. —*Aceti Rubii* Unc. 14.—*Sachari albi* Unc. 100. clarificatus *Syrupus* ut aſſervetur.

OBS. 2) Diſpenſ. *Fuldenſe* cupit *Succi Ribeſior.* rubror. maturorum &c. Unc. 20. — *Sachari* albiſſimi Unc. 32. coqu. ad Syrupum.

OBS. 3) *Syrupus Rubi Idaei* cum *Aceto* ad leniendam *ſitim* quam optime, paratur ad *Piepenbring* hacce via levi, & ſimplici. Rec. *Succi Rubi Idaei* Unc. 10. — *Aceti Vini* optimi, Unc. 5. — *Sachari albi* Unc. 18. Miſce.

OBS. 4) *Keup* ſuadet *Succi* Baccarum *Rubi Idaei* depurat. Unc. 20. — *Sachari* albi Unc. 27. fiat Syrupus.

OBS. 5) *Dieterich* praeparat e *Succo* defoecato *Rubi Idaei* per 8—10. dies, quieti repoſito, usque dum ſedimentum exhibet, ſubacidum, quod tum edulcorat *Sacharo*, & quidem ejus Unc. 16. (ponderis civilis,) ad *Succi* defoecati Unc. 20. *Bauder.*

SYRVPVS SAPONIS.

Rec. Gum. *Arabic. pulveriſ.* Unc. 1. & 1/2.
Balſam. Canadenſis Drachm. 2. & Scrupul. 2.

Fiat lege artis *Emulſio* cum
Aquae fontan. Unc. 8. Miſce cum
Sachar. alb. quant. ſuffic. ad conſiſtent. tabulat. coct. fiat *Syrupus.* *Ro. Manheim.*

VIS *balſamica* & cum *Tinctura* rad. *Jalap. laxans.*

OBS. 1) *Syrupus ſaponaceus balſamicus Baader*, (ad Tractatum ejus peculiarem, Augſpurg 1784. edit. ſub titulo *laxierender balſamiſcher Seifenſyrup*, als ein ſpecifiques *Hülfsmittel* in *Schleim- und Obſtructions-Krankheiten*,) conſtat e *Sale Sodae* puro, & *Oleo Olivarum* optimo ad *Syrupi* conſiſtentiam paratum, addito ſimul *Terebinthin. cyprin.* ſelect: uti & *Sacharo* clarificato, & *Oleo Citri* ad *Syrupi* formam redacto, commendat qua *abſtergens*, *reſolvens* remedium eximium, & cujus

Vis ob contentam Saponem venetam eſt *reſolvens* potentiſſimum, *calefaciens* - *roborans* - *antiſepticum* - *purificans* - *ſanans*, hinc qua Balſamus naturalis cenſendus eſt; & ob *Sacharum* in eo contentum, qua Sal dulce-ſaponaceum - reſolvens - purificans - antiſepticum, commendat ad *ſcorbutum*, amaris junctum.

Remedium hocce balſamicum-ſaponaceum concentratum effectum edit, inprimis penetrantem - detergentem - commiſcentem - reſolventem - purificantem, ſine ulla nauſea, & ventriculi gravitate, vel appetitus imminutione, l. humores depravandos, l. ſine ulla metuenda noxa, uti alias in remediis ſaponaceis occurrit.

Uſus. *Syrupum* huncce *ſaponatum* - *balſamicum* commendat *Baader* qua *ſpecificum* efficax ſecurum, in *morbis pituitoſis* & *obſtructionibus*; inprimis ſpeciatim mucum tenacem ventricu-

li, & inteſtinorum *reſolvit*, & *detergit*, *acidum involvit*, corrigit *bilem* inertem, *appetitum excitat*; eſt *carminativum* efficax & *diureticum*, uti & *anthelminticum*; *mucum* per nares potenter educit & per os, purificat inteſtina; roborat fibras teneras, & irritat laxas; *diluit* humores a muco tenaces, obſervata vero ſimul diaeta congrua, & adhibita per aliquot tempus ad Cochlearia 2—3. cum Unc. 3. *Aquae* communis, mane jejune.

Syrupum huncce *Baader*, deprehendit valde proficuum ſpeciatim ſedentariis - alvi *obſtructione* affectis, *flatibus*, - *malo hypochondriaco*, magis quam Sal mirab. Glaub. l. Cremor. Tartari, mane tantum 3. Cochlearia cum Aqua pura diluta, & tum potus Coffée cum Lacte. — Loco *digeſtivi* conſueti adhibuit 2. Cochlearia ante noctem hujus Syrupi, quo mane tum aeger ſumebat laxans, ſ. purgans conſuetum.

In majori Doſi ad Cochlearia 5 — 6. una vice ſumtum, eſt potens *reſolvens* - *laxans*, lenem producit *diarrhoeam* ſalutarem.

In *alvi obſtructione pertinaciſſima*, cum ingruente Miſerere mei, profuit ei fortunatiſſime, *venae ſectione* in brachio commiſſa, & tum 6. Cochlearia hujus Syrupi ſaponati, cum $\frac{1}{4}$ Maas Aquae fontanae, in forma *clyſmatis*, balheum tum omni hora ſuadebat; & reiterabat hoc omni hora Cochlear. 1. Syrup. hujus ſaponat: cum quantitate eadem Lactis, & Seri Lactis pro potu ſufficiente, ad alvum ſubſecutam dein plane liberam.

Phlegmaticis ob copiam muci craſſi - cum *tuſſi*

continua, & *aſthmate* profuit quoque eximie, uti & ſenibus, quibus Gummi ammoniacum - Oxymel ſquilliticum - Kermes minerale non profuit.

In *iſchuria* & *diſuria* prae aliis conſuetis remediis ei profuit hicce Syrupus ſaponat. uti in *tuſſi catarrhali humida*, - *coryza continua*, ter in die Cochlear 1 — 2. cum eadem quantitate *Lactis*, diluta, & tum potus Thee tepidi, cibis vero tantum e pane - & juſculo hordeato, & fructibus probe coctis ad alvum liberam ſervandam. — Pari modo profuit ei in *tuſſi ſpaſmodica* - *convulſiva* puellae cum incipiente febre hectica; uti in *fluore albo*, omni mane Cochlearia 2 — 3; in *puerperis* vero ad *primas vias*, & *uterum expurgandum*, & tonum reſtituendum, Lac coagulatum iis educendum.

Effectus ejus eximius quoque erat in *cholera* diuturna pertinaci, aliis remediis fruſtra aſſumtis, ter tantum 2. Cochlearia, & Infuſum Radic. Graminis, quo bilis atra per alvum & urinam expellebatur, clysmata ſimul conjungebantur ad alvum liberam continuo aſſervandam: duobus ictericis *calculos felleos expulit* quoque.

Profuit quoque eximie hicce Syrup. ſaponatus in *arthritide* & *rhevmate*, a ſuppreſſis ſuis evacuationibus, uti in *melancholia*, *mania*; in variis *cutis* affectibus, *ulceribus ſcorbuticis*, tumore frigido, ad 6. Cochlear. cum Aqua dilut. pro una vice; in *hydrope* incipiente, cum obſtructione viſcerum; — in affectibus *calculoſis*, conjunctis ſimul enematibus emollientibus; — in *febre* inveterata *intermitten*-

te cum abdominis obſtructionibus, aliis fruſtra adhibitis remediis.

Diaeta caeterum evitanda cruda, pinguis, fumati indurati cibi, difficilis digeſtionis;

Doſis in initio modica - aſcendens, Cochlearia tantum 4. adultis ad alvum bis apertam ſervandam, ad ſolutum mucum tenacem; acri bile junctum, per alvum ſine virium jactura leniter educendum,

Nunquam ſuaſit plethoricis - cholericis - hyſtericis, haemorrhagia laborantibus, febre chronica ſ. inflammatoria: in infantum morbis, a muco tantum tenaci ortis, vel humorum ſpiſſitudine.

SYRVPVS SAPONARIÆ

paratur e Radice *Saponariae* officinal. cum *Sacharo*, conſueto modo,

Convenit praecipue qua *purificans* - *involvens*. obſerv. *Fiſcher*.

SYRVPVS SENNÆ LAXATIVUS.

Rec. *Fol. Senn. el.* Unc. 2. — *Rhabarbar. el.* Unc. 1.
Zingiber Drachm. 2. — *Sachar. alb.* Unc. 42.
Aquae fontan. Unc. 48.

Mixta infunde, cola. *Ph. Edinburg.*

VIS & USUS e titulo patet.

SYRVPVS DE SILIQVIS, vide *Syrup. Diacodion.*

SYRVPVS SIMPLEX,
ſ. *Communis* ſ. *Albus*.

Rec. *Aquae fluviatil.* qu. plac. ſolvatur in ea *Sachari puriſſ.* duplum pondus; parum coquendo fiat *Syrupus*. *Ph. Suecic. Lond. Fuld.*

VIS

VIS *demulcens, antiſeptica.*

OBS. 1) Ad *Sande & Hahneman Syrupus albus ſimplex* officinal. *genuinus* coloris debet eſſe plane albi, pellucidi, valde dulcis, ſine ſapore ullo concomitante, l. odore gravitatis ſpecificae, ad *Reaumur* 10°. 1,3440. & in vaſculis clauſis probe eſt aſſervandus. — Parum tantum incoctus leviter fermentat, & nimium incoctus candeſcit leniter, ſ. ad ſic dictum kandiren tranſit.

SYRVPVS SOLVTIVUS,

vide *Syrupus Roſarum pallidarum.*

SYRVPVS DE SPINA CERVINA,

ſ. *Rhamni catharctici*, ſ. *domeſticus.*

Rec. Succi *defoecati matur. Baccar. Spinae cervinae* Unc. 24. Infunde fervide ſuper

Semin. *Foeniculi* leviter tuſi Unc. 1/2. Relinque per unam alteramve horam; Colaturae adde duplam partem — *Sachari albi* puriſſ. cum unica ebullitione ad *Syrupi* conſiſtentiam.

VIS *reficiens, catharctica; diuretica, laxans, ſerum evacuans.*

USUS *arthriticis, hydropicis*, convenit & *cachecticis, lue venerea* affectis.

Infantibus recens natis ad educendum *meconium.*

Mixturas varie *colorans* amoene.

DOSIS a Drachm. 1—8. Qui per ſe ſumunt, notent ut poſt ejus aſſumtionem, aliquid ſumetur alimenti, ad *tormina* praecavenda.

OBS. 1) Ph. *Roſſica & Edinb.* praeſcribunt tantum praeparationem e *Succi* defoecati Baccarum

Rhamni cathartici Unc. 72. & *Sachari albi* Unc. 48. coquendas ad *Syrupi* conſiſtentiam.

OBS. 2) *Aromata* addita, a pharmacop. quibusdam nimis aeſtuantia, omiſimus, qua ſuperflua.

SYRVPVS SQVILLITICVS.

Rec. *Scillae* ſiccatae Unc. 1. — *Zingiber.* Unc. 1/2.
Herb. *Hyſſopi.* Unc. 2. — *Aquae Hyſſop.* Unc. 24.
Vaſe vitreo clauſo macera per 24. horas, Liquorem exprimendo cola, & defoecato adde
Sachari albiſſimi Unc. 36. parum coquendo fiat *Syrupus.* Ph. *Edinb. Suecica.*

VIS & USUS uti Oxymell. ſquillitic. ſcopo *diuretico, attenuante, expectorante* ad Cochlearia quaedam. Gratior eſt Oxymelle ſquillitico.

DOSIS Drachm. 2-4-8. pro aetate & indicatione.

OBS. 1) *Ph. Herbipolit.* cupit *Aceti ſquillit.* Unc. 18. — *Sachar. puriſſ. contrit.* Unc. 42. in eo ſolvantur leni calore, ut fiat Syrupus.

OBS. 2) *Ph. Brunſuic.* ſumit *Aceti ſquillit.* Unc. 18. — *Cinnamom. acuti* — *Zingiber.* ana Unc. 1. praevia per triduum digeſtione, colentur, & cum *Sachari albi* Unc. 30. fiat Syrupus.

OBS. 3) *Keup* cupit ad *Aceti ſquillitic.* Unc. 18. addendi *Cinnamom. acut.* Unc. 1. & 1/2. digerendi per triduum, colandi & addendi *Sachari albi* puriſſ. Unc. 42. ſolvend Sacharum leni calore, ut fiat Syrupus.

SYRVPVS TOLVTANVS,

vide *Syrupus Balſamicus.*

SYRVPVS VIOLÆ SEU VIOLARVM.

Rec. Flor. *Violarum* recent. menſe *Martio* florent.

a calycib. purgator. Unc. 12. in vaſe ſtanneo cum

Aquae bullient, Unc. 24—36.

Digere in vaſe vitreo, l. fictili vitreato clauſo per noctem, Liquori colato ſine expreſſione, ſubſidentia depurato, adde

Sachari albi Unc. 84. ad *Syrupi* craſſitiem.

VIS *ſolvens* leniter, *analeptica*, *expectorans*. Ph. *Suecica*. — *Herbipolitan.*

USUS ob ſuavitatem ſuam in *infantum aphthis* - *tuſſi*, affectibus *pectoris*; ad *tuſſim*, *raucedinem urinae ardorem*, *aſperitatem faucium*, *alvum* blande educendam; cum *Aqua Ceraſorum*, l. cum *Oleo Amygdalarum dulcium* lingendus propinatur.

Caeterum ad labores *chemicos* confert.

OBS. 1) *Syrup. Violarum Stannum* ſolutum ſaepe continet, quo colorem amoene caeruleum acquirit, quod apparet l. ſolutione auri, l. addito *Alkali* ſoluto, quo viridefcit, nec *acidis* ſatis rubeſcit. *Bindheim.*

OBS. 2) Ad *Elwert* & *Lieblein* commiſcentur quoque perquam utili modo, *Infuſo Violarum* aliquid *Salis Tartari* in *Aqua communi* ſoluti. Addito Sali Tartari acidum ſaturatur, quod continet Infuſum Violarum: ſi Syrupus tum Sacharo coquitur, per quam amoene caeruleum colorem acquirit innoxium, & per quam bonum exhibet Syrupum.

Optime Unc. 16. *Sachari* cum Unc. 10. *Brodii* una vice vel bis coquuntur, ne ulla cruſta Sachari ſuperficiei innatet, quae alias rejicienda eſt.

OBS. 3) *Herold* ſuadet ſumendi Folia Florum *Vio-*

larum calycib. depurat. digerendi in vaſculo vitreo l. porcellaneo, *Aquae* ferventis Unc. 24. prius affuſis, ſuppreſſis cochlearis ope argentei, & probe clauſis, operculi ope, in Aqua calida, l. in calore fornacis, usque dum folia ſufficienter ſunt elixivata, in horarum 8. ſpatio; Tinctura haec colorata filtratur ſine preſſione ulteriori per linteum ſubtile-tenue-purum, imponitur tum prunis cum Unc. 48. *Sachari* albi, usque dum *Sacharum* ſine coctione ſolutum eſt.

Hacce via ſemper eum praeparavit *Herold*, & acquiſivit *Syrupum* amoene *violaceum*, qualem colorem per aliquot annos retinuit. — Obſervandum id praecipue eſt, quod folia florum digeſtionis tempore nunquam movenda ſint, nec dein fortiter exprimenda ſint, alias acquiritur *Tinctura* mucilaginoſa. — Si *Sal alcalinum* additur, color tum ejus mox mutatur in rubeſcentem, & alterius plane ſaporis. — Qui in vaſculis *ſtanneis digeſtionem* ſuſcipiunt, leviter tum ſub digeſtione quid *Stanni* ſolvitur.

Si *Syrupus Violarum* eſt *genuinus*, color tum *caeruleus* mutatur ab *acidis* in *rubrum*, & ab *alkali* addito puro in viridem.

Si eſt *adulteratus Syrupus* tum hoc phaenomenon non ſuccedit. *Herold.*

OBS. 4) Diſpenſat. *Fuldenſe* commendat *Violarum* martialium profunde coerulearum, odore forti praeditarum, a calice viridi ſollicite liberatarum, & Aqua frigida ablutarum Unc. 12. immittantur vaſi porcellaneo puro, eisque ſuperfundetur

Aquae commun. deſtillat. fervent. Unc. 18.

ſtent per noctem; vaſe bene tecto, poſthac vero manibus per pannum lineum premantur, & Liquori expreſſo ſuperfundetur de novo

Violarum recentium repurgatarum Unc. 6. ſtent denuo per noctem in vaſe porcellaneo probe tecto, quo facto Liquor percolatus miſceatur frigide cum

Sachari albiſſimi in fruſta confracti Unc. 12. poſt aliquot tempus fruſta *Sachari* comprimantur cochlearis ope lignei puri, maſſaque eo usque concutiatur, donec *Sacharo* perfecte ſoluto Syrupi conſiſtentiam adquiſiverit, qui, ſicut omnes reliqui Syrupi, in vaſis porcellaneis adſervetur.

OBS. 5) *Piepenbring* hacce via ſuadet parandi *Syrupum Violarum*, loco foliorum *Violae*, ad colorem amoene violaceum acquirendum, quae non leviter ſeligendae ſunt, ſed multa opera a pharmacopoeis, & a calice inprimis viridi peculiariter liberandi ſunt, ſuperfunduntur *Florum Violarum* a petiolis depuratarum Unc. 12. — *Aquae* commun. fervidae Unc. 18. digeruntur tum per 24. horarum ſpatium, & probe exprimuntur; Tinctura ita acquiſita ad Unc. 16 — 17. colorem amoene violaceum acquiret; Unciae 42. *Sachari* ſuperfunduntur *Aquae* communis Unciis 18—19. coquuntur accurate, adduntur tum acquiſitae Unc. 16 - 17. Tincturae, leniter ebulliendo miſcentur, accurate, per colatorium depurantur. Succus hicce ſub coctione omni ſuo colore privatur amoene - violaceo, quo tum acquiret vulgarem colorem terreum, poſt refrigerium apparet iterum violaceus, non tam amoene quidem, quae vero exaltatur, ſi qua adhuc

calide eae adfunduntur *acidi Citri* Drachmae 2. bene miſcentur, & probe aſſervantur.

Syrupus Violarum ad regiones ſeptentrionales transportatus eſt plerumque, (ad Handlungszeitung 24. St 1784.) *Syrupus Iridis florentinae* ad colorem violaceum *Lacmus* ope tinctus; quod ſubito patet, ſi Oleum Tartari per deliquium inſtillatur, quo dein ejus color non mutatur, ingenuino vero ejus color violaceus in viridem mutatur.

OBS. 6) *Syrupum Violarum Dieterich* ita praeparat, ut color ejus violaceus maneat per tempus. Aqua accurate deſtillata, (*vulgaris* enim *Aqua fontana* varios continet partes heterogeneas, leviter colorem Violae permutantes,) ſuperinfundit *Flores Violarum*, & praeparat Infuſum caeterum conſueta via ad *Syrupum*, cujus color manet immutatus ſemper amoene-violaceus.

OBS. 7) *Syrupus Violarum* obſoletus, mora colorem ſuum coeruleum mox interdum amittit, indeque varii ad eum conſervandum, vel *Succum Citri*, vel *Spiritum Salis* admiſcent, qua miſcela dubium autem non eſt, quin virtus ſufflaminetur, & minus idoneus evadat ſcrutiniis medicis.

Sub penuria *Florum Violarum* ſaepius hinc adulteratur aliis vegetabilibus, colore coeruleo inſtructis floribus, *Violarum Syrupus*, uti *Aquilegiae*; & odoris gratia radice *Ireos florentinae*. Syrupus autem ex Violis paratus purpureus eſt, iſte vero ex *Aquilegiis* perfecte coeruleus. Dein in Aquis, terram martialem vehentibus, ex miſcela coloris ejusdem *lutei*, cum Syrupi colore coeruleo viridis emer-

git. Alii etiam ob defectum Violarum ex floribus *Cyani* eum conficiunt, difficile autem hunc Syrupum dignoſcere poteris; eundem enim colorem ac verus Violarum Syrupus aemulatur, experimentoque enim tentamina inſtituta probe ſuſtinet. *Biederman.*

OBS. 8) Multi pharmacopaeorum *Syrupo Violarum* obſoleto, ſaepiſſime ſtatim ab initio, ut colorem illi eleganter coeruleum reſtituere poſſint, *ſuccum Citri admiſcent*, uti & *ſolutionem Zinci* in Aqua regia, via mangoniſationis non tam licita, qnod apparet ſubito, ſolutione auri & alcalibus, ubi color plane *virideſcit*, uti *acidis* rubeſcit additis.

Flores Violarum nonnunquam conſulto, in vaſe ſtanneo infunduntur, quibus adhuc acida vegetabilia, & mineralia adjiciuntur, quo Infuſum accipiat colorem grate coeruleum, qui autem a ſoluto tantum ſtanno oritur. Interea tamen cum hoc metallum, quod experimenta in eo inſtituta docuerunt, *Arſenicum* continet, modus ille deteſtandus eſt. Hoc etiam additamentum non uſui interno ſolum, ſed & variis experimentis eum reddit inutilem. Facillime admodum fraus detegitur, ſi ſuſpectus Syrupus, nec affuſis alcalibus colore ſatis viridi, nec acidis colore ſatis rubro tingitur. *Biederman.*

OBS. 9) Ad *Sande* & *Hahneman Syrupus Violarum* officinalis e *Tinctura Lacmus* falſo compoſitus eſt, ſi a Sale Tartari deliqueſcente addito colorem ſuum non commutat, in quo tempore genuinus plane virideſcit.

OBS. 10) *Moench* credit, quia flores *Violae* non ubivis in quantitate ſufficiente comparari poſ-

ſunt ad *Syrupum Violarum*, pharmacopaeis tam neceſſarium, & a variis hinc mangoniſatur, aeque bene poſſe praeparari e floribus *Aquilegiae*, vel *Delphinii*, vel infuſione foliorum *Papaveris* rhoeados cum rad. *Iridis florentin.* ad colorem violaceum redacta Alcali ope fixi. Carere hinc plane poſſe Syrupo Violarum, nominatis hisce plantis, aeque commode ſubſtituendis. — *Erhart* communicat methodum, qua *Syrupus Iridis florentinae* colore violaceo tingitur, addita Tinctura *Laccae*, qualis praeparatio qua genuina detegitur, ſi inſtillatur Liquor Alcali fixi, a quo nulla ſubſequitur mutatio coloris in viridem, quae in aliis praeparationibus prioribus alias facile ſubſequitur, & mangoniſationem ita detegit.

Ratione proportionis *Sachari* in *Syrupis* neceſſarii contendit *Moench*, in omnibus Syrupis e Succis fructuum Citri - Rubi Idaei - Berberum requiri ſemper *Sacharum*, ad formam tabulatam coctum, & ejus Uncias 16. (ſ. 32. Loth,) ad Unc. 10. Succi, plantarum ſuperiorum, qua clarificatum, qui adfunditur, ad unam tantum ebullitionem, alias enim longiori coctione, Sacharum ad cryſtallinam redit formam. — Quo modo paratur quoque *Syrupus Amygdalarum*, Sacharum tantum antea filtrandum eſt, quia addita dein Emulſio Amygdalarum, aeque minus Sacharo poteſt coqui, quam filtrari, alias remanet pars oleoſa, in ſuperficie, in forma cutis craſſae albae. *Moench.*

SYRVPVS ZINGIBERIS.

Rec. Rad. *Zingiber.* conciſi & contus. Unc. I.

Aquae fontan. fervent. Unc. 12.

In vaſe vitreo clauſo probe digere per 12. horas, & Liquori colato defoecato adde

Sachari albiſſimi contrit. qu. ſuffic. ad Syrup. craſſitudinem. *Ph. Suecic. Ed. nova.—Mellin.*

VIS *aromatica, roborans, ſtomachica, ſtimulans, calefaciens, carminativa.*

USUS in *ventriculi* debilitate, *digeſtione* laeſa.

OBS. 1) Diſpenſ. *Fuldenſe* commendat Radic. *Zingiber.* minutim conciſar. & contuſar. Unc. 3. —*Aquae* fontan. bullient. Unc. 36. Stent per noctem in vaſe probe tecto, mane leniter ebulliant, poſt ebullitionem Liquor filtretur, & per tempus reponatur, ut cruditates ſubſideant, in Liquore autem decantato ſolvantur *Sachari albi* in fruſta conciſi Unc. 36. ad *Syrupum* cocti.

TABELLÆ CITRATÆ.

Rec. *Sachari* puri ſicci pulveriſat. Unc. 1.

Succi Citri recenter expreſſi Drachm. 1.

Miſce fiant lege artis Tabellae. *Mellin.*

TABELLÆ MARTIALES.

Rec. *Sachari* finiſſ. in *Aqua Roſarum* ſoluti Unc. 4.

Limaturae Martis Unc. 1/2.

Coque ad conſiſtentiam Tabellarum, Aquarum ſingulae ſint pondere Drachm. 2. *Mellin.*

TAFFIA, vide *Tinctura Guaiaci volatilis.*

TARTARVS CHALYBEATVS, ſ. *Martialis.*

Rec. *Tartari Cryſtallorum* Unc. 12.

Limatur. Martiſ depurat. Unc. 4. coque cum *Aquae ſontan.* Unc. 144. ad remanent. 3—4. partis, in cacabo ferreo Liquorem per chartam bibulam filtra, Cryſtallos in loco frigido quiete acquiſitos probe exſicca.
Ph. *Brunſuic. Piderit.*

Ph. *Fuldenſiſ* ſuadet Cryſtallor. *Tartari* Unc. 8.
— *Limatur. Martis* Unc. 2. coquend.
— *Aquae* fontan. purae Unc. 48.

VIS *aperiens, incidens, reſolvens* praecipue, excepta qualitate martialium generali, caeterum *adſtringens,* ad Gran. 5 - 20. in largiore *Aquae* copia ſolutus: in majori *nauſeam* & *vomitum* excitat.

USUS ubi aliorum ex Marte praeparatorum *Vis roborans,* major timenda conſpicitur; non ita *ſanguinem expandit*, uti in aliis *Martialibus* alias obſervatur. Confert hinc caute adhibitus in *ictero*, qua *adſtringens* lene; in *obſtruct. viſcerum, cachexia; malo hypochondriaco, haemorhoidibus* & *menſibus turbatis*; - uti & in *febr. intermittentibus* a Gran. 15—30. & in *infantibus rachiticis* - & *verminoſis* a Gran. 5—12.
Piderit.

In majori quantitate exhibitus *nauſeam* & *vomitum* excitare ſolet.

In fine morbi ad *reconvaleſcentiam*, qua *tonicum - ſtypticum martiale.*

TARTARVS EMETICVS ſ. ANTIMONII
Regulina pars in *Acido Tartari* ſoluta;
ſ. *Antimonium Tartariſatum.*

Rec. *Vitri Antimonii* pulverati Unc. 1—4.
Cryſtallor. Tartari Unc. 12. In vaſe terreo, vitro probe incruſtato, terendo ſpatula lignea, cum

Aquae fontanae Unc. 48. coque per 12. horas, tamdiu, donec in Liquoris ſuperficie, cuticula ſalina tenerior appareat; ſpatula lignea ſaepius agitando. Liquorem tum calidum filtra, in cella tum repone, ad acquiſitionem *Cryſtallorum*, per nychthemeron ortorum, ad cuticulam incoquendum, uti antea.

Reſiduum leni calore, ſpatula lignea perpetuo movendum, ad ſiccitatem evapora, cum *Cryſtallis*, in charta bibula probe exſiccatis & mixtis, tum pulveriſa, & in vaſe vitreo clauſo ſerva uſui. Ph. *Spielman.* & *Piderit.*

Ph. *Fuldenſis* cupit pulver. *Vitri Antimonii* Unc. 4 — *Cryſtallor. Tartar.* Unc. 8. — *Aquae* fontan. purae Unc. 288. coquendi per 12. horas.

VIS *irritans, emetica*, in exigua Doſi *aperiens*, *reſolvens*, *laxans*, *diaphoretica*, *diuretica*, *antiſpasmodica.*

Datur quoque l. *alterandi*, l. *reſolvendi*, l. *vomendi* ſcopo, Doſibus pro indicatione diverſis.

USUS in *febrib. bilioſis* - *putridis* - *malignis* - *intermittentibus;* in *exanthematibus erumpentibus;* in *dyſenteria putrida* - *bilioſa;* in *catarrho ſuffocativo;* in *ventriculo* pleno; in *veneno* accepto, ſi indicationes requirunt *emeticum.*

Qua remedium motibus iſtis *vomitoriis*, ad vaſa ſe- & excretoria - & ipſum *nervorum* ſyſtema efficiens, & *obſtructiones* hinc in vaſis minimis, & partibus remotis reſerando, confert eximie in *mania*, *epilepſia* - diriſſimisque iſtis morbis.

Caeterum quoque efficit qua eximium *diaphoreticum*, *antiſpasmodicum*, & *laxans* denique, (quales effectus Rad. *Ipecacuanh.* l. in *ſubſtantia* l. in

Inſuſo vinoſo cum *Rheo* data non exſerit:) & quidem in minori Doſi, qua non *vomitum excitans*, eximie quoque *reſolvit, reſerat*, & varias alias *excretiones, urinam, ſudorem, alvum* promomovet, hinc in *obſtructionibus viſcerum, cachexia, melancholia, malo hypochondriaco* perquam utile.

Qua remedium, ſine inſigni ſanguinis motu, ad *nauſeam* datum, *irritabilitatem nervorum imminuens*, ante *exanthematum*, e. g. *variolarum, eruptionem*; uti in *dyſenteria, malo hyſterico, convulſionibus*; in *febrib. bilioſis - malignis - putridis - intermittentibus* - conducit, primis vero viis antea purgatis; in *affectibus pectoris pituitoſis, aſthmate, diſpnoea*, &c. qua *potens reſolvens*; uti in *tuſſi* infantum *convulſiva*, qua *antiſpasmodicum*. *Piderit.*

Tartarus emeticus confert quoque in *dyſenteria*; a Gutt. 3—4. *Pringle* & *Zimmermann*, ac *Tiſſotti* obſervat,

Confert quoque in *morbis nervorum*, ubi valida corporis concuſſio prodeſt; in *hemiplegia chronica - melancholica*; in *epilepſia* infantum a *vermibus - ſaburra - exanthematibus retrogreſſis*; in *hydrope; morbis bilioſis, arthritide* & *rhevmatismo*; juſto tempore & debitis ſub cautelis.

In *infantum*, adeo neonatorum, oppletione *pectoris, paralyſi*, & affectibus *ſoporoſis*, aliquot Gran. *Tartar. emet.* inter *Emulſ. camphorat.* praeſcripta eximie conferunt. *Bicker.*

Externe idem praeſtat a Gran. 4—6. cum Unciis *Aquae commun.* dilutis, forma *Enematis irritantis* injectus - in *herniis incarceratis*, uti *Aqua benedicta Rulandi.* *Plenck.*

DOSIS ad *vomitum* ciendum *infantibus* 1—3. anni

Granum 1/2 — 1. robuſtioribus vero Granum 1—1. &1 /2. adulto Gran. 2 - 3 - 4 - 5. Excepta peculiari inſenſilitate in morbis quibusdam, uti in *melancholia, mania*; *epilepſia* ſaepius ad Gran. 20. — Optime datur ſcopo *vomendi*, ſi Grana 4—5. in *Aquae* communis Unc. 3. ſolvuntur, & ſucceſſivis Doſibus, cochleatim ad effectum usque porriguntur.

DOSIS ſecuriſſima emeticorum remediorum eſt exiguis & repetitis portionibus, ad ſufficientem effectum porrigere remedia: hinc commodiſſime *Tartar. emetic.* cum multa *Aqua deſtillata* ſolvitur in Unc. 2. nempe Gran. 1—2. quo modo periculoſa hyperemeſis evitatur.

OBS. 1) E humido aëre *Tartarus emeticus* ſemper aliquid attrahit, quo Vis ejus, tempore *ſicco* magis *efficiens*, partim debilitatur.

Nocet inprimis *emeticum*, ſi non manifeſte indicatur in *pleuritide bilioſa*, *haemoptyſi*, cum *bilis* ſaburra conjuncta; in *dyſenteria* cum ingenti *febre inflammatoria*; in *cholera*; in *apoplecticis morbis*; in *haemorrhoidariis*; uti & in *plethora* inſigni; *hernia* & *graviditate*.

OBS. 2) *Tartarus emeticus Saunders*, prae aliis praeferenda praeparatio, paratur e Pulv. ſubtil. *Vitri Antimonii* Unc. 4.— *Cremor. Tartari* Unc. 8. — *Aquae fontanae* Unc. 288. Mixta in vaſe terreo l. incruſtato vitreo terendi ſpatulae ligneae ope, coquendi per 12. horas. Liquorem colatum ad ſiccitatem evaporandi: a Granis 1 — 3. adhibendi.

OBS. 3) *Höpfner* praeparat e *Vitri Antimonii* ſubtiliſſ. triti Unc. 6. — *Cremor. Tartari* Unc. 12. coquendi per 12. horas. &c.

OBS. 4) *Goettling* hancce ſimplicem praeparationem communicat, ut *Antimonii crudi* pulveriſati Unc. 6. cum *Cryſtallis Tartari* Unc. 12. mixtis coquantur in vaſculo figulino, ſatis amplo per 10. horas, l. ultra, cum *Aquae commun.* Unc. 12. ad plenariam ſolutionem, quae filtranda, ad ſiccitatem evaporanda eſt plenariam, ut *Tartari* eo æqualior fiat commixtio.

OBS. 5) Ph. *Würtenb. nova Editio* commendat quoque *Hoepfneri methodum*, conſtantem e *Vitri Antimonii* ſubtiliſſime pulveriſati Unc. I. — *Cryſtallorum Tartari* Unc. 2 — 4. Mixta coquantur intra figulinum vas, in *Aquae puriſſimae fontanae* Unc. 22. ſub continuo motu per 10. horas, atque ſi *Aqua* ad dimidiam partem ſub hac evaporata eſt, ſubinde nova reaffundatur Aqua. Per filtrum Lixivium calens transcoletur, & ad ſiccitatem pulveris evaporetur, qui operatione caute ſuſcepta circiter Uncias 2. & Scrupulos 2. ponderabit.

OBS. 6) *Lieblein* commendat hancce compoſitionem e *Cremor. Tartari* Part. 2. — *Croci Metallor.* Part. 1. Cuivis Unciae *Cremor. Tartari* affunduntur Unc. 12. *Aquae communis*, (*Cremor* enim *Tartari* ad ſolutionem multum *Aquae* requirit:) & in coctione tantum *Aquae* affundetur ſucceſſive, ut eadem ſemper copia *Aquae* remaneat, quo obtinetur *Tartarus*, aequali ſemper virtute, emeticus.

OBS. 7) *Tartari emetici Vis emetica* fit fortior, & augetur praecipue in minori quoque Doſi, per *cryſtalliſationem* ſolutionis *Vitri Antimonii*, cum *Cryſtall. Tartari* in *Aqua communi*, quo reſiduum dein ad ſiccitatem poteſt parari evaporatione, qua multo mitius agens.

OBS. 8) *Herold* communicat praeparationem e *Croci Antimonii* edulcorati, — *Cremore Tartari* ana Unc. 12. coquendi per 1/2. horam, cum *Aquae commun.* Menſur. 2 — 3. filtrandi, & inſpiſſandi ad punctum cryſtalliſationis; qua vero methodo, omni caeterum adhibita cautione, Cryſtalli plerumque *Tartaro* mixti prodeunt.

Aliam hinc methodum ſuadet e *Vitri Antimonii* Unc. 6. — *Cremore Tartari* Unc. 12. coquendi in Aquae fontanae quantit. ſuffic. per horas quasdam, filtrandi, evaporandi in vaſculo vitreo l. lapideo, in balneo arenae, leni calore ad pulverem ſiccum. — Ad *Bergmann* obſervata hacce via praeparati *Tartari emetici* Grana 3 — 4. plus efficiunt, quam priori methodo parati Grana 6-8. *Herold.* Qualem methodum commendat quoque *Keup.*

OBS. 9) *Moench Tartarum emeticum* e pulvere *Algarotti* paratum, minime congruum eſſe credit, plenarie quidem ſolvitur in *Acidi Tartari* quant. ſuffic. coquitur vero tota maſſa ad plenariam ſiccitatem, tum ea non plenarie ſicca obſervari poteſt, nimis enim ſubito humeſcit. *Bergmann* hinc viam cryſtalliſationis ſuaſit, quo remedium hocce in ſtatum ſuum indeterminatum redigitur. — E *Tartari* 10. Loth, & pulvere *Algarotti* 4 & 1/2. Loth acquiri poſſunt *Tartari emetici* cryſtalliſati 10. Loth. quales vero Cryſtalli in paucorum hebdomadum ſpatio evaneſcunt, quo tum, imminuto pondere, remedium hocce, in Granis alias conſuetum, in uſu ſuo inſecurum redditur; caeterum non tam certo ſemper idem pondus Cryſtallorum poteſt ac-

quiri, Unciae enim quaedam Aquae additae evaporatae, producunt jam mutationem ponderis & qualitatis, ubi tum in ultimis cryſtalliſationibus a reſiduo leviter quid immiſcetur, ſ. adhaeret, & hujus remedii *Vis emetica* eo vehementior evadit prae aliis.

Praeparatio *Pulveris Algarotti* tam varia non parum confert ad effectum dubium Tartari emetici, e quibus optima eſt, e *Butyro Antimonii*, cum *Mercurio ſublimato* ſuſcepta. — A *Scheele* commendata methodus perexiguam largitur copiam, & *acidum Salis culinaris* non valet Calcem Antimonii plenarie ſolvendi; uti alia methodus, *Vitrioli* ope jam magis nota & antiqua, in qua Antimonium Sulphure adhucdum eſt junctum, & acidum Salis culinaris impedit effectum ad partes regulinas. Pulvis hicce *Algarotti* a permultis mercatoribus, (Materialiſten,) impenſe quaeritur, mangoniſatur hinc quoque, & ob varias fraudes valde nocivum hinc evadit remedium.

Commendat ideo *Moench* praeparationem potius e *Vitro Antimonii*, ob tam leve ejus pretium, & non tam levem mangoniſationem. Ob moleſtam vero ejus praeparationem *Beaume* & *Bergman* non omnem fidem volunt tribuere, uti & ob colorem ejus non ſemper eundem & aequalem. Si vero ejus adeſt plenaria pelluciditas, tum ſemper eſt indicium, Calcem Antimonii adhibitam plane a Sulphure liberatam fuiſſe. Si enim Calx Antimonii non ab eo eſt purificata, *Boracis* tum addita quantitas nunquam pelluciditatem producet quandam; color enim ab additamento multum dependet, ad eo leviorem fluxiomen producendam.

cendam Calcis Antimonii, tam difficulter fluentis. Color enim magis obſcurus eſt Antimonii, & Boracis magis pellucida; in non tam larga copia, alias enim reſtitutio Calcis ſuccedit. Quum nunquam bonitate Vitri Antimonii dubitandum eſt, ejus Uſus tum magis ſecurus, quam prioris.

Caeterum notandum eſt, inquit *Moench*, omnem *Tartarum emeticum*, cryſtalliſatione l. ſaturata inſpiſſatione paratum, pondere ſuo ſemper aliquid detrimenti pati. Plenarie inſpiſſatus Tart. emetic. tempeſtate humida, in ſicciſſimo quoque aſſervatus loco, ab ea aliquid aſſumet. Hinc melius eſſet Tartarum emeticum, in forma fluida in pharmacopaeis paratum, aſſervandi, uti ad Pharmaciam rationalem *Liquor Tartari emetici* occurrit.

Ad hancce vero praeparationem requirirur neceſſario Aqua deſtillata pluvialis, ſ. fontana, continent enim plerumque hae Aquae Terras varias, quo hocce remedium leviter viribus amittit. Aquae iſtae, calcem continentes, copioſe occurrunt, Tartaro emetico ſemper nocivae, Calx acido Tartari ſeſe jungit, & partes regulinae Antimonii ab ea ſolutae, vitris valde adhaerent, quod vero nunquam obſervavit in Aqua deſtillata ſuſcepta ſolutione.

Laſſone aliam commendat methodum; ad hocce impediendum, partibus aequalibus Tartari emetici, & Sal: ammoniaci compoſitis. — Si in initio ad praeparationem *Aqua deſtillata*, inquit *Moench*, adhibetur, multo tum ſecu-

rius evenit praeparatio, quam Aqua non deſtillata, ſi partes calcareas continet, cum acido Tartari tum ſe jungens, minus hinc efficit ad partes, ad quas debet efficere. 1 Loth *Aqua deſtillata* per *annum* continet *ſolutum* Granum 1. *Tartar. emetici*, ſine ulla cryſtalliſatione, & major copia in eo poteſt ſolvi, quo tum vero poſt aliquod tempus ſuccedit cryſtalliſatio, remedium vero tum hocce fit indeterminatum effectu. *Moench.*

OBS. 10) *Piepenbring* commendat methodum *Bindheim*, & *Hoepſner*, qua *Vitri Antimonii* in mortario vitreo pulveriſati, Unc. 1. cum *Cremor. Tartari* bene depurat. Unc 4. in vaſculo figulino, cum 120. Unciis Aquae deſtillat. ad coctionem redegit, & tum leni igne mixtionem hanc ſub perpetuo motu, ligneae ope ſpatulae, ad Mellis conſiſtentiam. Pultem hanc iterum ſolvit in Unc. 60. Aquae calidae deſtillatae, per minuta quaedam ad coctionem redegit, & calide filtravit. A Liquore percolato reſiduum in vaſculo priore cum Unc. 12. Aquae deſtillatae elutriavit, & ad prius clarum lixivium filtravit.

Lixivium hocce in vaſculo probe depurato leni calore, perpetuo ſub motu, ſpatulae ope ligneae, & denique piſtilli ope lapidei ad pulverem ſiccum redegit. — Ex Uncia 1. hujus *Tartari emetici* accepit *Bindheim* per viam reductionis Grana 60. Reguli Antimonii electi depurati. Qua ſignum genuinum qualitatis hujus remedii poteſt conſiderari, ut pondus Tartari emetici ſemper ſit idem, & perpetuo

via tam ſicca poſſit aſſervari, uti eſt ſtatim poſt praeparationem; quod optime acquiritur, ſi probe aſſervatur iſtud in vitris medicis accurate clauſis & obturatis.

OBS. 11) Ad *Piepenbring* Partem 2. conſtat *Tartarus emeticus* e *Tartaro depurato*, & *Antimonio*, cujus *bonitas praecipua* eſſe debet, quod ſit *ſiccus*, - *albus* - non *humidus* & *flaveſcens*, in forma *Pulveris*, per viam reductionis, partem octavam *Reguli Antimonii* puri exhibeat. *Piepenbring.*

OBS. 12) Qualis methodus praeparationis *Tartari emetici*, Tartari antimoniati officinal: qua tam neceſſarii remedii, ſit *optima*, de eo, uti *Sande* & *Hahneman* contendunt, adhucdum lis eſt. Certo enim ſemper determinandus effectus, & determinanda quoque optima - ſimpliciſſima - minus pretioſa methodus, quae ſunt impedimenta praecipua. Salia pura & aequaliter cryſtalliſata effectum habent aequalem, maſſa vero ſalina inſpiſſata indeterminatae ſemper eſt *bonitatis*, & leviter *mangoniſanda.* Calx Antimonii & praeparata antimonialia cujusvis nominis, aeque remota a ſtatu metallico, & plane dephlogiſtiſato, aeque leviter ſunt ſolubilia in acido Tarrari, & formant Salia aeque metallica. Ad fuſionem Reguli adhibendi cinerem Antimonii, coloris cineritii albi, eſt multo levioris pretii, quam pulvis Algarotti, & levior ſolubilis, non tam facile vero in Vitrum compactum tranſit.

Coquuntur itaque in 124. Libris *Aquae communis*, Librae 7. *Cineris Antimonii*, ſ. *An-*

timonii calcinati ad cinerem, & Librae 7. *Tartari*, in 5. horarum ſpatio, & Lixivium filtratum ſi inſpiſſatur, ad Libras 54. ſubito tum acquiruntur ad primam cryſtalliſationem Librae 4. *Tartari emetici*, in forma amoene cryſtallina; reliquae vero Librae 3. continuata inſpiſſatione. Sal hoc metallicum in initio pellucidum - ſplendens, tum denique albo tegmento ſuperductum, ſex habet latera cryſtallina, quorum duo aequaliter quadrangulata - coneiformata, cum angulis acutis Graduum 20—40. plane peculiaris caeterum formae cryſtalllinae.

Saporis metallici - nauſeoſi, ſolubilis ad Thermometr. Fahrenheit 65°. in Aquae commun. partibus 18. non mutabile a Sale ammoniaco, Nitro, & Sale alcali fixo, aëri pleno; acidum Nitri & Vitrioli minime praecipitant, ex ejus ſolutione, in Aqua praecipitatum, non ſolubile: a Spiritu vero Salis ammoniaci cauſtico oritur praecipitatum ſolubile, ad albedinem ſplendeſcens. *Sande* & *Hahneman*.

Omnem *Tartarum emeticum* non cryſtalliſatum ſemper rejiciendum eſſe credit *Sande* & *Hahneman*, ob tam multiplices mangoniſationes.

Optime ſolvitur hic *Tartarus emeticus* in Aqua cocta, ſ. deſtillata: per diem ſumtus ad Granum 1/2—1. in multo vehiculo aquoſo, eſt *diaphoreticum* & *diureticum* — Ad Grana 3—4. in quadrihorio, in Doſi adſcendente ſolutus, purgans eſt forte; in aequali Doſi, 1—2. vices in hora 1. ſumtus, in Decocto eſt remedium ſecuriſſimum, ventriculum optime

& commodiſſime per emeſin evacuans. *Vinum antimoniatum* quodvis hinc eſt fruſtraneum-ſuperfluum, ob tam inaequalem ſolutionem in tam diverſis Vinis, & hinc inſecurum, ſi in Vino Tartarus non plenarie eſt ſolutus. *Sande & Hahneman.*

TARTARVS MARTIALIS SVECORVM.
vide *Globuli Martiales.*

TARTARVS TARTARISATVS, ſ. ALKALI *vegetabile tartariſatum,* ſeu *Tartarus ſolubilis,* ſ. *Sal. vegetabile.*

Rec. *Alkali Lignorum* depurati, ſ. *Ciner. clavellat.* depurator. Unc. 12. ſolve in

Aquae fluviatilis bullient. Unc. 144. ſolut. ferv. adde

Cremoris ſ. *Cryſtallor. Tartari* ſucceſſive qu. ſuffic. ad ſaturationem plenariam. Liquor ſaturatus adhucdum calens, per pannum laneum colatus, in vaſe terreo vitreato leni calore evaporetur ad exſiccationem, in forma pulveris albi, cavendo ne in fine evaporationis in *grumos* abeat, quod diligenti motu ſpatulae ope ligneae praecavetur. *Piderit* — Ph. *Suecica* — *Fuldenſis.*

Pulvis albus obtentus, ſuper charta bibula bene ſiccatus, ſervetur.

Keup cupit *Salis Tartari* Unc. 12. diſſolvendi in *Aquae fontan.* Unc. 36—48. ebullienti injiciendi per vices *Cryſtallorum Tartari* pulveriſator. qu. ſuffic. ad ſaturationem Salis Alcali plenariam.

VIS *digeſtiva, aperiens. incidens, reſolvens, diure-*

tica, *leniter laxans*, *abſtergens*, in majori Doſi ſine *moleſtia*; *ſaponacea*.

USUS ob indolem *ſaponaceam* confert in *attenuanda ſpiſſitudine mucoſa*; in *malo hypochondriaco*; in aperiendis *obſtructionibus*, reliqua quoque *Salia* media vincit ad Drachm. 1. *purgandi* ſcopo ad Unc. 1. *Plenck.*

Externe in *ulceribus-ſordeſcentibus mundificandis*, a *tumoribus* frigidis; in *ulceribus* crurum. *Plenck*,

Scopo *laxante* a Drachm. 2—4. *Aqua* multa ſolutus; ſcopo *digeſtivo-diuretico* Drachm. 1/2—1. Plura vide *Liquor Tartari ſolubilis*.

DOSIS a Gran. 10—60. in quocunque Liquore, in *Aqua* quoque *frigida*, in qua *Tart.* non *ſolubilis*.

DOSIS a Scrupulo 1.— Drachm. 1. ſcopo *digeſtivo*, *laxante* vero ſcopo ad Unc. 1.

OBS. 1) Ph. *Argent.* & *Mellin.* ſuadent *Cremor.* ſ. *Cryſtallor. Tartari*, in *Aqua* ſolutor. addendi *Oleum Tartari* per *deliquium*, qu. ſuffic. ad ſaturat.

Ph. Auſtriac. & *Spielman.* vero, ſuadent *Sal Tartari*, in *Aqua* ſoluto addendi *Cremor. Tartar.* qu. ſuffic.

Herold ſuadet *Alkali* puri Unc. 24. ſolut. in *Aqu. fontan.* fervent: quant. ſuffic. cochleatim addendi *Cremor. Tartari* ad punctum ſaturationis, requirit ejus Libr. 6. circiter, caeterum ſupra.

OBS. 2) *Haſſe* differre credit *Tartarum ſolubilem* a *tartariſato*, eo inprimis, quod *ſolubilis* conſtet e *Cryſtallis Tartari* ſolutis, ſaturatis *Al-*

kali volatili ; tartariſatus vero e *Cryſtallis Tartari*, *Alkali fixo* ſaturatis.

OBS. 3) Ad *Tartarum tartariſatum puriſſimum* parandum commendat *Piepenbring Schillers* methodum; depurata ſolutio Salis lixivioſi, e *Cineribus*, conſueta methodo eſt paranda, ut in eo contentus Tartarus vitriolatus, & Sal digeſtivum plane ſecernetur in forma Cryſtallorum. *Cryſtalli Tartari* pulveriſati ſolvuntur coctione, quantum fieri poteſt plenarie, quae ſaturanda eſt conſueta methodo cum Lixivio alcalino. Si ſaturatio plenarie eſt peracta, Liquor tum hic per horam 1. adhuc eſt coquendus, ita tamen ne tam nimis concentratus fiat, novam ſemper adfundendo Aquam. Duo tum reagentia adfunduntur, & tum apparebit, adhuc plus acidi ad ſaturationem adquiri, omnibus nunc ſolutis ad Selenitis tantum quandam parvam portionem. Poſt filtrationem Lixivii Salis medii, inſpiſſatur methodo conſueta, quo modo acquiritur *Tartarus tartariſatus*, quam maxime purus. Ad Partem 3. *Piepenbring.*

OBS. 4) Quidam pharmacopaei paratum tantum tenent *Tartarum tartariſatum* loco Tartari ſolubilis, ambo enim remedia qua eadem eſſe credunt, mox vero differentia apparent ſeparatione Salis alcali volatilis. Conſtat e Sale alcalino volatili & *acido Tartari*, ſaporis magis ſalini, quam Tartarus tartariſatus, in aëre deliqueſcens leviter, & in Aqua leviter ſolubilis. *Piepenbring.*

OBS. 5) *Tartarus tartariſatus*, offic. ſ. Sal vegetabil., qua Sal neutrum apparens - pungens-

amarum, ſaporis ſalini - acriuſculi, conſtans e Tartaro depurato, Sale alcalino vegetabili, & Aqua, in proportione, uti 74 : 21 : 5. format in pauca copia Salis alcalini ſuperflui, ſucceſſive quadrangulares Cryſtallos prismaticos, quorum duo angulos formant oppoſitos, obtuſe detruncatos, cum acuminibus brevibus, quorum 1. conſtat e 2. quinque lateralibus ſuperficiebus, & alter e ſuperficiebus 3 — 4. figurae trapezoiformis - rhomboidalis &c. ſolubilis in Aquae commun. partibus aequalibus, ad Reaumur 7°. minime vero in Spiritu Vini. Quovis addito acido, Aceti quoque, praecipitatur hic *Cremor Tartari.*

Minime deliqueſcunt in aëre Cryſtalli plane albi, ſufficienter deſiccati, in Spiritu Vini ſufficienter abluti, in charta bibula, calore adaequato deſiccati; — Optimum eligitur Sal hoc in forma cryſtallina, nec in fruſtula inſpiſſatum, ſ. in forma pulverulenta, ob tam levem *mangoniſationem.* — *Commutatur* enim falſo ſaepius *Cremor Tartari* cum Sale alcalino vegetabili; efferveſcentia vero hinc orta in ſolutione, & in fundo remanens, difficulter ſolubilis Cremor iſte Tartari, fraudem hanc mox detegit.

Ab aliis Salibus leviter ſolubilibus ita differt, ut cochleari candenti immiſſus, ſub evaporatione Spiritus Tartari aciduli empyrevmatici, ad carbonem comburi poſſit, plane Salis alcalini - vegetabilis, $\frac{40}{100}$. additi Salis. Sapor caeterum eſt magis acris & igneus quam Salis Seignette, virium ratione convenientis; egregium *diureticum - reſolvens* ad Grana 30—60. — & leniter *laxans* ad plures Drach-

mas, cui vero ſcopo palmam praeripit Sal Seignette; caeterum ambo haec Salia acidum primarum viarum involvunt. *Sande*, & *Hahneman.*

TARTARI OLEVM PER DELIQVIVM, vide *Oleum Tartari* per *Deliquium.*

OBS. 1) *Keup* ſuadet *Sal. Tartari* Unc. 12. in *Aquae* fontan. calidae Unc. 5. ſolvendi, filtrandi.

TARTARVS REGENERATVS, ſ. TERRA *foliata Tartari*, vide *Arcanum Tartari.*

TARTARVS VITRIOLATVS, SEV ALKALI *vegetabile Vitriolatum*, *Suecorum.*

Rec. *Olei Tartari* per *deliquium* Unc. 8. in vas vitreum capax immiſſas, guttatim iis inſtilla

Aquae Vitrioli tenuioris qu. ſuffic. ad omnis effervefcent. ceſſationem. Liquori huic ſufficienter concuſſo, nec *acidi* nec *alcalini* amplius ſaporis, adde

Aquae fontan. fervid. Unc. 96. filtrato Liqnori, inſpiſſato ad cuticulam, repoſito ad cryſtallifationem, *Cryſtalli* ſiccentur. *Piderit.*

Ph. *Fuldenſis* ſuadet *Sal. alcali vegetabil.* depurat. Unc. 4. ſolvendi in qu. ſuffic. *Aquae* fontan. ſolutioni ſucceſſive & guttatim inſtillandi *Spiritus Vitrioli*, qu. ſuffic. ad ſaturationem, vitrum cum mixtura ſaepius agitando, caeterum uti ſupra.

VIS *incidens*, *aperiens*, *temperans*, *digeſtiva*, *reſolvens*, *excretiones aquoſas promovens; antiſeptica*, *attenuans*, *diuretica.*

USUS in *cruditatibus primarum viarum*; ad *ſolvendos* & *emendandos humores ſpiſſos - lentos*; condu-

cit *hypochondriacis*, *lienoſis* *cachecticis*, *ictero*, *hydrope* affectis, & *febre intermittente;* in *obſtruct. viſcerum.* Plura vide de uſu *Liquor. Tart. ſolubilis.*

DOSIS Gran. 20—30—80. *digerendi* & *aperiendi* ſcopo. a Drachm. 4—5. qua *catharcticum bonum*, ſcopo *laxante*, *diuretico* ad Drachm. 2. in *Aqua* dilutus ſufficiente.

OBS. 1) Ph. *Auſtriac.* ſuadet *Sal. Tartari* in *Aqua* ſoluti qu. plac. inſtillet. qu. ſuffic. ad ſaturationem *Olei Vitrioli* debilis, *Aqua* diluti. Caeterum uti ſupra.

Spielmannus & *Ph. Suecica* ſuadent ſolutionem *Vitrioli virid.* ſaturatam, commiſcendi ſolut. ſaturata *Ciner. clavellator.* poſt plenar. ſaturationem, ad cryſtalliſat. per inſpiſſationem redigendi. Succedaneum ejus eſt *Arcanum duplicatum.*

Ph. *Roſſica* ita ſuadet, ut ſolutioni *Vitrioli Martis* infundetur *Lixivium Tartari* vel *Lignorum*, ad ſaturationem; Liquor decantetur, ſedimentum martiale lavetur calide, haecque priori Liquori addetur, qui tandem ad pelliculam inſpiſſatus, exponatur ad generandos Cryſtallos.

OBS. 2) *Tartarus vitriolatus* acquiritur non ſolum e reſiduo praeparationis *Magneſiae albae*, ſed e *Sale alcalino minerali Sal. Glauberi* quoque, l. *Sal Seignette*, vel depurati *Ciner. clavellator.* l. a reſiduo deſtillationis *acidi Nitri*, *Arcanum duplicatum* tum *dictum*, quod minores exhibet Cryſtallos, qui eaedem fiunt, uti in expreſſe parato *Tartaro vitriolato*, repetitis

tantum ſolutionibus in *Aqua communi* ad cryſtallifationem novam.

OBS. 3) *Tartarus vitriolatus* interdum quoque e *Reſiduo* remanente deſtillationis, *Spiritus Nitri*, praeparatur, cui *Vitriolum* partibus *cupreis* inquinatum adhibitum eſt. Si & alia Salia media qualiacunque in vaſis ſordidis metallicis coquuntur, aut ſervantur, fieri nequit, quin ejusdem metalli partes recipiant. Solutione horum Salium in *Aqua* calida, & adjiciendo *Alkali* tantum, quantum ſufficit; ne ſolutio magis turbetur, ſolutione tum colata aut decantata, evaporata, lenique ignis calore cryſtallifata, optime hic *Tartarus vitriolatus* purgatur. *Biedermann.*

Procurant ſibi Phrmacopolae hoc *Sal medium*, viliori pretio a ſeplaſiariis, qui parant *Acidum Salis communis*, vel *Acidum Nitri* forte in majori copia, in quo ſaepius nimia copia *Vitrioli* adhaeret, iſtud dein in *Aqua* ſufficienti ſolvendum, addita tum inſuper *Olei Tartari* per deliquium portione ſufficiente, l. ſolutione, filtrandum & cryſtallifandum eſt. *Piederit. Goetling.*

Quum *Tartar. vitriolat.* ſub diverſis operationibus pharmacevticis, v. g. paratione acidi Tartari cryſtallifati, Magneſiae; aliisque in conſiderabili ſatis copia obtineatur, non praeciſe requiritur, ut extra caſum neceſſitatis praeparetur.

OBS. 4) *Herold* ſuadet *Vitrioli viridis* Unc. 16. ſolvendi in *Aquae* fervent. addendi ſucceſſive *Cremor. Tartari* ad punct. ſaturation. quant. ſufficit, ad quod Unc. 8. plerumque

ſufficiunt. Filtrandi clarum, & inſpiſſandi ad cuticulam, quo dein in loco frigido Cryſtalli evadunt amoeni.

Aliam methodum communicat quoque ex *Olei Vitrioli* quant. plac. diluendi in *Aquae communis* quantit. ſextupla, in vaſculum magnum immittendi; ſolvendi tum *Cineres clavellatos* in Aquae commun. eadem quantitate, & addendi tum ſucceſſive - & caute, usque dum effervefcentia creſcat: filtrandi dein per chartam bibulam, leni calore evaporandi ad cuticulam.

Probe ſimul curandum eſt in elaboratione, ne vapores in effervefcentia emanantes inhalet pharmacopaeus, iſtius enim generis aër fixus eſt noxius. *Herold.*

TEREBINTHINA COCTA.

Terebinthina veneta coquitur in *Aquae* quant. ſuffic. ad ſpiſſitudinem, quae cum refrigeſcit, duritiem acquirit, & pelluciditatem reiterata ſolutione. *Mellin.*

USUS ad varia remedia, inprimis pro abſtergendis viis *urinariis*, uti & in *gonorrhoea*, *ulceribus internis*, a Granis 30—40.

OBS. 1) *Selle Terebinthinam* in *Aqua coctam* indureſcentem, & plane fragilem, ob Oleum volatile in coctione avolans, inprimis commendat, magis ſecure in *inflammatoriis* morbis, alias noxium; ob Vim ejus nimis exaeſtuantem, quae eo mitigatur, & ſecuriorem ejus uſum reddit internum, quo urina fit violacea.

OBS. 2) *Herold* ſuadet *Terebinthin.* vulgar. ſpiſſae

quant. placet: coquendi in *Aquae commun.* quantit. ſuffic. ad ejus plenariam evaporationem, tum effundend. in lamellas, l. in bacillos digiti craſſitie, repoſitos dein in loco frigido.

TERRA FOLIATA TARTARI,

ſ. *Tartarus regeneratus*, *Oxytartarus* ſ. *Alkali vegetabile acetatum*, ſ. *Alkali Tartari Aceto ſaturatum*, ſ. *Sal. diureticum* ſ. *Arcanum Tartari.*

Rec. *Ciner. clavellator.* ſ. Sal vegetabile alcalinum quodvis Unc. 12. vitro amplo, immiſſis, affunde ſucceſſive

Aceti Vini deſtillat. qu. ſuffic. ad ſaturat. plenar. (Librae 20. requiruntur.)

Liquor. hujus filtrati Part. 4. evapora leni igne, in cacabo intus ſtanneo ad ſiccitatem; quo tum ſi Sal grumoſum evadit, ignis gradus imminuendus eſt, & maſſa bacillo ligneo continuo agitanda eſt ad *Salis* plenariam exſiccationem. Quo modo reliquis 3. partibus, partitis vicibus proceditur.

Sal iſtud tum perfecte ſaturatum *Aqua fontana* ſolvetur, ſolutio filtrata inſpiſſetur rurſus, ad *Sal ſiccum*, in vitro probe munito, atque in loco ſicco, ac calido ponendum.

Sal ſiccum candidiſſimum debet eſſe, totumque l. *Aqua* l. *Spiritu Vini* ſolubile, nullis foecibus relictis; ſi Sal, etiamſi *albus* ſit, in *Spiritu* vinoſo faeces aliquas depoſuerit, eo *Spiritu* ſolutus per chartam colandus eſt, iterumque exſiccandus.

Plura vide *Arcanum Tartari.*

VIS *incidens*, *ſaponacea*, *reſolvens*, *diuretica*, *laxans*, *abſtergens*.

DOSIS a Scrupulo 1—3.

OBS. 1) *Herold* ita acquiſivit e *Cineribus clavellatis* Unc. 12. coctis cum *Aceti deſtillati* Unc. 14—60. & additis ac inſpiſſatis ſucceſſive *Aceti deſtillat.* Unc. 240. Caeterum uti ſupra omnibus obſervatis, *Terra foliata Tartari*, acquiritur qua *Sal* valde *album*, in Aqua & Spiritu Vini leviter ſolubile, ſine ulla remanentia, ſi tantum obſervatur ignis gradus lenis appropriatus in fuſione, & deflagratione.

OBS. 2) *Moench* commendat omni cura hoc remedium tam praeſtans eſſe inſtituendum, ne noxium fiat leviſſima quoque mangoniſatione, quae leviter fit, ſi color albus in Sale hoc aeſtimatur praecipue, quod in majori copia in forma fluida, melius qua Liquor adhibetur, quam in ſicca, quo plane hinc carere poſſumus in pharmaciis, ſi tum conſueta methodo cum *Aceto* deſtillato praepararetur, & evaporatio tamdiu inſtitueretur, ita ut ab Unc. 12. *Salis alcalini* — *Liquor.* tantum remaneret Unc. 36. quo modo valor Salis ſicci melius poſſet determinari, hocce quoque modo ſupprimereretur tam noxia praeparatio, & depuratio ad albedinem usque, *Sachari* ope *plumbi*.

Partes enim oleoſae in Aceto deſtillato occurrentes producunt colorem huncce fuſcum, in exſiccatione proprie ſe manifeſtantes, quae producunt quoque partem eſſentialem ſaponaceam, ſemper valde efficacem.

Si *Acetum* deſtillatum non eſt empyrevmaticum, tum ſunt ſemper ſuperflua omnia reliqua

artificia, Sali huic albedinem peculiarem iis producendi, partes enim hae ſaponaceae medicis ſemper ſunt magis exoptatae, quam incommodae. Ad *albedinem* huic *Sali* producendam, in igne plerumque funditur, in Aqua ſolvitur, filtratur per chartam bibulam, & leniter evaporatur, quo modo pars ſaponacea plane deſtruitur. Si forte *Acetum* in deſtillatione fieret empyrevmaticum, minime tum conducit, quo Sal acquirit qualitates plane nocivas in ejus effectu. — *Beaume* hinc primario commendavit *Acetum*, in deſtillatione primum tantum transeuntem, a quo dein albedinem acquirit hocce Sal, quod vero non evenit, ſed ſemper dein ad fluxum eſt redigendum, ac ſi Acetum dein magis acidum ſubſequens adhibetur. *Moench.*

OBS. 3) *Piepenbring* methodum *Moench* qua praecipuam commendat, ut Unc. 12. *Salis lixivioſi* depurati ſ. *Salis Tartari* cum *Aceto deſtillato* accurate ſaturentur, & in vaſculo ſtanneo ſ. figulino leni calore ad Unc. 48. evaporentur. Ad *mucorem* avertendum, evaporat *Piepenbring* adhucdum Uncias aliquot, & eorum loco tot *Alcohol. Vini* dein addit. Liquor ita paratus nunquam eſt flavus & empyrevmaticus, quod optime avertitur evaporatione ſemper inſtituta leni ſucceſſiva.

OBS. 4) *Ph. Fuldenſis* recenſet, quam caute ſit inſtituenda *Terrae foliatae Tartari* praeparatio, e *Salis alcali vegetabilis* depurat. Unc. 12, immittend. in vas lapideum, tum ſucceſſive ſuperfundendi *Aceti Vini* concentrati qu. ſuff. ad Salis Alcali ſolutionem.

Solutio ſuper leni carbonum igne reponatur ad evaporandum, durante autem evaporatione ſucceſſive ſemper adfundatur novum Acetum concentratum, ad perfectam usque Salis alcali ſaturationem, - *quatuor circiter Librae ad ſolutionem & ſaturationem requiruntur.* — Quam primum ex odore nunc acido, & ex colore Syrupi Violarum non mutato, adeſſe punctum ſaturationis cognoſcatur, Liquor per chartam bibulam filtratus in alio vaſe lapideo, vel terreo vitreato plano, & puro, leni ſuper carbonum igne ad ſiccitatem evaporetur; Sal hoc ſiccum impurum, & oleoſis Aceti partibus impraegnatum, immittatur ſartagini ferreae, igne ſuper *forti* repoſitae, ut quam citiſſime fundatur, — *per protractam enim fuſionem Acetum deſtruitur, & Terra nimis alcalina redditur,* — quam primum vero fuſum eſt Sal, ſartago ab igne removeatur, maſſaque obſcure fuſca effundatur in vas terreum, ut refrigeſcat; poſt refrigerationem vero maſſa in Aqua pura ſolvatur, filtretur; filtratusque Liquor in vaſe lapideo leni ſuper carbonum igne ad ſiccitatem evaporetur, addendo tamen ſub evaporatione tantum Aceti concentrati, quantum ſufficit, ut nulla amplius efferveſcentia fiat. Maſſa ſalina probe ſiccata in vitro bene clauſo ſervetur, & quidem in loco calido, ne deliqueſcat.

Si *Terra foliata Tartari alba,* (praedicta tamen minus efficax,) deſideretur, ad praefatam praeparationem, Aceti loco concentrati, ſumatur *Acetum deſtillatum*, de reliquo autem procedatur, uti ſupra.

OBS. 5) *Terra foliata Tartari* ſ. *Arcanum Tartari,* offic.

offic. ſ. Sel diuretique; eſt Sal compoſitum ex acido *Aceti* & *Sale* alcalino vegetabili, leviter ſolubile in Aqua, & in dupla portione Spiritus Vini, ſaporis lenis-ſuavis-pungentis-ſalini; & odoris ſubtilis inſtar faecis, ſolvit gummi reſinas in Aqua commni, & extrahit vires plantarum valde efficaciter. In incandeſcentia exhalat acidum in forma odoris Aceti empyrevmatici-pungentis, Sal alcalinum vero remanet.

Venditur vulgo in maſſa viridiuſcula inſpiſſata, mangoniſatur hinc leviter Tartaro tartariſato; ſapore multo acriori, & amaro mox ſeſe manifeſtante, uti & extractione in partibus Spiritus Vini, quo dein remanet Tartarus tartariſatus plane indiſſolutus. A Terra hac foliata Tartari inſtillata Aqua forti, nullus Cremor Tartari praecipitatur, uti in Tartaro tartariſato; evolvit vero ſeſe quoque e priori Spiritus Aceti, valde volatilis, quod in Tartaro tartariſato non evenit.

Ob tam varias *mangoniſationes* nunquam venale exſtaret in forma viridi inſpiſſatum, ob vires quoque hinc pendentes indeterminatas, & alia additamenta nunquam in forma fluida, qua *Liquor Terrae* foliatae Tartari officinalis: ſed ſemper in forma lamellarum albidarum-ſubpellucidarum, & oblonge quadrangularium Cryſtallorum, ſub evaporatione in ſuperficie lixivii ſpiſſiuſculi ortorum, & in locis ſiccis apertis, plane nunquam deliqueſcentium.

Nunquam confert Terra foliata Tartari coloris flavi & fuſci: - nunquam eligenda eſt praecipitatione Sachari plumbi orta. Aqua, ſatu-

rata aqua Hepatis Sulphuris, in ſolutione Salis hujus adulterati, generabit praecipitatum fuſcum, ſ. nigro-fuſcum, in acidis non ſolubile. Spiritus Salis ammoniaci cauſticus formabit praecipitatum album, Oleis mixtum, in Cochleari candenti, ad Granum Plumbi plane diffluens.

E Salibus mediis eſt Sal potentiſſimum *reſolvens*, & efficiens ad *obſtructiones pancreatis*, & hepatis, uti *diureſin* & *diaphoreſin* potenter promovet; & alvum apertam tenet ſine moleſtia. *Sande*, & *Hahnemann.*

OBS. 6) *Terra foliata Tartari* confert eximie inprimis in omnibus morbis, ab humoribus *viſcidis - ſeroſo - lymphaticis*; in *viſcerum abdominalium obſtructionibus*, malisque inde pendentibus; — in morbis a *muco* inerti, pectus opplente, exortis; *in viſcido primarum viarum*, morbisque inde progerminantibus; - in enecandis *vermibus inteſtinorum*; - ubi *reſolutio* uti & lenis *diaphoreſis* conducit: ad *Lehman* diſſertationem de Terra foliata Tartari. 1778. Halae editam.

THERIACA OFFICINALIS.

Rec. *Roob Baccarum Juniperi*, Unc. 4.
Myrrhae electae in *Vini hiſpanici* quant. ſuffic. ſolutae.
Pulver. Rad. *Angelicae* — *Helenii*,
— *Ariſtoloch.* rotund. ana Unc. 2.
Syrup. Cortic. *Aurantiorum*,
— *Papaver.* albi ana Unc. 8.

Perfecte invicem mixta, & in Electuarium con-

verſa, in lagena vitrea optime clauſa adſerventur. Diſp. *Fuldenſe.*

VIS *irritans, carminativa, antiſeptica, diaphoretica, alexipharmaca, ſopiens, roborans.*

DOSIS a Drachm. 1 — Unc. 1/2.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA ABSYNTHII *ſimplex.*

Rec. Summitat. *Abſynthii* floridar. & ad maturitatem proxime accedentium, cum Foliis minoribus, in umbra ſiccat. Unc. 4.

Spiritus Vini rectific. Unc. 16 — 24. Poſt digeſtionem 3. dierum leni calore per nychthemeron exprimantur, expreſſum aliis ſuperaffundatur,

Abſynthii Unc 2. Poſt ſufficientem digeſtionem exprimantur, & filtrentur Ph. *Suecica, Fuldenſis.*

VIS *ſtimulans, ſtomachica, carminativa, anthelmintica.*

USUS in vitio *digeſtionis - ventriculi*, ſi ſpirituoſa permittuntur, eductis prius congrue humoribus noxiis. Caeterum *amara Extracta* in *Aqua* l. *Vino* ſoluta melius conducunt.

DOSIS Drachma 1. e *Vino* l. a Guttis 40 — 60.

OBS. 1) *Tincturam amaram* ex *Abſynthio* communicat Ph. *Suecic.* Edit. nova, hocce modo parandam, e Summitat. *Abſinthii* Unc. 2. — Folior. *Cardui benedict.* — Fructus immaturi *Aurantii* — *Galangae* ana Unc. 1/2, — *Spiritus Vini gallic.* Unc. 24. Digere per triduum, dein per chartam cola.

Ph. *Londinenſis* cupit tantum *Radic. Gentian.* Unc. 2. — Flavedin. Cort. *Aurantlor.* Unc. 1.

— Semin. *Cardomom.* minor. excorticat. Unc. 1/2. — *Spirit. Vini* Unc. 18. digerendi.

OBS. 2) *Herold* communicat *Tincturam* ſ. *Eſſentiam Abſynthii* compoſitam e Herba *Abſynthii*; *Cardui benedict.* — *Centaur.* minor. — *Zedoar.* — *Enul.* — Cortic. *Aurantior.* ana Unc. 1. conciſis omnibus crude, infunde cum *Spiritus Vini* Menſuris 2. digerendi per aliquot dies in calore, & fortiter exprimendi.

OBS. 3) Variis locis, inquit *Piepenbring*, *color viridis* in hujus generis extractis magni aeſtimatur; & effectus ac eorum virtus dijudicatur eo. Ad hoc acquirendum, deſideriis variorum, ſuperfundetur tantum Herba cum *Aqua calida*, decoletur, & ſiccetur iterum haec Herba. Si tum haec Herba ſuperfunditur de novo *Spiritu Vini*, acquiritur dein Eſſentia amoene ſuavis, viridis coloris.

Hoc modo praecavetur methodus, tam variis conſueta, tam noxia, Eſſentiis colorem viridem, Vitrioli cupri ope additi, acquirendi, quo tum cuprei evadunt, quod color eo ortus viridis declarat, & ſpatula ferrea polita, immiſſa huic Eſſentiae quantitati ſufficienti cuprum attrahit, & metallica plane obducit cute.

OBS. 4) *Eſſentiae virides*, inquit *Bindheim*, *adulterantur* ſaepe *cupro*, quod apparet evaporatione iſtarum Eſſentiarum, ſi tum ferrum politum reſiduo imponitur, poſt quoddam tempus iſtud, tum ſi cuprum ineſt, plane oblinitur, ſ. ſi reſiduo Spiritus Salis ammoniaci affunditur, & ferrum imponitur.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA ACONITI KEUP.

Rec. Herbae *Aconiti* pulveriſat. Unc. 1. affunde

Liquor. anodin. min. Höfmani. Unc. 2. & 1/2. digere frigide, concutiendo crebrius Vitrum, & filtra.

USUS praecipuus ad *Kaempf* in ſuo de infarctibus libello, laudat hanc Eſſentiam in *glandularum meſentericarum obſtructione*, nec non in *arthritide* & *rhevmatiſmis.* *Keup.*

TINCTVRA ALEXIPHARMACA *Huxham.*

Rec. Pulver. Cortic. *Peruviani* Unc. 2.

Flavedin. Cortic. *Aurantior.* Unc. 1. & 1/2.

Radic. *Serpentar.* virginian. Drachm. 3.

Croci Scrupul. 4. — *Coccionell.* Scrupul. 2.

Spirit. Vini gallic. Unc. 20.

Infunde, clauſa ſtent per 4. dies, dein coletur.

USUS praecipuus in *febribus malignis*, ad *exaltandas* naturae ſuccumbentis vires.

VIS, a Guttis 30 — 60.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA ALOES *ſimplex.*

Rec *Aloes ſuccotrinae* Unc. 2.

Spiritus Vini rectificati Unc. 10. digere ad plenariam extractionem in balneo arenae, per dies aliquot, filtra Tincturam. *Ph. Würt. Auſtriac. Herold.*

VIS eximie *balſamica* ad ulcera, & praeſertim *vermino a*, & corroſarum partium *vulneraria*, - *mundificans*, *antiſeptica*, *externe* inprimis; *interne* vix unquam.

USUS externe ad affectus *oſſium*, & partium frigidarum, qua *cariei* & *putredini* reſiſtens. *Plenck*, ad *Collyria Selle.*

Laudatur ad *ulcera* praeprimis *verminoſa* mundanda, & conſolidanda. Sed longus ejus uſus, licet externus, *diarrhoeam* facile induit. *Plenck.*

OBS. 1) *Ph. Roſſica* ſuadet ad *Aloes ſuccotrinae* Drachm. 6. — *Rhabarb.* Drachm. 10. — *Cardamom. decortic.* Unc. 1/2.

Ph. *Fuldenſis* cupit tantum *Aloes ſuccotrin.* Unc. 1. ad *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 5.

Et Ph. *Londinenſis* ſuadet *Aloes ſuccotrin.* pulveriſat. Unc. 1/2. — Extr. *Glycirrhiz.* Unc. 1. & 1/2. — *Aquae* deſtillat. — *Spirit. Vini* ana Unc. 8. digerendi in balneo arenae ad Extracti ſolutionem.

TINCTVRA AMARA.

OBS. 1) *Mellin* ſuadet *Gentianae* Unc. 2. — *Flavedin. cortic. Aurantior. ſiccat.* Unc. 1. — *Semin. Cardamomi* minor. excortic. Unc. 1/2. — *Spiritus Vini rectificati* Unc. 24.

Digere ſine calore & cola.

OBS. 2) *Tinctura amara Edinburg.* vide *Elixir ſtomachicum.*

TINCTVRA ſeu ESSENTTIA AMBRÆ *liquida.*

Rec. *Ambrae verae griſeae* Scrupul. 1. Phialae immiſſae leniſſimo carbonum igne liquetur, quo tum affundentur.

Liquoris anodini mineralis Hofmanni, parum calefacti Unc. 2. & tum addentur

Moſchi orientalis Gra 4.

Servetur in vitro probe clauſo uſui.

VIS *roborans* cerebrum, nervos; *emmenagoga, aphrodiſiaca.* *Piderit.*

USUS ad *Spiritus languentes - nervos excitandos.*

Qua *medicina* ſumme *calida* convenit *ſenibus* & *phlegmaticis*, in *vertigine*, ad *memoriam* confortandam, in *paralyſi* & ipſa *apoplexia ſeroſa* datur.

In *Gonorrhoea habituali* a Guttis 4 — 10. *Aſtruc* commendat eam. — *Doſis* Guttae 15 — 20.

OBS. 1) Multi hominum, foeminae inprimis, *ſuaveolentia* talia remedia tolerare nequeunt.

OBS. 2) Ph. *Herbipolit. Eſſentiam Ambrae compoſitam* communicat ex *Ambrae gryſeae* Drachma 1. In phiala leniſſimo igne liquatae, affundendi *Acidi vinoſi vitrioli* Unc. 3. tum addendi *Moſchi* Drachm. 1/2. Mixta in vaſe probe clauſo ſervandi uſui.

Ad *Spielmanni* praeſcriptionem ſumuntur tantum *Ambrae gryſeae* — *Salis Alcali* ana Drachm. 2. probe trita immittentur cucurbitae, tum affundetur *Spiritus Roſar. tartariſat.* Unc. 8. coquend. ad plenar. ſolutionem.

TINCTVRA ANGELICÆ.

Rec. Radic. *Angelicae* Unc. 2.
Spiritus Vini rectificat. Unc. 8.

Digerantur per 4. dies, exprimantur, & filtrentur.

VIS *ſtimulans*, *carminativa*, *diaphoretica*, *alexipharmaca*. DOSIS Guttae 40 — 60.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA ANODYNA,

vide *Laudanum liquidum Sydenhami*.

OBS. 1) *Eſſentia anodyna Edinburg.* conſtat ex *Extract. Opii aquoſi* Unc. 1. diſſoluta in *Aquae Cinnamom.* Unc. 9. filtrata, quae dein habet *Vires* Opii. *Doſis* Guttae 15.

OBS. 2) *Tinctura anodyna carminativa Lentin.* vide *Tinctura antiſpaſtica Lentin.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA ANTIMONII *Huxham*, vide *Aqua benedicta Ruland.*

TINCTVRA ANTIMONII SAPONATA *Jacobi*, vide *Sulphur auratum liquidum.*

TINCTVRA ANTIMONII ACRIS *Hofmann.*

Rec. *Reguli Antimonii* Unc. 4.

Nitri crudi Unc. 8 — 20. Pulveriſata probe, cochleatim & ſucceſſive in crucibulo detonentur, & operculo tecta fortiter per aliquot horas calcinentur, & dum adhuc calet materia, in mortario calefacto illico contundentur, vitroque digeſtorio, itidem calefacto immittentur.

Spiritus Vini rectificatiſſ. Unc. 12—18. Digeſtis per aliquot dies in balneo arenae, filtretur *Tinctura* rubicunda. Ph. *Würt.* & *Spielm.*

VIS potenter *reſolvens*, *attenuans*, *incidens*, *diuretica* potenter, *diaphoretica*, *tonica*: *ſtimulans* qua *acris* valde.

USUS cautus in morbis *lymphae* chronicis rebellibus; in *arthritide*, ſuppreſſis *haemorrhoidibus*, *menſibus*; in *tumoribus hydropicis*, *urinae ſuppreſſione*, & *lue venerea*; in *cancro Theden*; in *ictero*, *hypochondriacis*, *lineoſis*, qua optimum *tonicum*, *nervinum* poſt morbos, *excretiones promovens*.

DOSIS Guttae 30 — 60. in vehiculo aquoſo.

OBS. 1) *Nocet* in *ſpiſſitudine humorum*, ob *Alcohol*, *humores ſeroſos* cogente, incongrue ſumtum, niſi prius congruis adhibitis remediis.

OBS. 2) Si *Spiritus Vini Saponis* Unc. 2. prius in *Lixivio cauſtico* ſolutis, & denuo inſpiſſatis per biduum digeruntur, exhibet *Tincturam Antimonii ſaponatam Schulz*, & ſaturatiore colore, & majoribus viribus gaudentem.
Spielmann.

OBS. 3) Ph. *Roſſica* & *Londin.* compoſitionem praeſcribunt ex *Alkali Lignorum* Unc. 12. — *Antimonii crudi* Unc. 6. caeterum uti ſupra.

OBS. 4) *Dehne* methodum qua ſimpliciſſimam commendat *Goetling* & *Piepenbring*, ut Unc. 4. *Reguli Antimonii* plane puri martialis in ſat forti amplo crucibulo fluant, quibus commiſcentur ſucceſſive Unc. 8. *Nitri ſicci*, quo dein ſemper, in quavis addita nova portione Nitri detonatio quaedam oritur lenis, & maſſa tum parum ebullit, tota portione Nitri ita commixta, crucibulum tum probe clauditur, mixtura haec fuſioni dein relinquitur per horam 1. quibus tum iterum ſucceſſive adduntur Unc. 8. *Nitri ſicci*, & per horam 1. omnia fuſioni relinquuntur, & id tertia vice Unc. tantum 4. continuatur, per horas 2. ignis adhuc fortis continuatur, quo tum omnia inſtar Aquae fluunt, Maſſa haec in mortarium creta obductum effunditur, pulveriſatur tam calide ac fieri poteſt, & digeritur cum quantitate proportionata, Librae circiter 3 — 4. *Spiritus Vini fortis*, & calefacti in cucurbita, & omni apparatu rite munito, Tinctura haec per quasdam dies digeſtioni relicta, mox tum acquiritur *efficaciſſima* ſumme-*acris pellucida Tinctura Antimonii.* Excepta hac recenſeri quoque poſſet *Tinctu-*

ra *metallica* - & *Salis Tartari Tinctura*, ſed quum hae vulgo ſint ejusdem qualitatis Tincturae cauſticae - alcalinae, hinc una prae altera ſufficit, & ſecure quaevis poteſt ſubſtitui in pharmacopaeis, e quibus recenſita jam eſt optima, l. quoque Tinctura metallica; Sal enim alcalinum addito quodam Metallo magis fit cauſticum, & fortius tingens, quam per Calcem.

Tinctura Antimonii tartariſata ad methodum ſupra recenſitam, commendat quoque *Hagen*, quia ad hancce praeparationem Tinctura haecce ſemper Sulphur, uti & partes regulinas ſolutas continet, quod ſubito patet ab addito acido praecipitato Sulphure, & hinc orto odore putrido inſtar Ovorum, uti & in vitris arenae pharmacopaeorum tum cruſta adhaerens, de qua candenti carboni excavato, cannae ferruminis ope immiſſa & fuſa, globuli plane metallici oriuntur.

OBS. 5) *Goettling* credit *Regulum Antimonii* non ſemper requiri, ſed parum tantum *Sal cauſticum* l. *Nitrum* purum ſufficere.

OBS. 6) *Tinctura Antimonii aniſata* paratur ex *Antimonii crudi* pulv. Unc. 6. — *Salis Tart.* Unc. 12. ut fluant crucibulo valido igne per horam, tum adhuc calida pulverif. phialae immittuntur, cui adfundetur *Olei Aniſi*, Unc. 1. — *Spiritus Vini* Unc. 36. Digerantur ad *Spiritus* plenariam tinctionem, & filtretur. Cujus *vis* magis *carminativa*, & a *ventriculo irritabili* hinc levius perferri poteſt.

Caeterum ſine *Oleo Aniſi* parata haec *Tinctura* denominatur vulgo *Tinctura Antimonii ſimplex*, ſ. *tartariſata*.

OBS. 7) E *Tincturis Antimonii* praecipue ſe commendavit in recentioribus temporibus *Tinctura Antimon. Thediana,* quae paratur ab eo, ex *Antimonii crudi* Unc. 24. — *Sal. alkalino* Unc. 72. Mixta ſic plenarie fluunt in crucibulo, effundit in ahenum ferreum, contundit in mortario ferreo poſt refrigerium, contuſa immittit in vaſculum magnum figulinum, affundit tum *Aceti concentrati* in hyeme acquiſiti per gelu, abſoluta effervefcentia in mariae balneo evaporat ſuperfluum fluidum, deſiccatam maſſam tum diluit Alcohole *Vini forti*, e quanam mixtura deſtillat Spiritum in mariae balneo, ter cohobat, quo acquiſivit *Tincturae* Unc. 24. — In reſiduo remanebat *Terra foliata Tartari*, ſ. Sapo.

Sulphur auratum Antimonii, Oleo Vini & *Terra foliata Tartari* peculiariter unitum eſſe credit quidem *Theden*, in hac *Tinctura*, *Goettling* vero contendit, conſtare experimentis ejus expreſſe inſtitutis, e ſolutione *Alkali puri* cum *Aceto* ſaturato: *Leonhardi* methodum hinc praefert, quum *Spiritu Vini* ſaturatam *Terram foliatam Tartari* cum *Hepate Antimonii* digerit, quo *Spiritus Vini Terra foliata Tartari* jam commixtus, quasdam partes *Hepatis Antimonii* jam ſolvit.

Tinctura haec easdem hinc *vires reſolventes, diaphoreticas, diureticas, anticatarrhales, antarthriticas*, & *eccoproticas* poteſt exſerere uti *Thediana*, eundemque *uſum* in *ſcrophulis, cancro* occulto & aperto; in *ulceribus* & *tumoribus arthriticis;* in *diſphagia;* in *ſtruma, amauroſi*, a Guttis 15. cum fruſto *Sachari* ter de die, *Theden* & *Plenck* obſervationibus.

OBS. 8) *Ph. Fuldenſis* ſuadet ad compoſitionem *Tincturae Antimonii acris*, ſumendi *Reguli Antimonii martialis* Unc. 3. — *Nitri* depurat. Unc. 18. optime trita, & perfecte mixta, cochleatim & ſucceſſive ingerendi in crucibulum haſſiacum candens, finita ingeſtione calcinandi per horam, ſed non ultra, cum crucibula vix diuturniori tempore perdurent, ignis vero tum augeatur, quam maxime, ut maſſa per horae quadrantem fluat inſtar Aquae, quo tum in mortarium ferreum, creta probe obductum, effuſa in pulverem teratur, qui adhuc calidus, modo non candens, ſucceſſive immittetur in cucurbitam vitream capacem, in qua jam praeſto ſint, *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Unc. 48. poſt 3. dierum digeſtionem Spiritus, profunde rubro colore tinctus, decantetur, & filtretur, qui, ſi non ſatis obſcure, tinctus videatur, per partialem Spiritus abſtractionem concentretur.

OBS. 9) *Tincturam Antimonii nigram* commendat Ph. *Fuldenſis* e *Reguli Antimonii medicinal.* adhuc calentis, ſubtiliſſime pulveriſat. Unc. 4. immittendi in phialam, eique ſuperfundendi *Lixivium* forte, paratum e *Salis alcali vegetabilis* purificati Unc. 6. — *Aquae commun.* Unc. 8. Mixta ſub crebra agitatione eousque leni calore digerendi, donec maſſa conſiſtentiam pultis adquiſiverit; tum vero ei adfundendi *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 10. — digerendi leniſſimo calore phialam ſaepius agitando, dum Spiritus colore, nigro-rubente tinctus appareat, quo dein Tinctura decantetur, & vitris probe obturatis immiſſa in loco frigido adſervetur.

VIS *reſolvens* eximia, *aperiens*, *ſtimulans*, *diaphoretica*, *diuretica*, amara, nauſeoſa, & in majori Doſi *emetica*.

DOSIS a Guttis 20. ſucceſſive ulterius adſcendenda, ad Guttas 60.

OBS. 10) *Tinctura Antimonii tartariſata.* Rec. *Salis Tartari* Unc. 12. — *Antimonii* electi Unc. 6. Pulveriſata & mixta fluant in crucibulo, valido igne per horam, maſſa dein in mortarium calidum effunditur citiſſime, & ignita adhuc in pulverem contunditur. Pulveri in phiala — *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 12. affunduntur, & ad digeſtionem reponuntur. Liquor rubineo colore tinctus, a faecibus ſeparatur, atque reſiduo, — *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Unc. 6. denuo affunduntur, qui tinctus, uti prior decantetur. — E reſiduo *Sulphur Antimonii* praeparari poteſt.

VIS *reſolvens*, *haemocatarctica*, *attenuans*, *diuretica*.

DOSIS Guttae 40—70. *Keup.*

TINCTURA ANTIMONII THEDIANA
« *aniſata*, vide *Tinct. Antim. acris Hofman.*

TINCTURA ANTISPASMODICA
Lentin.

Rec. Radic. *Valerian.* Unc. 1.
Liquoris anodyni min. Hofm. Unc. 4.
Digere in calore modico per dies 14. in phiala alta, veſica munita, dein fortiori, tum in fine digeſtionis poſtquam refriguerunt, decantentur.

Liquoris hujus *Vis anodyna-carminativa. Keup.*

Uſum Valerianae cum Liquore anodyno m. H. combinatae commendat *Baldinger* enixe in Vol. 7. Part. 4. Promtuarii ſui; *Valeriana* per

ſe ingrata, hac combinatione grata evadit medicina, in *morbis nervorum*, & *convulſivis* motibus efficaciſſima.

In *colica flatulenta*, in *obſtructionibus* a *flatibus* hujus Tincturae part. 2. cum part. 1. *Corticum Aurantiorum Eſſentia* mixta, & omni ſemihora ad Guttas 40 — 50. exhibita omni dimidia hora miros praeſtat effectus *carminativos*, cum Infuſo theiformi Chamomillae: teſtimonio *Willich.*

Hic Vir in promptuarii ſupra laudati Volumin. IX. Part. 3. ſequentem proponit *Tincturam* multo fortiorem hacce via. Rec. Rad. *Valerian.* Unc. 5. — *Flaved. Cort. Aurant.* Unc. 1. Digere methodo ſupra deſcripta Cel. *Lentin* cum *Liquor. anodyn.* mineral. Hofm. Unc. 24.

Tinctura haec, e flavedine *Corticum Aurantiorum* cum *Liquore anodyno* parata, profuit ei jam dudum eximie contra *flatus*, & *colicam flatulentam*, ſaepius ſubito & ſecure D. *Willich.*

Praeſtantiam hujus Tincturae nemo non facile perſpiciet; poſſet *Tinctura antiſpaſtica Lentino-Willichiana* appellari, uti *Keup* contendit.

TINCTVRA AROMATICA
Piepenbring.

Rec. *Cinnamom.* acuti, Drachm. 6.
Piperis longi Drachm. 3. — *Zinziberis* Unc. 1/2.
Spiritus Vini rectificatiſſimi,
Aquae fontanae ana Unc. 6.
Miſce, digere per 3. dies, & exprime.

VIS & USUS *reſolvens - calefaciens*, *roborans*; *digeſtionem* promovens.

OBS. 1) *Pharm. Fuldenſis* ſuadet *Pulver. aromatic.* (ſupra deſcripti,) Unc. 2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. digerendi per 3. dies, & *Tincturam* colatam ſervandi, qua remedium *ſtimulans*, *calefaciens*, *carminativum*, *analepticum*, *ſtomachicum*. — Doſis Guttae 30—60.

TINCTVRA ASÆ FOETIDÆ,
ſ. *Foetida Londinenſis.*

Rec. *Aſae foetidae* Unc. 2. infunde
Spiritus Vini rectificat. Unc. 12. digere per triduum, *Tincturam filtratam* ſerva uſui.

VIS uti Aſae foetid. *reſolvens*, *haemocatarctica*, *anthelmintica*, *antiſpaſmodica*, *antihyſterica*, *nervina*.

USUS in affectibus *hyſtericis* - *ſpaſmodicis*, in *lipothymiis hyſtericarum*; in *colica* flatulenta; ad *vermes* - ſanguinis *fluxus* promovendos; ad *obſtructiones* viſcerum in variis morbis, uti in *hydropicis* - *tympaniticis*, *nervorum debilitate*.
Ph. Londin. Selle. Piderit. Mellin.

DOSIS a Granis 16 — 120. bis terve in die.

OBS. 1) *Ph. Würtenb. Edit. nova* communicat. *Aſae foetid.* — *Salis Tartari* puriſſ. ana Unc. 2. — *Spiritus Vini* Unc. 12. Tridua digeſtione leni calore extrahatur Eſſentia, quae filtrata uſui ſervetur: Poteſt quoque ad inſtar dudum in noſtro Diſpenſator. receptae Eſſentiae *Succini Garmanni* cum *Liquore anodyno* extractio fieri.

OBS. 2) Ph. *Londinenſis* cupit *Aſae foetid.* Unc. 4. — *Spirit. Vini* Unc. 24. digerendi per 6. dies. Et Ph. *Suecic. Edit. nova* ſuadet *Aſae foetid.*

Drachm. 6. ſolvendi in *Tinctur. Fuligin.* Unc. 6. colandi dein.

TINCTVRA AVRANTIORVM *Corticum.*

Reç. *Corticum Aurantiorum* ab interiori albedine mundatorum Unc. 6.

Fructuum Aurantiorum immaturorum tenellorum Unc. 2. Contuſis affunde

Spiritus Vini rectificati Unc. 32 — 42.

Digere in *Balneo* Arenae per 3. dies, tum probe exprime, per chartam emporeticam filtra. *Piderit. Mellin.*

VIS *ſtomachica, carminativa, ſtimulans, roborans.*

USUS in *debilitate ventriculi & inteſtinorum* ſ. primarum viarum: & in *flatulentia* earum.

DOSIS a Guttis 30 — 60. & ultra.

OBS. 1) *Pharm. Auſtriaca* praeſcribit tantum *Cortic. Aurantior.* Unc. 2. conciſis minutim adfunde *Spiritus Vini* Unc. 12. digerantur ad perfectam Eſſentiae extractionem.

OBS. 2) *Ph. Herbipolit. & Suecic.* Edit. nova, ſuadet flavedin. *Cortic. Aurant. recent.* Unc. 6. — *Spirit. Vini rectificat.* Unc. 36. Macera per triduum, dein per chartam cola. — Si *Spiritus Vini rectificati* loco ſumitur *Spiritus Aurantii*, & *Sachari* albiſſimi pulverati Unc. 9. *Tinctura Aurantii dulcis* appellatur.

OBS. 3) *Ph. Londinenſ.* cupit *Cortic. exterior. Aurantior.* Unc. 3. ad *Spirit. Vini* Unc. 24. digerendi per triduum.

OBS. 4) *Tinctura Aurantiorum Corticum ſpirituoſa* conſtat e Cortic. *Aurantior.* curoſſavicor. ab albedine

albedine interiori ſeparator. Unc. 12. quibus affunde *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 42. Poſt ſufficientem extractionem exprime, & per chartam filtra. — *Vis* egregie *ſtomachica, carminativa, tonica. Doſis* Guttae 30—60. *Keup.*

TINCTVRA BALSAMICA EXTERNA, vide *Linimentum ſaponaceum.*

TINCTVRA BALSAMI CANADENSIS *mundificans.*

Rec. *Mercurii ſublimati corroſivi* Scrupul. 1. in
Spiritus Vini rectific. Unc. 4. probe ſolve.

Rec. tum *Balſami canadenſis* veri & genuini,
Gummi Guaiaci ana Unc. 1. ſolve in
Spiritus Vini rectificati Unc. 4. faecibus ſubſidentibus, *Liquores limpidi* per inclinationem effundantur, mixtis adde
Olei Ligni Saſſafras puri & ſinceri Drachm. 2.

VIS *haemocatharctica, antiſcorbutica.* *Piderit.*

USUS In omnibus morbis ab *impuritate* & *acrimonia* humorum, inprimis *venereis* & *ſcabioſis.* In *lue venerea, ſcorbuticis* inquinamentis juncta.

DOSIS bis in die a Guttis 10 — 20. in cyatho *Vini* l. *Aquae.*

OBS. 1) Qua calida medicina *phlegmaticis* conducens.

OBS. 2) *Balſamum canadenſe,* e *Pino canadenſi* fluens, ubique, loco *Balſami Copaivae,* e *Copaifera officinali* effluens, adhiberi poteſt. *Piderit.*

OBS. 3) *Tinctura Balſami canadenſis roborans.* Rec. *Balſami canadenſis genuini* Unc. 3. — *Gummi Guaiaci* Unc. 1/2. — *Spiritus Vini rectificati* Unc. 12. Digerantur leni calore

per 3. dies, filtrentur, & addantur *Olei Menthae piperitidis* Drachm. 2. Miſce.

VIS *balſamica, roborans nervos; diuretica, diaphoret.*

USUS in *arthritide ſeroſa, podagra*, inprimis ſi *debilitas* inſignis in partibus obſervatur affectis, & ſi *inflammatio uſum* ejus *non* prohibet.

In *debilitate viarum urinariarum*, & in ipſa *gonorrhoea*, *fluore albo*, ſi benignae ſunt naturae, convenit. *Piderit.*

Si in his *fluoribus acrimonia* ſimul adeſt, Eſſentia bene priori *mundificanti* denominatae, miſcetur. *Falckii* obſervation. *Piderit.*

DOSIS bis vel ter in die ad Cochlear. parvum.

TINCTVRA BALSAMI COPAIVÆ.

Rec. *Balſam. Copaivae* Unc. 2.
Spiritus Vini rectificat. Unc. 8.

Poſt 3. dierum digeſtionem Tinctura colata ſervetur.

Qua remedium *interne* a Guttis 30—60. *ſtimulans, calefaciens, nervinum, diureticum, roborans, mundificans, travmaticum; — externe vulnerarium, mundificans, conſolidans.* *Ph. Fuldenſis.*

TINCTVRA BALSAMI PERUVIANI . *Simplex.*

Rec. *Balſam. Peruvian. optimi* Unc. 1/2. cum
Spiritus Vini optime dephlegmati Unc. 3. per dies aliquot loco tepido digere, tum cola Eſſentiam. *Ph. Würtenb.*

VIS *balſamica - calida - exaeſtuans, ſtomachica.*

USUS *interne* ad *ventriculum roborandum; vitia lymphae; gonorrhoeam* eximie. *Oet. Re.*

Melius in ſubſtantia cum Vitello Ovi interne.

Externe magis confert ad *vulnera ; abſceſſus, vulnera* partium *tendinoſarum. Gangrenae humidae* ac *putredini* efficaciter reſiſtit, unde in *ulceribus* ac *vulneribus putridis* tantae utilitatis.

Plenck,

DOSIS *interne* a Guttis 30 — 50. major *ardorem* efficit, hinc *temperantia* - l. *emulſiones* jungendae ſunt.

OBS. 1) Ph. *Londinenſis* ſuadet ad *Balſam. Peruvian.* Unc. 4. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. digerendi ad *Balſami* ſolutionem.

TINCTVRA BALSAMICA PVRIFICANS.

Rec. *Mercurii ſublimati corroſivi* Scrupul. 1.

Spiritus Vini rectificati Unc. 4.

In phiala vitrea pura clauſa ſervandi, donec Mercurius ſublimatur, ſponte ſolvitur.

Recipe tum *Terebinthin. venet.*

Reſin. Guaiac. ana Unc. 1. ſolve in
Spiritus Vini rectificati Unc. 4.

Si faeces ſubſederunt, Liquores limpidi per inclinationem effundantur, & mixtis addenda tum eſt

Olei Ligni Saſſafras ſincer. Drachm. 2. Miſce.

VIS & USUS e titulo patet. *Ph. Herbipolitan.*

OBS. 1) *Tinctura balſamica Gmelin correcta*, ſ. *Spiritus Salis Ammoniaci aromatiſatus.*

Rec. *Spirit. Sal. Ammoniac. vinoſi* Unc. 12. — *Oleorum deſtillator. Cinnamom.* — *Nucis Moſchat.* ana Scrupul. 1. — — *Caryophyllor.* Scrupul. 1/2. — *Quintae Eſſent. Cortic. Aurant.* — *Quintae Eſſent. Citri* ana Drachm. 2. miſceantur probe.

VIS *ſtomachica, carminativa, emmenagoga.*

USUS ad vitia *digeſtionis* a *debilitate* l. *obſtructione* viſcerum chylopoieticorum orta, in *cachecticis* - *phlegmaticis* praecipue convenit. *Doſis* Gutt. 30.

OBS. 2) *Tinctura balſamica compoſita* paratur e *Balſam. canadenſ.* Unc. 2. — *Reſinae Guaiac.* Unc 1. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. — Mixta digerantur per 3. dies, tum Tincturae colatae addetur — *Olei Menthae piperitid.* Drachm. 1. — Mixta Tinctura in vitro probe clauſo ſervetur. Cujus *Vis antiſpaſmodica, carminativa, nervina, attenuans, reſolvens, roborans, digeſtionem - ſecretiones - ac excretiones promovens.* — *Doſis* Guttae 20 — 40.

Ph. Fuldenſis.

TINCTVRA BENZOES COSMETICA, ſ. *Spiritus Benzoes.*

Rec. *Gummi Benzoes* l. flores.
— *Styrac.* ana Unc. 3.
Spermat. Caeti Unc. 1/2.
Caryophyllor. aromat. Drachm. 2.
Spiritus Vini rectificatiſſ. Unc. 48.

Digere & cola. *Ro. Manh.*

VIS *coſmetica* externe; *reſolvens* interne.

USUS *externe* ad *maculas cutis* detergendas; ad nitorem faciei conſervandam *externe:*

Plenck externe aſthmaticis & *pectoris* morbis, qua *incidens*, *expectorans* interne commendat.

OBS. 1) Tinctura *Aquae* infuſa lacteſcit.

OBS. 2) *Ph. Auſtriac.* ſuadet tantum *Benzoes* Unc. 3. — *Styrac. calam.* Unc. 1. — *Spirit. Vini rectific.* Unc. 24. digerendi per aliquot dies in vaſculo clauſo, ad perfectam *Spiritus Vi-*

ni ſaturationem , qui dein filtratus ſervandus probe eſt.

Ph. Suecic. nova Editio , & *Ph. Fuldenſ.* ſuadet *Benzoes* Unc. 2. — *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 12. digerendi per triduum & per chartam colandi.

TINCTVR. BEZOARDICA PIEPENBRING.

Rec. *Radic. Zedoariae* — *Serpentar.* virginian.
Herb. Scordii -- *Baccar. Juniperi* ana Unc. 1 & 1/2
Spiritus Vini rectificat. Unc. 12.
— *Tartari* Unc. 8.

Miſce, digere per triduum, exprime.

Vis praecipue *diaphoretica.*

TINCTVRA CALAMI AROMATICI.

Rec. Radic *Calami aromatic.* Unc. 1. & 1/2.
conciſae adfundantur,
Spiritus Vini Unc. 6.

Digeſtione ad ſufficientem extractionem peracta, Eſſentia filtretur. *Ph. Würt. Edit. nova.*

VIS *ſtomachica , carminativa.* Commodum eſt ſuccedaneum Eſſentiarum, ex exoticis aromatibus paratarum.

DOSIS Drachm. 1/2 — 1.

TINCTVRA CANTHARIDVM.

Rec. *Cantharid.* pulveriſ. Drachm. 2.
Acidi Nitri Unc. 1.
Spiritus Vini rectificat. Unc. 14. Digeſtis per 4. dies in Arenae balneo adde
Camphorae Drachm. 2. Denuo tum digeſtum leni calore, filtra ad Tincturam uſui ſervand.

VIS potens *diuretica , tonica*, valde *ſtimulans* & *in*-

flammans, cum tanta *violentia* ad *mictum cruentum* - & viarum *urinae inflammationes.*

USUS hinc caute. In *diabete; ſpaſmodica urinae* retentione; *aſthmate; cutis morbis; hyſterico malo;* in *hydrophobia*, *rabie canina, lue venerea,* commendant quidam, quam alii valde vituperant, ob *nimiam vim ſtimulantem* - & inde ortas facile *inflammationes.*

In *gonorrhoea* pertinaci *inveterata*, a partibus *relaxatis,* uti in aliis *relaxationibus*, ac in *corporibus* praecipue magis valet, ſine noxa, *pituitoſis humoribus* impletis, nec tam facile *irritabilibus*, ſi nulla alia *excitantia* conducunt.

In *hydrope pertinaci* cum inſuperabili *urinae ſuppreſſione. Selle* commendat in *gonorrhoeis* & *hydrope*, a Guttis quibusdam in *Aqua* ſolutis incipiendo ad plures. Solutionem tantum in *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 18. — *Canthar.* Drachm. 2. Digeſtione leni tum filtratam aſſervandi, ad uſum inprimis in *vehiculis mucilaginoſis*, & *amaris* potionibus, ſed ſemper tamen ſumma cautione.

Externe infricata qua *rubefaciens*, & in *tumoribus frigidis* qua *reſolvens.* *Piderit.*

In *verrucis, condylomat. venereis;* in *paralyſi. Plenck.*

DOSIS a Guttis paucis incipiendum, a 8—30. junctis *demulcentibus*, & *Emulſionibus* cum *Camphora*, l. ſola Aqua dilulis.

OBS. 1) Quamplurimi medici contendunt, valde ſuſpectum eſſe uſum internum Cantharidum, & merito illum diſſuadent. *Stranguria, mictus cruentus*, aliaque ſymptomata graviſſima, in hominibus laſcivis, hoc auxilio uſis, ut languentes & exhauſtos a venere Spiritus iterum

excitarent, obſervata fuerunt. Potiſſimum autem hoc de pulvere *Canthar.* valet. Certo certius enim ſum perſuaſus, *Tinctur. Canthar.* ſaepiſſime eximiam & praeſentaneam opem ferre. Foeminae in *hydrope aſcite* ad Gutt. 20. in hauſtu Vini Rhenani, a Gutt. 30—40 qua *diaphoreticum potens*, cum conjunctis roborantibus & reſolventibus leniſſimis eximie contulit. *Bicker.*

OBS. 2) *Nocet* interne inprimis in *haemorrhoidariis*, renum ac viarum *urinae inflammationibus*, uti in *mictu cruento*, & *calculo*.

OBS. 3) Ph. *Hamburg.* pauper. praeſcribit *Cantharidum* contuſ. Drachm. 2. in *Spirit. Vini* tenuioris Unc. 6. Digerendi, colandi. *Doſis* a Gutt. 20—30.

Ph. *Suecicae* nova Editio cupit *Canthárid.* contuſ. Unc. 1. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. Macera per triduum, & per chartam cola.

Riemer ſuadet *Cantharid.* contuſ. Drachm. 1. — *Spirit. Vini* tenuior. Unc. 4. digere & cola per chartam. *Doſis* Guttae 5—8—12. bis de die.

Keup ſuadet *Cantharid.* Drachm. 2. —— *Camphorae* Drachm. 1. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 18. digerendi per biduum.

OBS. 4) Addita *Coccionellae* Drachm. 1/2. color ruber amoenus ei conciliatur, *Mellin Tincturam epiſpaſticam* communicat quoque e *Cantharid.* pulveriſat. Unc. 2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. Digerendi per biduum & colandi.

Herold ſuadet *Cantharid.* Unc. 1/2. — *Coccionellae* Drachm. 1. — *Spirit. Vini rectificat.* Unc. 16. digerendi in balneo arenae. — *Can-*

tharides quum multas partes *ſalinas* contineant, eae tum primum *Aqua* communi, dein *Spiritu Vini* digerendi ſunt.

Quidam digerunt tantum pulver. *Cantharid.* Unc. 2. in *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 24. & colant. *Ro. Manh.*

OBS. 5) *Tinctura Cantharidum Fuller* conſtat e *Pulver. Cantharid.* Unc. 1/2. — *Spiritus Nitri optimi* Unc. 1. Digeſtis per horas 24. quibus dein addentur *Spiritus Vini camphorat.* Unc. 3. iterum digeſta per aliquot dies filtrandi uſui. *Doſis* a Guttis 4-20. bis de die in *Decocto Malvae* cum *Syrupo Violarum edulcorata. Mellin.*

OBS. 6) *Ph. Würtenb. nova Editio* communicat quoque compoſitionem ſimplicem minus pretioſam - *Cantharidum* Drachm. 2. — *Spiritus Vini* Unc. 6. digerendi per 4. dies, tum filtandi. — Variae caeterum exſtant compoſitiones, tum quoad compoſitiones, tum quoad proportionem *Spiritus Vini* ad *Cantharides*, tum quoad alia ingredientia, v. g. *Coccionellam*, - reſinam *Guaiaci*, - *Balſamum* de *Copaiva*, - *Camphoram*, - *Oleum Juniperi* - *Spiritum Nitri* - *Spiritum Salis*, quippe quae ſubinde recipiebantur.

Uſum ejus *externum* commendat ea praecipue in *membris* v. g. *paralyſi* & *rheumatiſmo* affectis. — Interno uſui jam olim & recentius in variis morbis v. g. *diabete*, *urinae retentione*, *aſthmate*, *hydrope*, commendabatur, Aqua prius diluta, l. cum aliis remediis, mixta, & ſic pro vario ſcopo alterata; ſi modo memores ſumus, quod a paucis Guttis 6—8. incipiendum ſit, & quod partium *geni-*

talium inflammationes facile excitet, hinc in *gonorrhoeis*, in qua alias extollitur a quibusdam, pro infido & periculoſiſſimo remedio cenſendum eſt.

Herold ſuadet ad *Tincturam Cantharidum internam Lewis, Cantharid.* pulveriſat. Drachm. 2. — *Balſam.* de *Copaiva* Unc. 1. & 1/2. — *Coccionellae* Drachm. 1. — *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 9. (Pinten 1 & 1/2.) digerendi per 2. dies in *Spiritu Vini*, filtrandi, tum addendi *Balſamum* & *Coccionellam*, dein digerendi iterum per 4. dies in balneo arenae, & filtrandi, cujus *Doſis* Guttae 10 — 20.

OBS. 7) *Gmelin* commendat pulver. ſubtiliſſ. *Cantharid.* Gran. 4 — 10. in *Aceti* electi Unc. 2. coquendis, filtrandi & una vice ſumtum commendat eximie ad *hydrophobiam*.

OBS. 8) *Plenck* ſuadet *Cantharidum* pulveriſ. Unc. 2. — *Spiritus Vini rectific.* Unc. 12. digerendi per biduum & colandi, cujus *Uſum* praecipue commendat ad *tumores articulares albos*, & ad *dolores rhevmaticos* diſcutiendos.

OBS. 9) Ph. *Fuldenſis* cupit. pulver. *Cantharid.* Drachm. 2. — *Aquae* fontan. purae Unc. 2. per aliquot horas digeſtis addantur *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 6. digerantur per 3. dies, & Tinctura filtrata ſervetur.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA CARDAMOMI.

Rec. *Cardamomi minoris* pulv. Unc. 3. affunde
Spiritus Vini rectificati Unc. 15 — 24.

Digere ad ſufficientem extractionem, per dies 8. dein exprimetur & filtretur Eſſentia. *Piderit.*
Ph. Londin.

Quidam ſuadent *Cardamomi* part. 1. ad part. 8. *Spiritus Vini.*

VIS *carminativa*; *nervos excitans*, eis amica.

USUS in *anorexia*, *diſpepſia*, *cardialgia* & *colica* a cauſis frigidis orta.

DOSIS a Drachm. 1/2—1. in Vino l. alio vehiculo.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA CARMINATIVA.

Rec. Cortic. *Canellae* albae Unc. 1.
Radic. *Galangae* minor.
Zedoariae ana Drachm. 6.
Semin. *Cardamom.* minor. Drachm. 3.
Spiritus Vini rectificat. Unc. 12.

Mixta, conciſa, contuſa, digerantur per 3. dies. Tincturaque filtrata ſervetur.

VIS *aromatica*, *ſtimulans*, *calefaciens*, *antiſpaſmodica*, *carminativa*.

DOSIS Guttae 20—60. Ph. *Fuldenſis*.

TINCTVRA ſ. ESSENT. CORTIC. CASCAR.

Rec. Corticis *Caſcarillae reſinoſae*. Unc. 3.
Ciner. clavellatorum l. *Salis Tartari* Drachm. 1. (non ſemper neceſſarii.)
Spiritus Vini rectificati Unc. 12. affunde

Digere ad ſufficientem extractionem, per 3 - 4. dies, quo dein exprimetur & filtretur *Eſſentia*. *Piderit.*

VIS *roborans*, leniter *ſtomachica*, *carminativa*, *reſolvens*.

USUS ad *viſcera debilitata abdominum*, & *pulmonum roboranda*; *ventriculi vitia pellenda*. Ad *tonum reſtituendum* poſt morbos ſuperatos; & in *chylificatione depravata*; in *diarrhoeis*, & *dyſenteriis*

diuturnis. Ad *flatus* in *hypochondriacis*, & aliis primarum viarum vitiis, a debilitate fibrarum ortis, *diſſipandos*. Ad *tonum ventriculi conſervandum;* caeterum melius ſaepe in ſubſtantia.

DOSIS a Guttis 30 — 80.

OBS 1) In *cura Seri lactis*, ſ. *Succorum Herbarum*, quas verno tempore homines celebrant; & ſub uſu *Fontium medicatorum* confert eximie.

Cum *Liquore Terrae foliatae Tartari*. l. qua viliori pretio, *Liquore Tartari ſolubili*, utiliter miſcetur, quoniam tunc, ad auferendas in *vaſis minimis obſtruct.* & *incidendas cruditates* in *ventriculo*, & inprimis viis acervatas, eo actuoſior evadit.

OBS. 2) *Herold* ſuadet Cortic. *Caſcarill.* reſinoſae Unc. 8. contuſ. groſſe, ſuperfundendi *Spiritus Vini* rectificatiſſimi Unc. 32. digerendi fortiter.

OBS. 3) *Ph. Londinenſ.* cupit ad Cortic. *Caſcarill.* pulveriſat. Unc. 4. — *Spirit. Vini* Unc. 24. digerendi leni calore per dies 8. & colandi.

TINCTVRA ſeu ESSENTIA CASTOREI compoſita, uti & *carminativa Helvetica*, vide *Tinctura* ſ. *Eſſentia Caſtorei*.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA CASTOREI *Simplex*.

Rec. *Caſtorei moſcovitici* Unc. 3.
Spiritus Vini rectificati Unc. 15.

Digere per 3. dies, exprime & filtra. *Piderit.*

Herold ſuadet *Caſtorei* Unc. 1, & 1/2. *Spirit. Vini* Unc. 16. digerendi.—& *Ph. Londinenſ.*

cupit *Caſtorei* ruſſici pulveris. Unc. 2. — *Spirit. Vini* Unc. 24. digerendi per 10. dies; colandi.

VIS *inſignis*, *antiſpaſmodica*, *nervina*.

USUS in *affectibus ſpaſmodicis* & *hyſtericis* a Guttis 10 — 20 — 40. & ſaepe utiliter *Opiatis*, vel *Liquore anodyno minerali Hoffmanni*: *Clyſmatibus antihyſtericis* & *anticolicis* ad Drachm. 1. addi quoque poteſt; non minus mulieribus ad *odoramentum* praeberi, raro caeterum per ſe, ſed in aliorum utplurimum connubio. *Piderit.*

OBS. 1) Ad *Spielmann. Tinctura* ſ. *Eſſentia Caſtorei carminativa Helvetica*, ſ. *Liquore anodyn. mineral. Hoffmann* parata, conſtat e *Caſtorei optim.* Unc. 2. — *Croci auſtriac.* Unc. 1. Inciſa infundant. per 24. horas. — *Liquor. anodyn. miner. Hoffmann.* Unc. 12. expreſſa filtrentur: cujus *Vis tonica* - *roborans*; *Uſus* in *colica*, *vomitu*, affectibus *hyſtericis*, ad Guttas 30. *Spielmann.*

OBS. 2) *Ph. Roſſica Tincturam Caſtorei compoſitam*, communicat e *Caſtorei ruſſici* Unc. 1. — *Aſae foetid.* Unc. 1/2. — *Spiritus Salis Ammoniaci vinoſi* Unc. 12. vel *Spirit. Vini* Unc. 12. Macerandi per dies 6. in phiala clauſa, tum ſervandi uſui.

OBS. 3) *Ph. Suecic.* nova Edit. cupit *Caſtorei* Unc. 1—2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. digerendi per triduum, dein per chartam colandi. *Ph. Fuldenſ.* ſuadet ſeptimanam ad digeſtionem.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA CATECHU
Terrae.

Rec. *Terrae* ſ. potius *Succi Catechu* Unc. 1.
Spiritus Cydoniorum Unc. 4,
Solutione per digeſtionem facta filtretur.

USUI in *haemoptyſi*, in nimiis *haemorrhagiis*, *diarrhoea*, l. ubi *adſtrictione* opus eſt, convenit: *gingivas ſcorbuticas* eximie *roborat.*

DOSIS a Guttis 30 — 50. *Keup.*

OBS. 1) *Ph. Londinens.* ſuadet Terrae *Catechu* Unc. 3. — Cortic. *Cinnamon.* contus. Unc. 2. — *Spirit. Vini* tenuior. Unc. 24. digerendi per triduum, & colandi.

TINCTVRA CHINÆ CHINÆ SIMPLEX

Keup.

Rec. Cortic. *Chinae Chinae* pulveriſator. Unc. 3.
Spirit. Vini rectificat. Unc. 12.

Digere aliquamdiu, Eſſentia ſ. Tinctura bene ſaturata expreſſa filtretur;

Uſui non modo in *febribus*, ſed ad *tonum* quoque *relaxatum roborandum. Doſis* a Gutt. 60-80. *Keup.*

OBS. 1) *Tinctura* ſ. *Eſſentia Chinae compoſita Helwig.* conſtat e Cortic. *Peruvian.* Unc. 3. — Rad. *Serpentariae* virginian. Unc. 2. — Rad. *Contrayervae* Unc. 1. pulveriſat. adde *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 16. poſt ſufficientem extractionem exprimantur, & Eſſentia per chartam bibulam filtrata reponatur; *Uſui* qua *alexipharmacum*, *antifebrile*, *tonicum*, - *carminativum*, a Guttis 50—70. *Keup.*

TINCTVRA CINNAMOMI SIMPLEX.

Rec. *Cinnamomi acuti* Unc. 1, & 1/2.
Spiritus Vini rectificat. Unc. 12.

Digere ſine calore & cola. *Mellin.*

Ph. Londin. ſuadet digeſtioni per 10. dies.

VIS *nervina*, *tonica*, *confortans*, *roborans*, *ſtomachica*, *analeptica*, *haemoſtatica*, *adſtringens.*

USUS in *vitiis primarum viarum, ventriculi.* In *haemorrhagiis* ante partum, (uti in- & poſt eum,) *gravidarum* non plethoricarum, cum frigore in extremitatibus, facie pallida, pulſu debili parvo commendat eximie, haud exiguo cum fructu *Plenck*, & ante eum *Swieten* & *Boerhav Tincturam* hanc *nervinam*, aliis diluentibus Aquis uterinis dilutam, nocentibus tum temperantibus, & Venae Sectione conſueta.

Doſis a Guttis 30—60.

OBS. 1) *Tinctura Cinnamomi Plenck.* Rec. *Aqu. Menth.* —*Meliſſae* ana Unc. 3. —*Tinctur. Cinnamom.* Unc. 1/2.—*Lapid. Haematit.* Scrup. 2.— *Syrup. Meliſſ.* Unc. 1. Miſce, detur omni quadrihorio Cochlear. 3. qua praecipuum *remedium* in *uteri haemorrhagia.*

OBS. 2) *Ph. Londinenſ.* communicat *Tincturam Cinnamomi compoſitam*, e Cortic. *Cinnamom.* contuſ. Drachm. 6. — Semin. *Cardamom.* minor. demtis capſulis Drachm. 3. —*Piper.* longi, — *Zingiber.* pulveriſat. ana Drachm. 2. — *Spirit. Vini* tenuior. Unc. 24. digerendi per 8. dies & colandi.

TINCTVRA ſeu ESSENTIA CROCI.

Rec. *Croci auſtriac.* Unc. 1.

Spiritus Vini rectificat. Unc. 8-12. Digere per 5. dies, & *Tincturam* brevi expreſſione filtra.

VIS *anodyna, excitans, ſtimulans, diaphoretica, antiſpaſmodica, emmenagoga.*

USUS qua ſanguinem expandens, motus augens, animum excitat triſtem; *humorum pituitoſorum* lentorem imminuit; ad *menſes* pellendas inpri-

mis in triſti habitu corporis, mimime vero, ubi *menſtruorum fluxus* reſiſtit. *Piderit.*

Externe qua *anodynum* efficit, & *reſolvens, diſcutiens.*

DOSIS a Guttis 20—60. & ultra pro rerum circumſtantiis.

OBS. *Nocet* in *plethoricis* qua nimium aeſtuans. —*Melius* caeterum *anodyna* ſine *ſpirituoſis* adhibentur.

TINCTVRA EVPHORBII.

Rec. *Gummi Euphorbii* Unc. 1. l. Drachm. 2.

Spiritus Vini rectificati Unc. 16. l. ad Unc. 2.

Digere per triduum, & Tincturam filtra.

USUS qua *cathaereticum cariei oſſium* optime limites ponens, inprimis eam commendat ſub congruis cautelis. *Ph. Würt.* nova Edit. *Piderit.* *Schmucker. Diſp. Fuldenſe.*

TINCTVRA FOETIDA, vide *Tinct. Aſae foetid.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA FVLIGINIS *Clauderi,* ſ. *Liquor Salin. Oleo Fuliginis* impraegnat.

Rec. *Cinerum clavellatorum* Unc. 6. ſolve in

Aquae font. ſ. *Sambuci* Unc. 36. ſolutioni adde

Salis Ammoniaci depurati Unc. 1.

Fuliginis ſplendentis pulverati Unc. 2.

Digere in vitro probe clauſo per 3. dies calide, & tum filtra per chartam bibulam. *Piderit.* *Ph. Pragenſ. Suecica. Fuldenſ.*

VIS potenter *reſolvens, incidens, aperiens, ſaponacea, alexipharmaca*, *excretiones* omnis generis *promovens; diuretica, diaphoretica*, *emmenagoga, antarthritica*, *antiſpaſmodica, haemato-cathartica.*

USUS in *promovendis ſanguinis fluoribus* efficaciſſimus. Convenit ad *exanthemata* non rite l. difficile erupta, l. *retrogreſſa revocanda;* uti & in *viſcerum obſtructionibus;* in curandis variis *morbis* chronicis *lymphaticis;* in *obſtruction. vaſorum minimorum;* in *aſthmate;* in *febribus quartanis, acutis, ictero, cachexia* &c. in *menſium ſuppreſſione; dolores arthriticos - podagricos - ſpaſmodicos* lenit.

DOSIS a Guttis 30—100. bis terve in die in Vino.

OBS. 1) Medicina hac pellente - *calida* caute ſemper mercandum eſt, ſaepius hinc aliis temperantibus ea mitiganda eſt.

OBS. 2) Ad Ph. *Herbip. - Lond. - Mellin-* & *Selle* praeparatur ſimpliciter e *Fulig.* Unc. 1. — *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 12. per 3. dies digerendi & colandi.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA GALBANI.

Rec. *Galbani* in maſſis ſicci Unc. 1.

Spiritus Vini rectificatiſſ. Unc. 10.

Digere per 4. dies vaſe clauſo, ſaepius agitando, ultima vero die in quiete relinquatur, dum Liquor ſupernatans pellucidus, & aurei coloris ſit, quo dein Tinctura provide decantetur.

VIS *ſtimulans, antiſpaſmodica, carminativa.*

USUS in affectibus *hyſterico - hypochondriacis.*

DOSIS a Guttis 30—60. Diſp. *Fuldenſe.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA GENTIANÆ *Simplex.*

Rec. *Radicis Gentianae* Unc. 2.

Spirit. Vini elect. Unc. 12. digere uti alias *Tincturas.*

VIS *balſamica, roborans, ſtomachica, antiſeptica, antifebrilis,*

tiſebrilis, chylificationem ſecundans. *Sapor* valde amarus. Ph. *Roſſica, Piderit, Fuldenſis.*

DOSIS Guttae 40 — 80.

OBS. 1) *Tincturam Gentianae compoſitam* communicat Ph. *Londinenſis*, e Radic. *Gentian.* incifae & contuſae Unc. 2. — Cortic. exterior. *Aurantior.* exſiccator. Unc. 1. — Semin. *Cardamom.* minor. contuſor. demtis capſulis Unc. 1/2. — *Spirit. Vini* Unc. 24. digerendi per 8. dies, & colandi.

TINCTVR. ſ. ESSENT. GVAIACI VOLATIL. ſeu *Taffia.*

Rec. Gummi *Guaiaci* nat. Unc. 4. l. Unc. 1/2.
Spirit. Sal. Ammon. vinoſ. Unc. 12 — 18. l. Unc. 1/2. ad Unc. 2.

Digere frigide in vaſe clauſo, filtra, & *Tincturam* aſſerva in vitro probe clauſo. *Selle.*

Riemer ſuadet *Gummi Guaiac.* Unc. 1. ad *Spirit. Sal. Ammon.* Unc. 5. probe miſcendi.

VIS potenter *reſolvens, aperiens, antiſpaſmodica.*

USUS in *arthritide, podagra* ſine magno *febris & inflammationis* gradu; & in *rhevmatiſmo chronico.*

DOSIS a Drachm. 1—2. & ultra, quotidie. l. a Guttis 30—50—100. ter vel quater in die cum *Aqua* ſimplici.

OBS. 1) Alii ſolvunt aeque commode *Gummi Guaiaci* in *Spiritu Nitri dulci*, quant. ſuffic. ad plenariam ſaturationem *Spirit. Nitri*; qualis ſolutio non tam aeſtuoſa eſt, quam *Solutio* Gummi *Guaiaci* in *Rum* ſ. *Spiritu Sachari*, alias *Taffia* dicta, e. g. uti *Gmelin Reſinae Guaiaci* electi, (extracti e Gumm. *Guaiac.* elect. non mangoniſato *Colophonio*:) *Spiritu Vini* ope

extract. Drachm. 1. ad *Spirit. Nitri dulc.* Drachm. 8. pro *Doſi* Gutt. 15—20. quavis vice ter in die.

OBS. 2) Ph. *Herbipolit.* praeſcrib. Raſurae tenuiſſ. Lign. *Guaiaci* ponder. qu. plac. affunde *Spirit. Vini* rectificatiſſ. ad eminentiam 4. digitorum, in phiala alta: ebulliant per 4. horas, Liquorem ſupernatantem quiete purum, per linteum ſeparatum, ſerva, cum *Spiritu* novo coque reſiduum. Omnes *Tincturas puras* miſce, & deſtilla ad unius quartae partis remanentiam.

OBS. 3) Ad Ph. *Auſtriacam* ſumuntur *Gummi Reſinae Guaiaci* Unc. 2. — *Spiritus Sachari,* (ſ. *Rum, Taffia* vulgo dicti,) Unc. 48. ut digerantur per 8. dies in vaſe vitreo, & filtrentur.

Ph. *Suecica* Edit. nova cupit *Reſinae Guaiaci* Unc. 1. — *Alkali ammoniac. ſpirituoſi* Unc. 6. macera per triduum, dein cola.

OBS. 4) *Riemer* commendat quoque *Tincturam Guaiaci antimonialem*, e *Tinctur. Guaiac.* volatil. — *Sulphur. Antimon. aurat.* liquid. ana Unc. 1. —*Extract. Arnicae* Scrupul. 2. in *Aquae deſtillat.* Drachm. 2. ſolut. Miſce pro *Doſi* Guttas 20—30—50. ter quaterve in die cum *Aqua communi.*

OBS. 5) *Gummi Guaiacum naturale genninum* apparet, ſi addito *Spiritu Nitri dulci*, colorem producit *caeruleſcentem*, mox evaneſcentem.

Suſpectum vero *Gummi Guaiacum* in *Spiritu Vini* rectificatiſſimo ſolvatur, & coletur, ut pellucidum fiat, tunc *Spiritus Nitri dulcis* Guttulae aliquot, colaturae inſtillentur, dein mixtura diluatur Aqua. Gummi Aqua prae-

cipitatum colore caeruleo tunc ſeſe oſtendet, ſin autem hoc GummiGuaiacum, aliis Reſinis, uti Colophonium, eſt commixtum, praecipitatum inſtar ſtriarum albarum, coeruleis commixtarum, conſpicitur.

TINCTVRA JALAPPÆ

paratur uti *Tinctura* alia corporis *reſinoſi.*

OBS. *Gmelin* parat ex *Extr. Jalapp.* aquoſo, in praeparatione *Reſinae Jalappae* acquiſitae, tum diluit Aqua communi, quod dein exhibet *Tinctur. Jalappae*, loco tam nimis ſumtuoſae *Tincturae Rhabarbari aquoſae.*

TINCTVRA LACCÆ.

Rec. *Gummi Laccae* pulveriſat. Unc. 1.
Myrrhae elect. pulveriſ. Unc. 1/2. affunde
Olei Tartari per *deliquium* Unc. 1/2. ad formandam paſtam mollem, cui leni igne exſiccatae affundendae ſunt,
Spirit. Cochlear. Unc. 6. per triduum digerenda, & filtranda *Tinctura* haecce. *Piderit*

VIS *adſtringens*, *roborans*, *antiſpaſmodica.*

USUS ad *laxitatem* & *cruentationem gingivarum* a *ſcorbuto* ; ad *ſtomacacem* , & ad alia *oris ulcera* ; ad *gingivas roborandas cruentatas - ſcorbuticas* ; ad *tonſillarum* & *uvulae relaxationem*, ſub ſalivatione, a *Mercurio* forſan excitata.

Externe convenit in *laxitate gingivarum*, & *faucium*, & *dentium vacillatione*, nec non in *collutione oris*, & ad *gargariſmata* , ubi *externa* adſtrictio requiritur.

OBS. 1) Ph. *Würt. Brunſuic. Auſtr.* & *Spielmann. Lacc.* in granis pulveris. cum *Alumin. crud.* — *Aqu. Salv.* — *Cochlear.* l. *Roſarum* digerendas ſuadent, & *Caryophyllos* qua ſuperfluos.

OBS. 2) *Mellin* praeſcribit *Gummi Laccae* pulveriſ. Unc. 8. — *Olei Tartari* per *deliquium* qu. ſuffic. ad pulticul. tum exſiccat. aliquoties addit. *Alcohol.* ſinceri quant. ſuffic. ad *Tincturam.*

OBS. 3) Ph. *Suecicae* nova Editio cupit *Laccae in granulis* contritae Unc. 1. — *Myrrhae* Drachmas 3. — *Spiritus Cochleariae* Unc. 18. digerendi per triduum, & colandi.

OBS. 4) Ph. *Fuldenſis* ſuadet *Gummi Laccae* tritae Unc. 1/2. — *Spiritus Cochleariae* Unc. 8. digerendi per ſeptimanam in balneo arenae, Tinctura haec colata probe ſervetur.

TINCTVRA LIXIVIA VOGLER.

Rec. Radic. *Gentian.* rubr. Unc. 6.
Cortic. *Aurantior.* ſiccor. & conciſor. Unc. 2.
Ciner. clavellator. optim. Unc. 15. Infundantur
Aqu. fontan. pur. fervid. Unc. 40.

In vaſe fictili clauſo per nychthemeron, aut diutius digeſtis, addentur

Spiritus Vini rectificati Unc. 2.

Colentur, exprimentur, & filtrentur omnia accurate.

VIS. *Vires* poſſidet *antacidas-reſolventes* & *purificantes*, longe certiores & praeſtantiores, quam Tincturae antimoniales, aliaeque alcalinae ſpirituoſae officinales, quae etiam calidiores & pretioſiores ſunt, nullisque vel paucissimis tantum particulis antimonialibus & ſalinis praeditae.

USUS eximius in morbis *cutaneis* chronicis una cum Pulvere meo *abſtergente* & *purificante*, quarum efficaciam auget, in uſum vocata, & bis l. ter de die a Guttis 20 - 60. e ſufficiente Aqua capta. Cum fructu quoque in *atrophia*, *glandulis tumidis-obſtructisque*, articulorum *tumoribus ſeroſis*,

in *tuſſi ferina, gonorrhoea, ſtranguria, arthritide* ſine febre, ſaepius exhibuit *Vogler.*

TINCTVRA MARTIS APERITIVA *Glauberi.*

Rec. *Vitrioli Martis* Unc. 4.
Cremor. Tartari Unc. 8. coquantur cum
Aquae commun. Unc. 100. ad conſiſtentiam *Mellis*, immittentur cucurbitae,
Spiritus Vini ſimplic. Unc. 60. affundentur
Flor. Papaver Rhoead. Manipul. 1. digeſta per aliquot dies filtra.

VIS *tonica, roborans, incidens, aperiens.*

USUS ſcopo *roborante*, a gravioribus morbis reconvaleſcentibus, ad Drachm. 1/2. cum *Aqua Cinnamomi.* *Spielmann.*

OBS. 1) *Pharm. Suecic.* praeſcribit *Tincturam Martis* e *Squammarum Ferri* puriſſimarum Unc. 2. — *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 10. in vaſe vitreo commixtis, paullatim adde acidi *Salis communis* Unc. 5. Digere per triduum, & ubi utendum eſt, decanta.

OBS. 2) *Ph. Brunſuic.* communicat *Tincturam Martis aperitivam Zwoelfferi* e *Vitrioli Martis*, — *Terrae foliatae Tartari*, ana Unc. 1. — *Vitriolum Martis* pulveriſatum patinae immittatur terreae; ſupra prunas collocatae; & ſpatula, usque dum fundi incipit, agitetur. Tunc Terra foliata Tartari immiſceatur; & ab igne remota materies in locum temperatum, usque dum effloreſcere coeperit, reponatur, ſolvatur in *Aqua Cinnamomi* ſine Vino Unc. 3. — *Spiritus Vini rectific.* Unc. 5. & in loco frigido ad uſum ſervetur.

OBS. 3) Eadem quoque communicat *Tincturam Martis Cydoniatam* e *Limaturae Martis puriſſimae* Unc. 1. — *Succi Cydoniorum recent. expreſſ.* Unc. 36. ſtent per aliquot dies in digeſtione; lento igne in cacabo ferreo ad dimidiae partis conſumtionem coquantur, & ab igne remotis addentur *Aquae Cinnamomi ſpirituoſae* Unc. 3. probe mixta filtrentur, & ſervetur Tinctura.

OBS. 4) *Pharmac. Brunſuic. Tincturam Martis dulcem* communicat e *Tincturae Martis aperitivae tartariſati Ludovici* Unc. 4. Extracti *Hellebori nigri* Drachm. 2. Miſceantur, & digeſta Tinctura filtretur.

OBS. 5) *Tincturam Martis* cum *Succo Pomorum* communicat *Ph. Auſtriac.* e *Limatur. Martis* Part. 1. — *Succo Pomor. acidulor.* Part. 3. quae digeruntur per aliquot dies. Liquor coletur, & novus Limaturae reſtanti adfundetur ſuccus, digeſtioni iterum exponendus, & continuandus ad plenariam *Martis* ſolutionem. Omnes Liquores commixti evaporentur ad medietatem, & ad Tincturam concentratam, quo tum Tincturae hujus Partes 6. cum *Spiritus Vini* Part. 1. digeruntur, filtrantur *Uſui* qua *adſtringens* ad Drachm. 1. pro Doſi.

Keup ſuadet eandem praeparationem loco *Spiritus Vini*—*Aquae Cinnamomi* ſpirituoſae Unc. 3. probe mixta filtrandi. — *Vires* ei tribuit cum aliis adſtringentibus, martialibus ſimiles; *roborat* quoque *tonum viſcerum*, & in *cachexia*, *malo hypochondriaco*, & in *anomaliis menſium* perutilis eſt. *Doſis* Grana 20 — 30. in vehiculo conveniente.

OBS. 6) *Ph. Brunſuic.* & *Würtenb.* communicant *Tincturam Martis aperitivam Paracelſi*, e *Flor. Salis ammoniaci martial.* Unc. 1. — *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Unc. 4. Exacte miſceantur, & leniſſimo calore, Tinctura aurei coloris extrahatur; quae filtrata probe aſſervetur, cujus *Vis* leniter *adſtringens - anodyna*, cum ſuavi odore: & *uſus* in *atonia viſcerum*, & ex illa natis morbis, in *cachexia*, malo *hypochondriaco*, *ictero*, poſt febres intermittent. *Doſis* Gutt. 35 — 40. Commodiſſime ſine alteratione *pelluciditatis*, cum aliis Eſſentiis & Tincturis ſpirituoſis commiſcetur.

Recens debet ſemper parari; in hac Tinctura maxima pars Martis eſt ſoluta.

Ph. Fuldenſ. ſuadet *Flor. Sal. ammoniac. martial.* Unc. 2. ad *Spirit. Vini gallic.* Unc. 8. digerendi per triduum.

OBS. 7) *Keup* commendat *Tincturam Martis aperitivam, tartariſatam Ludovici*, e *Vitrioli Martis* Unc. 1. — *Cremoris Tartari* Unc. 4. coquendi in vaſe ferreo cum *Aquae fontanae* Unc. 72. ſub continuo motu, fere ad ſiccitatem, exponendi per aliquot dies aëri, ut humidum attrahat. — Maſſae griſeae adde — *Aquae Cinnamomi* ſ. v. Unc. 4. — & *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 8. In phiala alta ebulliant ſimul ſpatio horae 1. poſt refrigerationem Liquorem tinctum decanta, & percolatum ſerva.

Reſiduum cum novo *Spiritu*, *Aqua Cinnamomi* diluto, tractari poteſt; quo acquiritur *Tinctura tonica - roborans - appetitum excitans*, *Doſis* Guttae 50 — 80. *Keup.*

Commendat quoque *Tincturam Martis hellebora-*

ram, e *Tincturae Martis Ludovici* Unc. 4. — *Extract. Hellebori* nigri Unc. 2. Mixta digerendi & filtrandi *uſui* in affectibus *hypochondriacis*, *melancholicis*, & *febre quartana* a Guttis 40 — 60.

OBS. 8) *Piepenbring Tinctur. Martis Ludovici* ita parandam communicat, e *Martis* ſolubilis Unc. 4. — *Aquae Cinnamom.* ſ. *Vin.* — *Spiritus Vini* rectificat. ana Unc. 8. Miſcendi, digerendi.

TINCT. MARTIS CYDONIATA-POMATA.

Rec. Extract. *Martis* Unc. 1.

Succi Cydoniorum Unc. 8. Digere per aliquot dies, & *Tincturam* filtra. *Piderit.*

VIS & USUS idem cum *Extracto Martis*, *adſtringens*, *tonica*, *ventriculum* non ita *onerat*, ſicut alia e *Marte* praeparata. Ad *tonum viſcerum roborandum*; in *cachexia*, *malo hypochondriaco*, in nimiis *menſibus*; *craſſos* & *foeculentos* humores ſanguini admiſtos, *ſeroſos* quoque, & *acres ſcorbuticos reſolvit.*

DOSIS a Guttis 20 — 60. in convenienti vehiculo.

OBS. 1) *Selle* communicat *Tincturam Martis aperitivam* e Florib. *Sal. Ammon. martial.* Unc. 4. — *Spirit. Vini rectificatiſſ.* Unc. 12. poſt digeſtionem filtrandi, ſcopo *reſolvente-diſcutiente*; ad *viſcerum abdominis obſtructiones* a Guttis 30—40. quotidie aliquoties.

OBS. 2) *Riemer Tincturam Martis* commendat e *Limatur. Martis* puriſſ. Unc. 2. — *Acidi Salis* Unc. 5. l. quant. ſufficit ad ſolvendum Martem. Solutione peracta adde *Spirit. Vini*

rectificat. Unc. 10. filtra. Miſce. *Doſis* Guttae 10 — 20 — 30.

OBS. 3) *Herold* & *Ph. Auſtriac.* communicant *Tincturam Martis tartariſati* adſtringent. *Ludovici* e *Vitriolo Martis* & *Cremore Tartari* ana Unc. 4. coquendi in vaſculo ferreo ſub perpetuo motu cum *Aquae commun.* Unc. 72. ad ſiccitatem melleam, ſolvendi maſſam fuſcam in *Aquae Cinnamomi* ordinar. Unc. 4. & addendi Unc. 12. *Spirit. Vini* rectificat. digerendi in vaſculo vitreo, leni calore ſub reiteratis concuſſionibus per quosdam dies, dein filtrandi.

Selle commendat eam in univerſali *atonia*, *cachectica* diſpoſitione humorum, a Gutt. 50 - 80.

OBS. 4) *Tinctura Martis* cum *Vino malvatico* & *Pomis Aurantiis Keup* ſuadet e *Limatur. Martis* puriſſimae Unc. 4. — Pomorum *Aurantior.* amaror. ſucculentor. No. 4. quae excorticentur, & a fungoſa albedine & Seminibus liberentur, Cortices dein & ſucculenta Caro in mortario lapideo cum *Limatura Martis* impaſtentur: Paſta reponatur in vitro, ampliore collo, ad digerendum per biduum, donec affundantur — *Vini malvatici* Unc. 10. — *Spiritus Corticum Aurantiorum* Unc. 2 digeſta & expreſſa filtrentur, — *Vires* ejus ſunt praecipue *adſtringentes*, *balſamicae*, *carminativae*, *ſtomachicae*. *Doſis* Drachm. 1/2. ad Scrupulos 2. *Keup.*

OBS. 5) *Piepenbring* methodum *Hoffmann* ſuadet, qui *Limaturae Martis* plane depuratae Unc. 6. cnm *Aceti Vini* boni Unc. 24. in vaſculo ferreo, perpetuo ſub motu, coctione, ad maſ-

ſam pultaceam redegit, ſuperinfuſit tum *Succi Cydoniorum* ſ. *Pomorum* percolati Unc. 36. cucurbitam ita impletam calori formacis tum expoſuit, l. tempore aeſtivali, in loco ſecuro calori Solis. Poſt menſis 1. ſpatium, in quo intervallo mixtura ſaepius movebatur, vaſculum aperiit, & Tincturam praelucide decolabat, quae probe tum aſſervanda eſt, in vaſculo bene obturato ab aëris injuriis, ne partes martiales ex ea praecipitentur.

OBS. 6) *Ph. Fuldenſis* communicat *Tincturam Martis pomatam* ex Extr. *Martis* — *Succi Pomorum borsdorfianor.* Unc. 8. digerendi per aliquot dies, colataque Tinctura ſervetur, qua *aperiens*, *roborans*, *reſolvens*. *Doſis* Guttae 40 — 60.

OBS. 7) *Erhart Tinctura Martis* conſtat e *Lixivio Pyritis ferrei Haſſiaci*, (heſſiſch. Eiſenkies,) inſpiſſato - exſiccato, in aëre libero, dein liquefacto cum *Oleo Vitrioli*.

TINCTVRA ſeu ESSENTIA MENTHÆ *Piperitidis Knigge.*

Rec. *Herb. Menth. piperitid.* Drachm. 1.
Spiritus Vini Unc. 1.

VIS Eſſentiae hujus viridis - fortior olens, & ſapiens, quam Spiritus & Aqua deſtillata.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA MYRRHÆ *ſimplex.*

Rec. *Myrrhae* electae tritae, Unc. 2. affunde
Spiritus Vini rectificati Unc. 10 — 16.

Digere per ſeptimanam in balneo arenae, filtra, & ſerva uſui.

Vel ad *Ph. Londinenſ. Myrrhae* Unc. 3. ad *Spiritus Vini* tenuior. Unc. 18. — & rectificat. Unc. 6. digerendi per 8. dies, & colandi. Vel ad *Lewis Myrrhae* Unc. 1. & 1/2. — *Aloes hepatic.* Unc. 1. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 24.

VIS *Externe, antiſeptica, abſtergens, vulneraria, balſamica.*

Interne ſtimulans, ſanguinem valde *expandens, aperiens, calefaciens, attenuans, motum accelerans, profluvia promovens; corroborans, attenuans, deobſtruens, antiſeptica, exfolians.*

USUS ad *menſes* & *haemorrhoides promovendas*, a Guttis 30 — 60. caute, ob valde *nauſeoſam*, quoque *amaram Myrrham* in hac forma.

Externa Eſſentiae hujus applicatio celebrior eſt, qua *vulnerarium* & *balſamicum* ea ad *ulcera* & *vulnera putrida purganda, conſolidanda - ſananda*, in partibus *carnoſis* inprimis: uti & ad *ſphacelum.*

Cum *Sale alcalino* l. *Ciner. clavellat.* parata *Eſſentia Myrrhae*, ad partes *oſſeas* melius confert, qua ſaturatior, hinc quoque potentior; ad *vulnera*; ob *alcali, dolores* facile excitat. *Piderit.*

OBS. *Tinctura* ſ. *Eſſent. Myrrhae alcaliſata*, conſtat e *Myrrhae* elect. trit. Unc. 4—6. — *Ciner. clavellatorum* ſ. *Sale Tartari*, Unc. 8. — *Aquae fontanae* Unc. 6. Digerantur probe in vaſe vitreo per aliquot dies, dein per pannum linteum filtrentur, leni igne ad Mellis conſiſtentiam evaporentur, & affundetur *Spiritus Vini rectificati* Unc. 20 — 24. Digere omnia probe, & extrahetur *Eſſentia*, quae filtranda eſt.

Ph. Auſtr. Piderit.

VIS & USUS convenit cum *Eſſentia Myrrhae ſimplici*, potentius tantum *agens*, & ad partes *oſſeas* magis efficiens.

TINCTVRA OPII ſ. THEBAICA, ſ. *Laudanum Liquidum.*

Rec. *Extr. Opii* Unc. 2.
Croci Auſtriaci Unc. 1/2.
Vini Hiſpanici Unc. 12.

Infundantur omnia, poſt triduum colentur, & exprimantur, *Plenck*, qui

USUM ejus commendat cum *Oleo Hyperici* ſubactum, imponendi *vulneri*, a *tetano* orto.

VIS *anodyna, lymphatica, antiſpaſmodica, analeptica.*

DOSIS Guttae 6—20.

OBS. 1) *Plura* vide *Tinctura Thebaica.*

OBS. 2) *Ph. Londinenſ.* ſuadet *Opii* purificat. duri pulveriſat. Drachm. 10. — *Spirit. Vini* Unc. 12. digerendi per 10. dies & colandi.

Tinctura ejus *Opii camphorata* conſtat ex *Opii* purificat. duri, — Flor. *Benzoes* ana Drachma 1. — *Camphor.* Scrupul. 2. — *Olei eſſential. Aniſi* Drachm. 1. — *Spirit. Vini* tenuior. Unc. 24. digerendi per triduum.

Ph. *Fuldenſ.* ſuadet tantum *Opii* crudi Unc. 1. — *Aquae Flor. Chamomill.* Unc. 6. — *Flor. Caſſiae vinoſae* Unc. 2. digerendi per triduum, colandi.

Ph. Roſſica ſuadet *Opii* Unc. 3. — *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 4. *Aquae Cinnamom.* Unc. 16. digerendi per triduum vaſe clauſo, & colandi. *Uſum* praecipue cum *Oleo Hyperici*, *vulneri*, cum *tetano* applicatum, commendat.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA PERUVIANI *Corticis ſimplex.*

Praeparatur e *Cortice Peruviano* ſimplici, uti *Eſſentia Corticis Caſcarillae. Piderit* & *Mellin.*

Pharm. Londinenſ. Cortic. *Peruvian.* Unc. 4. — *Spirit. Vini* Unc. 24. digerendi per 8. dies leni calore ſuadet.

VIS *roborans* eximie, *antiſeptica*, magis calida, quam *Eſſentia Gentianae* & *Trifolii fibrini.*

USUS in *obſtructionibus oppreſſis pectoris.*

OBS. 1) *Tinctura Cort. Peruvian. volatilis* paratur loco *Spirit. Vini*, cum *Spiritu Salis Ammoniaci* aquoſ. Unc. 4. — & *Extr.* vinoſo aquoſo *Cortic. Peruvian.* rubri Drachm. 4. digerendi frigide, vaſe clauſo ad plenariam ſolutionem. Qua *aperiens - antiſepticum*, *roborans*, commendat a Guttis 30—60. *Diſpenſ. Fuldenſ.*

OBS. 2) *Tinctura* ſ. *Eſſentia Peruviani Corticis compoſita Whyt* conſtat e *Cortic. Peruviani* optime pulveriſat. Unc. 4. — *Aurantiorum* pulveriſatorum — Radic. *Gentianae* pulveriſat. ana Unc. 1/2. infunde in *Spiritus Vini* rectificati Unc. 48. quae digerenda ſunt ad ſufficientem extractionem, expreſſa filtranda. *Piderit.*

VIS *ſtomachica* praecipue, — USUS in *hypochondriacis*, qui *ventriculum flatibus* diſtentum habent, & in *nervorum debilitate.*

DOSIS bis in die ad Cochlear. 1. in Vino l. alio vehiculo.

Ph. Londinenſis commendat Cort. *Peruv.* pulveriſat. Unc. 2, — Cortic. *Aurantior.* exterior. hiſpalenſ. exſiccat. Unc. 1. & 1/2. — Radic. *Serpentar.* virginian. contuſ. Drachm. 3. —

Croci Drachm. 1. — *Coccionell.* pulveriſat. tritae, Scrupul. 2. — *Spirit. Vini* tenuior. Unc. 2. digerendi per 14. dies, & colandi.

OBS. 3) *Tinctura* ſ. *Eſſentia Peruviani Corticis alexipharmaca Huxhami* paratur e Corticis *Peruvian.* optimi, pulverati Unc. 2. — *Flaved. Cortic. Aurantiorum* Unc. 1/2. — Radicis *Serpentariae virginianae* Drachm. 2—3. — *Croci auſtriaci* Scrupul. 2—4. — *Coccionellae* Scrupul. 2. — infunde — *Spiritus Vini* rectificat. Unc. 20. Stent per aliquot dies, tunc exprime, & colaturam aſſerva in vitro probe clauſo.

VIS *antifebrilis.* — USUS in *febribus* tam *intermittentibus*, quam *lentis, nervoſis, putridis, petechialibus* & *peſtilentialibus*, viribus deficientibus, ad *roborandum* & *corruptioni* reſiſtendum. *Piderit.*

DOSIS Drachm. 1 — 2.

TINCT. ſ. ESSENT. PIMPINELLÆ ALBÆ paratur e *Radice Pimpinellae albae*, uti *Eſſentia Caſcarillae.*

VIS *diaphoretica*, *diuretica*, *reſolvens*, *involvens*, leniter *irritans*, *incidens*, *digeſtiva*, *antiſpasmodica*, *alexipharmaca.*

USUS *interne* ad affectus *catharrhales - pituitoſos*, e. g. *anginam pituitoſam diſcutiendam* in vehiculo aquoſo, vel tantum cum *Sacharo*, ad *Gargariſmata.*

In *torminoſis - colicis* affectibus - & *lymphae* vitiis corrigendis; in *angina catharrhali* ſine vehiculo deglutita convenit, uti & *Gargariſmis;* ad *ſpasmos mitigandos* in *faucibus* - in *pectore;* in affluxu *muci oeſophagi* cum *Infuſo vinoſo.* *Piderit.*

In *angina* ab *aphtha - variolis*, parva repetita Doſi,

Aqua non diluta. — In vitio *primarum viarum, digeſtionis* confert eximie quoque *interne*, uti in *tuſſi ſtomachali*, a Guttis 20 — 60.

Externe in vulneribus tendinum.

OBS. 1) *Ph. Suecica* praeſcribit Radic. *Pimpinellae* Unc. 2. — *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 12. digerendas per triduum, dein filtrandas.

OBS. 2) *Keup* ſuadet Rad. *Pimpinell.* alb. Unc. 3. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 15. macerentur per aliquot dies, ut extrahentur Eſſentia filtranda & ſervanda.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA PVRIFICANS.

Rec. *Herb. Fumar.* — *Trifol. fibrin.* ana Manipul. 2.
Lign. Guaiac. — *Rad. Pimpin. alb.* ana Unc. 2.
— *Santal. rubr.* Drachm. 6.
Cort. Lign. Saſſafr. Drachm. 2. Infund.
Spirit. Frument. Menſur. 1. poſt digeſt. adde
Spirit. Cochlear.
Tinct. Antimon. tartariſ. ana Unc. 4. filtretur.

USUI in *ſcorbuto, venere, cacochymia.* *Ro. Manh.*

TINCTVRA ſ. INFVSVM RHEI, ſ. *Rhabarbari aquoſum*, ſ. *Anima Rhei.*

Rec. Rad. *Rhabarb.* inciſ. elect. Unc. 1/2.
Aquae fontanae Unc. 12.

Coque leniter, Colatura ſervetur uſui.

VIS *aperiens, laxans, abſtergens, purgans*, in majori Doſi, in minori *diuretica, ſtomachica, corroborans.*

USUS in *ſaburra primarum viarum*, in nimia *mucoſitate ventriculi & inteſtinorum*; in *diarrhoeis*,

dyſenteriis; in *ictero*, qua *aperiens - laxans*; in *obſtructionibus viſcerum* cum *acido* praedominante ad Cochlearia quaedam; ad *obſtructiones abdominales* referandas, *digeſtionem reſtituendam*; in omnibus morbis & *febribus bilioſis*, *hypochondriacis*, *ictericis*, & *cachecticis* conducit, qua *reſolvens*, & in majori Doſi exhibita *alvum laxans* ad Unc. 1 — 2. Scopo vero *alterante* ad Drachm. 2. tantum. In majori Doſi ad Unc. 1—2. *alvum laxat*. *Piderit.*

In *flatulentia* & *torminibus* ſimul junctis *Liquor.* additus *anodyn. miner. Hoffmanni* confert.

DOSIS Unc. 1/2. pro Doſi, Cochlear. 1/2. - 1. & ultra. ſcopo *aperiendi*, ad Gutt. 100; *laxandi* ad Unc. 1.

Caeterum datur pro vario, l. *alterandi*, l. *laxandi* ſcopo, a Drahma 1. ad Unc. 1. & ultra Doſibus ſucceſſivis cochleatim ſumendis.

OBS. 1) Non in magna portione paretur, ſemper confert.

OBS. 2) Alii ſuadent tantum Rad. *Rhabar. inciſ.* Unc. 1/2. — *Tartari tartariſat.* Drachm. 2. *Aquae commun. deſtillat.* Unc. 6. ut ſtent in loco calido, per nychthaemerum, & *Tinctura* tum filtretur.

OBS. 3) *Tinctura* ſ. *Infuſum Rhei*, l. *Rhabarbar. ſalinum Suecorum* conſtat ex *Aceti vulgar.* Unc. 9. ſaturatis *Salis Tartari* qu. ſuffic. Liquorem ſaturatum digerendi cum — *Rhabarb.* contuſi Unc. 1. filtrandi per 12. horas. *Spielmann.*

OBS. 4) *Recens* ſemper parata exhibenda eſt, hinc magis convenit per Species praeſcribendi, inprimis pauperibus, ſi ſcopo *laxante* in majori Doſi requiritur, & quidem *Rhabarb.* cum

Sale

Sale Tartari ana Drachm. 1. cum Unc. 3. — *Vini* electi digerendi in calore leni.

Mellin praeſcribit *Tincturam Rhei* extemporaneam; ex *Extract. Rhei* Drachm. 1. — *Liquor. Terrae foliat. Tartari* per *deliquium* Unc. 1. Miſce.

Keup cupit *Rhei* optimi Unc. 1. — *Aquae commun.* deſtill. Unc. 12. & addendi *Salis Tartari* copiam parvam; l. ad Diſpenſat. *Fuldenſ. Sal. alcali vegetabil.* depur. Scrupul. 4.

OBS. 5) *Tinctura Rhabarbari dulcis* ſ. *vinoſa Edinburg.* paratur e *Rhabarb.* Unc. 2. — *Cardamom.* minor. Unc. 1/2. — *Spiritus Vini* concentr. Unc. 12—24. (cui alii loco *Spirit. Vini* addunt *Vini albi* Unc. 24. — *Croci auſtr.* Drachm. 2. Digere per 3. dies, & *Tincturae* filtratae adde *Sachar. cand.* trit. Unc. 3—4. Digere iterum ad plenariam ſolutionem Sachari. *Mellin*, *Piderit*, *Ph. Edinb. Fuldenſ.*

Cujus VIS & USUS idem cum praecedenti, excepto eo quod ſit *fortior*, magis *calida-ſpirituoſa*, *laxans* quoque, *aperiens*, *roborans*, *carminativa*, *diuretica* Tinctura; hinc confert in fine *diarrhoearum* & *dyſenteriarum*, abſente ſimul *febre*, innoxiis in primis viis expulſis, ſcopo potius *roborante* ad Cochlear. 1—2. ter- quaterve in die. — Ad *ventriculi cruditates*, & nimiam *acidi* copiam educendam confert eximie, *vires ventriculi* ſimul erigendo & ſuſtentando. In *aſthmate* infantum confert quoque.

OBS. 6) Quidam praeſcribunt ad *Tinctur. Rhabarb. vinoſam*, — *Rhabarb. elect.* Unc. 2. — *Cardamom. minor.* Unc. 1/2. — *Croci viennens.* Drachm.

Oooo

2. — *Vini albi* Unc. 24. digerendi leni calore, & filtrandi. *Ro. Manheim.*

Ph. Londinenſ. communicat praeſcription. e *Radic.Rhabarb.* Unc.2. — *Semin. Cardamom. min. decortic.* contuſ. Unc. 1/2. — *Croci* Drachm.2. — *Vini albi* Unc. 24. ſine calore macera & cola. & in Edit. nova loco *Vini albi* — *Spiritus Vini* tenuior. Unc.24. digerendi per 8. dies & colandi.

Tinctura ejus *Rhabarb. compoſita*, conſtat e *Rhabarb.* inciſi Unc. 2. — *Zingiber.* pulveriſat. — *Croci* ana Drachm.2. — Radic *Glycirrhiz.* contuſae Unc. 1/2. — *Aquae* deſtillat. Unc. 12. *Spirit. Vini* tenuior. Unc. 17. digerendi per 14. dies, & colandi.

D. *Linds*, anglus, praeſcribit vero *Rad. Rhabarb. craſſ. pulveriſat.* Unc. 2. — *Sem. Aniſi integr.* Unc. 1. Mixta digere in *Spiritus Vini gallic.* Unc. 12. per 6. dies, & cola.

Ph. Edinburg. ſuadet *Gentianae* Unc. 1/2. — & Radic. *Serpentariae* virginian. Drachm. 1/2. digerendi per aliquot tempus, filtrandi, & ſolvendi in eo *Sachar.* alb. Unc. 4. uti *Herold* ſuadet *Rhabarb.* elect. conciſ. Unc. 3. — *Cardamom.* minor. Unc. 1/2. — *Spirit. Vini* Unc. 36.

OBS. 7) *Ph. Auſtriac. Tincturam Rbabarb. aquoſam* e tempore parandam ſuadet e *Rhabarb.* elect. contuſ. Unc. 1/2. — *Sal. Tartar.* Drachm. 1. mixtis adfundentur *Aquae deſtillat. ſimplic.* l. *Cinnamom.* Unc. 6. vix ebulliet in quiete, frigeſcat & tum filtretur.

OBS. 8) *Tincturam Rhabarbari compoſitam Keup* communicat e *Rhabarbar.* optim. Unc. 1. — *Gentianae* Drachm. 1. & 1/2. — *Serpentariae* virginian. Drachm. 1. — *Spiritus Vini*, & *Vini*

generoſi ana Unc. 6. Miſceantur omnia probe, & extrahatur Tinctura, conveniens praecipue in affectibus *bilioſis*, *hypochondriacis*, & in ipſa *dyſenteria*. *Doſis* Guttae 50—80.

OBS. 9) In quavis tam ſimplici praeparatione hujus Tincturae, occurrunt tamen varia incommoda, ſi exigua ejus quoque copia ad dies 8. tantum paratur, turbida enim leviter evadit, & amittit colorem rubro-fuſcum, cum multo ſedimento, quod vulgo hinc oritur, ſi nimia copia Aquae communis, ad extractionem adhibita, Selenitem Rhabarbari ſolvit, per additum Alcali decomponitur Selenites ſucceſſive in Tinctura, quo tum oritur ſedimentum, & fuſco-ruber color, ab Alcali ortus, evaneſcit.

Avertitur hocce incommodum mox, ſi ad Unc. 6. *Rhabarbar.* adduntur tantum Unc. 2. *Alcali depurati*, quae digerenda ſunt cum Unc. 36. *Aquae* calidae per aliquot horas, & tum aliquot vices ebulliendae ſunt. Immittitur tum, fere frigida, colatorio, cui dein partitis vicibus portiones parvae *Aquae communis* ſuperfundendae ſunt, ut Unc. 1. *Rhabarbari* exhibeat Unc. 8. *Tincturae*, quo tum adduntur cuivis Librae *Spiritus Vini* Unc. 2. & pro quorundam deſiderio quoque *Aqua Cinnamomi*.

Piepenbring.

TINCTVRA RHABARBARI DVLCIS,

vide *Tinctura* ſ. *Infuſum Rhei*.

TINCTVRA ROSARVM,

vide *Infuſum Roſarum*.

OBS. 1) *Mellin* ſuadet *Roſar.* rubrar. ſiccatar. Unc. 1. — *Spiritus Vitrioli* Drachm. 2. — *Aquae fon-*

tan. bullient. Unc. 48. infundend. per horas 4. & Tincturae colatae addendi *Sachari* albi Unc. 1. qua *refrigerans, ſitim ſedans, corroborans* per ſe l. potui ordinario commendat.

TINCTVRA SALINA DANORVM.

Rec. Cortic. *Aurant.* recent. concis.

Radic. *Gentian.* ana Unc. 3.

Aquae fontan. Unc. 36. infundentur

Sal. Tartari Unc. 12. Digerantur per quatriduum, colatis addantur

Spiritus Vini rectificat. Unc. 18. filtrentur.

VIS *aperiens.* — USUS in *obſtructionibus viſcerum abdominis.*

DOSIS Drachm. 2. pro Doſi. *Spielmann.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA SCILLÆ.

Rec. *Salis Tartari* Unc. 1ſ2.

Aceti ſcillitic. per Infuſionem *Aceto* deſtillato parati, & probe ſaturat. Unc. 12.

Miſce & evapora *Acetum,* leni igne ad *Mellis* ſpiſſitudinem. ex vaſe figulino probe vitreato, Maſſa ſalina reſidua diſſolvatur in

Spiritus Vini rectificatiſſimi Unc. 6.

digere per aliquot dies, clarum dein a ſpiſſo per inclinationem vaſis ſepara, & ſerva

Uſui, qua *Tinctura antaſchmatica, reſolvens, diuretica,* in *hydrope* praecipue confortans.

Doſis a Guttis 40—60. *Keup.*

TINCTVRA SERPENTARIÆ.

Rec. *Radic. Serpentariae virginian.* Unc. 3.

Spiritus Vini non *rectificati* Unc. 24.

Abſque calore digeſta colentur. *Plenck*, *Mellin*, *Ph. Londinens.*

Uſum ejus commendat, qua *putredini reſiſtens*, in *ulceribus putridis*. *Plenck*.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA SICCA *Brunſuicenſium*,

vide *Elaeoſacharum Aurantiorum.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA SVCCINI *volatilis*,

vide *Spiritus Salis Ammoniaci ſuccinatus.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA SVCCINI *ſalina Hofmann.*

vide *Tinctura* ſ. *Eſſentia Succini ſimplex.*

TINCTVRA ſ. ESSENTIA SVCCINI *ſimplex ordinaria.*

Rec. *Succini flavi* pulveriſat. Unc. 1. & 1/2.

Spiritus Vini rectificatiſſ. tartariſati Unc. 6.

Digere leni igne & filtra Liquorem.

VIS *interne anticatarrhalis*, *glandulas penetrans*, *balſamica*, *nervina*, *cephalica* ſenibus, a Guttis 40—60. *externe vulneraria*, *mundificans*.

OBS. 1) *Tinctura* ſ. *Eſſentia Succini ſalina Hoffmann* conſtat e *Succini* ſubtiliſſ. pulveriſat. *Sal. Tartari* ana Unc. 12. Infundantur per aliquot dies cum — *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 24. abſtrahatur Spirit. & affund. — *Succini* ſubtiliſſ. triti Unc. 8. cum *Olei Tartari* per *deliquium* qu. ſuffic. in paſtam tritis & exſiccatis. Per octiduum calore balnei digeſta filtrentur, *Spielman. Ph. Würtenb.*

VIS *nervina - anticatarrhalis* a Gutt. 20 — 50.

USUS in *affectibus catarrhalibus*, in virium defectu.

In *vulneribus* minus convenit ob majorem irritationem, quam in ſimplici, non tam potentiori.

OBS. 2) *Tinctura* ſ. *Eſſentia Succini* ſine *Sale* paratur, e *Succini citrin.* leniter toſti, & optime triti Unc. 2. — *Spiritus Vitrioli dulcis*, ſ. *Liquoris anodyni miner. Hoffmann.* Unc. 7 — 12. Digere in vaſculo probe clauſo, leni calore, per 4. dies, ſeparatum quiete, clarum ſerva in vitro probe clauſo. *Ph. Würtenb. Suecic.* & *Herb. Fuldenſ.*

Cujus VIS *diaphoretica, reſolvens, uterina, nervina, roborans, anticatarrhalis*, magis *balſamica*, quam *ſimplic.* non tam grati *odoris*, & *ſaporis amari;* quum paucae Guttae, aliquot Uncias *Aquae* ſapore & odore inficiant: *excretiones* varias ſubito promovet a Guttis 15—40. potius l. *Sachari* fruſtulo exceptae l. vehiculo aquoſo.

USUS *externe*, *cariei* limites ponit ac illam curat. *Plenck.*

OBS. 3) Quidam digerunt *Eſſent. Succini* Unc. 4. cum *Spirit. Cornu Cervi* Unc. 8. per 24. horas, & filtrant ad *Tincturam* valde efficacem.

OBS. 4) Quidam uti *Wiegleb* & *S. Olei Succini deſtillati* Drachm. 1. ſolut. intime in *Spirit. Nitri* Drachm. 3. praecipitant *Aqua* pura, praecipitatum hoc pulveriſatum reſinoſum exhibent per Grana, in forma pulveris aegris, l. in *Spiritu Vini* iterum ſolvunt, quo acquirunt *Tincturam Succini* efficaciſſimam, ſumme *tonicam* & *nervinam* quoque.

OBS. 5) *Elwert* & *Lieblein* communicant compoſit. ex *Oleo Succini rectificato*, in quantit. ſuffic. *Spiritus Vini tartariſati* parato, ad *Franck* praeſcript. Vel ſi *Oleo Succini* — *Sale Tartari*

valde *ſicco* commixto, affunditur *Alcohol Vini*, & haec mixtura digeritur. — *Eſſentia* iſta praeferenda eſt ordinariae - ſubtilitate - effectu - & colore.

OBS. 6) *Plenck Tincturam Succini*, e *Succin. citrin.* Unc. 2. — *Liquor. andyn. mineral.* Unc. 12. in leni balnei arenae calore per triduum digeſtam, filtratam, commendat *cariei*, cui limites ponit, & illam curat.

OBS. 7) *Tincturam Succini* Ph. *Suecicae* nova Edit. ſuadet *Succini flavi* pulveriſat. Unc. 1. — *Spiritus aetherei vitriolati* Unc. 4. digere per triduum in vaſe optime clauſo, ſubinde vas agitando, & per chartam cola.

TINCTVRA ſ. ESSENTIA SVCCINI *alcalina Meyer.*

Rec. *Ciner. clavellat.* Unc. 10. ſolve in

Aquae commun. Unc. 20. in vaſculo figulino, cui addentur

Succini ſubtiliter raſpati & pulveriſati, & per cribrum trajecti, Unc. 18. ad ſiccandum reponuntur. — Maſſa haec probe exſiccata ad pulverem valde ſubtilem teritur, cui infunduntur

Spiritus Vini rectificatiſſimi Unc. 60. quae bis digeruntur ad gradum coctionis. Eſſentia haec per pannum filtrata, uſui aſſervetur. *Elwert.*

VIS *fortior* quam *Eſſent. Succini ſimplic.*

OBS. *Reſiduo* Eſſentiae hujus *Succini alcalinae*, infuſis *Spiritus Vini rectificatiſſimi* Unc. 30. bis digeſtioni expoſitis, filtratis, deſtillatis dein in retorta, ad remanent. Unc. 2 — 3.

inſpiſſatis exhibebant *Extract. Succini* Unc. 2. & Drachm. 6. — *Spiritus* vero *Vini* deſtillatione acquiſitus, aſſervabatur nomine *Spiritus Vini ſuccinatus* ad praeparationem *Eſſentiae Succini.* — Reſiduum *Succini* edulcorabatur usque dum nil ſpirituoſi, nec ſalini amplius apparebat; Reſiduum hoc inſpiſſatum *ſalinum*, partibus quibusdam Succini adhuc impletum, combuſtione iis liberabatur, in Aquae quantitate ſufficiente ſolutum, filtrationi ſubjiciebatur, & exſiccatum exhibebat Scrupul. 2. corpus valde laeve & inſtar Fuliginis; Salis puri albi exhibebat Unc. 5. *Succini* edulcorati Aqua, & exſiccati pondus erant Unc. 22. & 1/2. uti *W.* & *S.* *Elwert.*

TINCTVRA TARTARI.

Rec. *Salis Tartari puri* Unc. 12. (Quidam addunt *Calcis vivae,* Unc. 3. uti Ph. *Auſtr.*)

In crucibulo igne acerrimo ad colorem rubrum l. purpureum fuſas, immittentur adhuc calide mortario ferreo calefacto, atque cito contrito ſuperinfundentur adhuc calide in phiala vitrea,

Spiritus Vini rectificatiſſimi Unc. 24.

Digerantur per aliquot dies balneo arenae, ſubinde agitando, & Tinctura rubicunda extracta filtretur.

VIS *ſtimulans, urens, incidens, attenuans, diuretica, aperiens, haemocatharctica.*

USUM praecipuum commendat *Plenck* ad *mala rachitica*, & ab aliis nata ulcera, *fiſtulas, cariem, ſpinam ventoſam* & *tumores curandos, obſtructiones* quoque reſerat.

DOSIS a Guttis 10 — 60.

TINCTVRA THEBAICA, ſ. OPII, vide *Laudanum Liquidum Sydenhami.*

OBS. 1) *Ph. Londin.* ſuadet *Opii colati* Unc. 2 — *Caryophyllor.* aromat. — *Cinnamom.* ana Drachm. 1. — *Vini albi* Unc. 12. macera per hebdomad. ſine calore, dein per chartam cola.

Ph. Suecic. & *Roſſica* vero praeſcribunt tantum *Opii* Unc. 2. — *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 4. — *Aquae Cinnamom.* Unc. 16. digere per triduum, & cola. In Scrupul. 12. ſunt *Opii* Gran. 1.

TINCTVRA ſ. ESSENT. TRIFOLII FIBRINI paratur e *Herba Trifolii fibrini* uti Eſſentia *Cardamomi* l. *Abſynthii.* *Piderit.* *Ph. Fuldenſis.*

VIS *roborans*, *antiſcorbutica*, *balſamica*, *antiſeptica*; valde amara quoad ſaporem.

DOSIS Guttae 40 — 60.

OBS. *Colorem viridem* Eſſentiae hujus pharmacopolae ſaepe *Vitriolo Veneris* male exaltant.

TINCTVRA VALERIANÆ COMPOSITA.

Rec. *Radicis Valerianae officinalis*
Serpentariae virginianae ana Unc. 1.
Camphorae Drachm. 1.
Spiritus Vini rectificati Unc. 8.

Poſt ſufficientem extractionem exprime, filtra.

VIS *diaphoretica*, *antiſeptica*, *uterina*, *antiſpasmodica*, *alexipharmaca*, *ſtimulans*, *anthelmintica*. *Ph. Würt.* *Piderit.* *Mellin.*

USUS in *affectibus* hyſtericis; febribus *putridis*, malignis, in *virium depreſſione* a Guttis 40 — 60.

Ad mixturas *diaphoreticas* Uncia 1/2. quotidie ab *Hermanno epilepticis* commendatur.

Melius in ſubſtantia quam in vehiculo ſpirituoſo.

DOSIS Guttae 40 — 60.

OBS. 1) *Tinctura Valerianae ſimplex Londinens.* paratur e *Rad. Valerian. ſylv.* Menſe *Martii* effoſſarum, Unc. 2. — *Spiritus Vini ten.* Unc. 12. Digere vaſe clauſo, & cola. — *Doſis* Cochlear. 1. bis de die.

In Editione nova commendantur Radic. *Valerian. ſylveſtr.* Unc. 4. — *Spirit. Vini* Unc. 24. — *Tinctura* ejus *Valerianae volatilis* e Radic. *Valerian. ſylveſtr.* Unc. 4. conſtat, — & *Spirit. ammoniae* compoſit. Unc. 24. Digerendi per 8. dies.

& Ph. *Fuldenſis* eupit Rad. *Valerian. ſylveſtr.* Unc. 2. — *Aquae flor. Chamomillae* Unc. 6. — *Spiritus Vini rectificat.* Unc. 2. digerendi in vaſe clauſo per 3. dies, ad Tincturam colandi poſt expreſſionem.

OBS. 2) *Pharm. Londinens.* communicat *Tincturam Valerian. volatilem* e *Rad. Valerianae ſylveſtr.* Unc. 4. — *Spiritus volatilis aromatici* Unc. 24. Digere ſine calore in vaſe bene clauſo, & cola.

Quidam praeparant tantum e Radice *Valerianae*, cum *Liquore anodin. min.* recent. collect. in fine menſis Decembr.

OBS. 3) *Tinctura* ſ. *Eſſentia Valerianae* eſſentificata paratur e Rad. *Valeriane ſylveſtr.* Unc. 12. — *Vini ordinar. elect.* Unc. 144. Mixta digere ad punctum fermentationis perfectae, tum deſtilla per alembicum, quod ſine metu aduſtionis fieri poterit, omne aquoſum acidum ſpirituoſum. Quo dein omne

aquoſum acidum ſpirituoſum rectificatur ſuper novam quantitatem *Radic. Valerianae exſiccatae ;* cohobatur dein ſecunda vice ſuper radicem Valerian. in balneo Mariae ad ſiccitatem Specierum , extrahitur iterum Eſſentia, eoque ſaturatiſſima ex nova Radice Valerianae ſicca pulveriſata. Huic Eſſentiae Valerianae ſupernatat dein parum *Olei Valerianae* deſtillati , quum Rad. Valerianae recent. ſucceſſive ſiccatae, in conclavi calefacto, tantum Olei quid exhibet, in clybano vero ſiccata radix nil tale Olei prodit. *Dapp. Oetinger.*

Tincturas ſ. *Eſſentias* quasdam peculiaris plane effectus commendat *Diſpenſ. Fuldenſe.*

1) *Tincturam Hellebori nigri*, ex ejus fibris Unc. 2. — *Spirit. Vini* gallic. Unc. 12. digerendi l. a. per 3. dies , dein filtrandi, adhibendi qua eximium *aperiens*, *emmenagogum*, *pellens ;* a Guttis 30 — 50.

2) *Tincturam Hyperici* , e Summitatib. *Hyperici* maturat. proxim. Unc. 4. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 16. digerendi per 3. dies , exprimendi & colandi Tincturam hancce *balſamicam, travmaticam, roborantem, diureticam*, a Guttis 40-60.

3) *Tincturam* ſ. *Eſſent. Lignorum*, e *Raſurae Ligni Guaiaci*, — *Saſſafras.* ana Unc. 8. — *Sal. Alcali* vegetabil. puri Unc. 2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 32. poſt quatriduum digerendi & filtrandi Liquorem ſufficienter tinctum, qua *balſamicum* - *ſtimulantem* ſanguinis lentorem, diſſolventem , l. per diaphoreſin, l. per diureſin educentem , pro regiminis diverſitate, a Guttis 40 — 60.

4) *Tincturam maſtichinam*, e Pulver. Gumm. *Ma-*

ſtich. Unc. 2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 16. cum arena pura, probeque lota - remixta digerendi per 3. dies, colata cum Eſſentia ſervandi *Uſui chirurgico*, in partium exſanguium *vulneribus*, & *oſſium carie.*

5) *Tinctur. Millefolii*, ex ejus Summitatibus florent. — & Herb. *Millefolii* ana Unc. 2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 16. conſtat, digerendi per ſeptimanam, exprimendi, & colandi, *Uſui*, qua *roborans, antiſpaſmodicum*, a Guttis 30 — 60.

6) *Tinctur. Tanaceti* paratur uti *Tinctura Abſynthii*, qua *ſtimulans*, *antiſeptica*, *anthelmintica*, a Guttis 30 — 60.

Ex tempore parandae Tincturae ſunt praecipuae.

7) *Tinctura Dictamni albi*, ex ejus Radice recent. Unc. 2. — *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 12. Per 6. dies digerendi, filtrandi qua *aperiens*, *deobſtruens*, *anthelminticum*, *emmenagogum*, a Guttis 20 — 60.

8) *Tinctur. Gummi Kino*, e Gummi *Gambiens.* vel *Kino* Drachm. 2. — Aqu. *flor. Caſſiae* ſimplic. Unc. 1. & 1/2. & ejus vinoſae Unc. 1/2. digerendi per aliquot horas in vaſe clauſo, ad Gummi ſolutionem, dein colandi qua *analepticum* - *adſtringens*, *haemoſtaticum*, a Guttis 40 — 80.

9) *Tinctura Pini* turionum, ex *Extract. Turionum Pini*, Unc. 1. — *Spirit. Cochlear.* Unc. 2. digerendi leni calore, per 24. horas, colandi, *Uſui*, qua *incidens*, *balſamicum*, *diureticum*, *antiſcorbuticum*, a Guttis 40 — 80.

10) *Tinctur. Saponis*, e *Saponis alicantici* albi raſi, Unc. 4. — *Sal. alcal. vegetabil.* puri Unc. 2. — Sali alcalino in *Aquae* Unc. 12. ſoluto admiſcea-

tur *Sapo*, coquantur invicem ad *Extracti* ſpiſſitudinem: magma hoc ſpiſſum immittatur phialae, eique ſuperfundantur, — *Spiritus Lavendulae* l. *Roriſmarin.* Unc. 16. lenique calore digerantur, ad extractionem Tincturae citrinae, ſervandae *Uſui*, qua *externe mundificans, reſolvens, roborans.*

TRAGÆAS PASTILLES DE DAVBENTON.

Rec. Pulv. *Sachar.* canariens. Unc. 8.
Rad. *Ipecacuanh.* Drachm. I. & Gran. 12.
Miſce, fiat cum mucilagine *Gummi Tragacant.* Maſſa, e cujus qualibet ſemuncia formentur *Trochiſci* No. 30., quorum

Vis eſt valde *evacuans*, *emetica.*

TROCHISCI ALBI RHAZIS.

vide *Pulvis* e *Ceruſſa Londinenſium.*

TROCHISCI ſ. TABVLÆ ALTHEÆ *Pariſienſium.*

Rec. *Radic. Altheae* pulveriſat. Unc. I.
— *Ireos florentin.* Drachm. I.
Sachari albiſſimi Unc. 16. pulveriſata & mixta redige cum
Mucilagin. Tragacantae qu. ſuff. ad Trochiſcos.

VIS & USUS idem cum *Paſta Altheae. Spielmann.*

TROCHISCI ALHANDEL.

Rec. Pulver. *Colocynthid.* albae, levis a Seminibus purgatae, minutim conciſae, Unc. I. miſce cum mucilagine *Gummi Tragacant.* modica quantitate, ut Pulpa madeſcat, & in Paſtam converti poſſit, quae perfecte ſiccata, & pulveriſata impaſtetur cum mu-

cilagine e *Gummi Tragacanthae*, Drachm. 2. — Aqu. *flor. Roſarum* Unc. 2. parata, e qua dein formentur *Trochiſci purgantes, hydragogae.* *Uſus ſtimuli* loco aliis *purgantibus* adduntur Grana aliquot. *Ph. Fuldenſis.*

TROCHISCI de CREMORE TARTARI.

Cremor. Tartar. Unc. 1. & 1/2.

Sachar. albiſſ. Unc. 6. cum

Mucilagin. Gumm. Tragacanth. qu. ſuffic. fiat Maſſa, e qua formentur *Trochiſci.* ad *aeſtum*, & *ſitim mitigandam.* *Mellin.*

TROCHISCI ESCHAROTICI.

Rec. *Mercurii ſublimat. corroſiv.* Unc. 1/2.

Amyli albi Unc. 2. ſ. *Micae Panis.*

Minii rubri Unc. 1/2. Fiant cum *Mucilagin. Tragacanth.* qu. ſuff. Trochiſci. *Ph. Würt.*

USUS *chirurgis* ad *mundificanda ulcera*, & *carnem luxuriantem* extirpandam; *fibras roborandas.*

TROCHISCI MENTHÆ PIPERITIDIS, ſ. *Trochiſci* des *Vapeurs.*

Rec. *Sachari albiſſimi* Unc. 4.

Olei deſtillat. Menthae piperitid. Guttas 20.

Miſce fiant cum *Mucilag. Tragacanth. Trochiſci.*

VIS & USUS e ſimplic. ingrediente patet.

OBS. 1) *Rotulae Menthae piperitidis* parum differentes parantur quoque e *Sachari albiſſimi* Unc. 4. mixtis cum *Aqua Menth. piperitid.* concentr. qu. ſuffic. ad *Rotularum* formam, addendo iis tum ſub finem ante effuſionem *Olei Menth. piperitidis* Gutt. 20—25. *Color* ruber & *ſapor* acidus conciliatur a ſucco *Berberum.*

OBS. 2) Ad $\frac{1}{4}$ Librae Trochiſcor. *Menth. piperitid.* inſtillant quidam Guttas 10—20. — *Olei Menthae piperitid.* in fortioribus Guttas 40 — G.

OBS. 3) *Mitior* fit *compoſitio*, ſi ſumuntur tantum ad *Sachar. canar.* Unc. 4. — *Olei Menthae piperitid.* Guttae 8—10. *Ro. Manheim.*

Diſpenſat. Fuldenſe cupit *Sachar.* alb. Unc. 1. — *Olei Menth. piperitid.* Gutt. 6. — Mucilagin. Gumm. Tragacanth. qu. ſuffic. ad formandos Trochiſcos terendo.

Caeterum *Vis antiſpasmodica*, *carminativa.*

TROCHISCI de MINIO PLENCK.

Rec. *Minii* Unc. 1/2.
Mercurii ſublimati corroſivi Unc. 1.
Micae Panis Unc. 4. ut fiat Maſſa in Trochiſcos oblongos formanda.

USUS *externe.* Ad erodendum *nucleum*, quem in *ulceribus ſcrophuloſis* glandula corrupta format, & ſanationem impedit.

OBS. *Mellin* ſuadet *Minii* Unc. 1/2. — *Mercur. ſublimat corroſiv.* Unc. 1. — *Micae Panis* optim. Unc. 4. — *Aquae Roſarum* qu. ſuffic. ad formandos Trochiſcos oblongos.

TROCHISCOS VARIOS adhuc communicat Pharm. *Londinenſis.*

1) e *Sulphure diaphoreticos*; Rec. Flor. *Sulphur.* lotorum Unc. 2. — *Sachari* puri Unc. 4. tere ſimul, & *mucilagine* Semin. *Cydonii* mali ſubinde addita, fiant *Trochiſci.*

2) e *Creta* in ſaburra primarum viarum - & in *diarrhoea* - *dyſenteria*; — Rec. *Cretae* pptae Unc. 4. — *Chelar.* Cancror. pptor. Unc. 2. — *Cortic. Cinnamom.* Unc. 1/2. — *Sachari* puri

Unc. 3. His pulveriſatis mucilaginem Gummi arabici adde, & fiant Trochiſci.

3) e *Magneſia involventes acidum:* Rec. *Magneſiae* uſtae Unc. 4. — *Sachari* puri Unc. 2. — *Zingiber.* pulveriſat. Scrupul. 1. — Mucilagine Gummi arabici addita fiant *Trochiſci.*

TROCHISCI TEMPERANTES.

Rec. Sal. *Acetoſ.* Drachm. 2. — *Sachari albi* Unc. 8. *Olei Citri* Gutt. 10. Miſce pulveriſata cum *Mucilagine Gummi Tragacanthae* qu. ſuffic. formetur maſſa ad *Trochiſcos*, cui quidam addunt *Nitri* Unc. 1.

VIS *temperans*, *refrigerans.*

USUS ad *ſitim* temperandam, ſedandum *ſanguinis* & *febris aeſtum*, & potus ſuaviter acidulandos; ad *tuſſim* mitigandam. *Piderit* & *Spielmann.*

DOSIS a Drachma 1 — 4.

OBS. 1) *Ph. Londin. Trochiſcos temperantes* e *Nitro* communicat; & quidem *Nitri* puriſſ. Unc. 4. — *Sachari albi* Unc. 12. cum *Gumm. arab.* l. *Tragacanth. formand.* ad maſſam pro *Trochiſcis.*

Spielmannus praeſcribit *Nitri depurat.* Unc. 1. — *Sachari albi* Unc. 6. — Succi *Citri* Unc. 1. formentur cum Mucilagine *Tragacanth.* ad *Trochiſcos.*

OBS. 2) *Ph. Würtenb. Trochiſcos* e *Cremore Tartar.* Unc. 1. & 1/2. — *Sachari albi* Unc. 6. cum *Mucilagin. Tragacanth.* communicat.

Gmelin ſumit *Sal. Tartar.* eſſential. Scrupul. 1. — *Sachar. canar.* Unc. 1. — *Amyli* Drachm. 2. ad formand. Trochiſcos non tam valde fluen-

tes. — Alii tantum e *Sale Tartari* & *Vitrioli acido* l. *Citri* parant.

OBS. 3) *Ph. Fuldenſis* ſuadet *Nitri* puri depurat. Drachm.6.—Sal.*Acetoſell.*eſſential.Drachm.2. — *Sachari albi* Unc. 6. Mucilagin. *Tragacanth.* qu. ſuffic. ad formandos Trochiſcos.

TVRPETHVM MINERALE,ſ.MERCVRIVS *praecipitatus emeticus flavus*, ſ. *corroſivus flavus*.

Rec. *Hydrargyri* Unc. 4.

Olei Vitrioli Unc. 8. In retorta vitrea, caute commixta, deſtilla ex arena ad ſiccitatem. Calx vero alba in fundo relicta, trita, in Aquam tepidam projecta, ſubito flaveſcens, crebris abluitionibus ab acrimonia probe liberetur, exſiccetur, & ſervetur uſui.

Ph. Herbipolit.

VIS *emetica*, *draſtica*, *diuretica*.

USUS olim magis in *gonorrhoea virulenta*, in *obſtruct. glandularum* a Gran. 2 - 6 - 8. ad *hydrophobiam* Grana 6 - 8. quotidie qua ſpecificum.

OBS. 1) Ad *Pharm. Roſſicam Mercurius*, dupla portione *Acidi Vitrioli fortis* digeſtus, in vaſculo vitreo ſupra ignem ebulliat, exſiccatus calide tum lavetur, & dein ſola *Aqua*, addito pauco *Alkali Lignorum*.

Ph. Edinburg. vero cupit *Hydrargyri* Unc. 4. *Acidi Vitrioli* Unc. 8. ut indantur retortae vitreae, & deſtillentur ex arena ad ſiccitatem: quo Calx tum alba in fundo relicta, trita conjiciatur in Aquam tepidam, & mox inde naſcetur illico pulvis *flavus*, qui crebris abluitionibus ab omni acrimonia liberetur.

Ph. Auſtriac. praeſcribit *Mercur. vivi puriſſ.*

Unc. 4. immiſſis retortae, aut cucurbitae vitreae, addentur *Olei Vitrioli* Unc 6. & deſtillentur in arena ad ſiccitatem, igne aucto. Maſſae ſalinae albae remanenti, Aqua fervida ablutae, in mortario lapideo l. vitreo pulveriſatae ſubtiliter, adfundentur *Aqua pura calida*, quo mutatur in pulverem *citrinum* probe edulcorandum. — Aqua evaporata gignit *Salem* facile deliqueſcentem, quod *Oleum mercuriale* tum denominatur.

TVTIA PRÆPARATA.

Aliquoties l. ad minimum ter in *crucibulo* candefiat, ſingulis vicibus in *Aqua* extinguatur, tum demum trita, in marmore laevigetur, ne duritie ſua oculum laedat.

VIS *adſtringens* - *exſiccans* potenter.

USUS ad *Unguent.* in *affectibus oculorum*, defluxionibus acrioribus ad *oculos*; in *Unguentis* & *Emplaſtris* exſiccantibus, ad *ulcera* chronica oculorum *exſiccanda* - ſed caute in *Collyriis*, & in *Pulvere ophthalmico*; ne nimium exſiccet, vaſa *ulceroſa* oculi nimium *contrahentur*, l. *lympha ſtagnet.*

In *ſynovia Unguenta digeſtiva* cum *Tutia* permultum juvant, vaſculum ruptum *lymphaticum* obtundunt; in *intertrigine* & *cutis excoriatione.*

UNGVENT. ÆGYPTIACVM ſ. ÆRVGINIS ſ. *Oxymel Æruginis Hippocratis*, ſ. *Mel Ægyptiacum.*

Rec. *Æruginis cryſtalliſatae tritae* Unc. 5.

Aceti Vini fort. Unc. 5. — *Mellis optimi* Unc. 14 — 15. coque leni igne, diligenter ſpatula agitando, ad *Unguenti* conſiſtentiam.

Ph. Roſſica, Suecica.

VIS *detergens*, *exſiccans*, *mundificans*, *vulneraria*, *ſeptica*.

USUS *Medicamenti* improprie *Unguenti* dicti ad *ulcera ſordida* - *putrida* - *depuranda* & *ſinuoſa*; *ſaniem* ſiccandam, & luxuriantem *carnem* auferend. *plumaceolis* applicatum.

Extract. *Saturni* l. *Lithargyrii* in uſu ad *gangraenam* & *ſphacelum* ei utiliter additur. *Piderit.*

In *Gingivis putridis ulceroſis* cum *Melle roſato* Unc. 1. ad Drachm. 2. *Unguenti* commendatur a quibusdam, ſed ob facilem deglutitionem noxiam non ſemper conducit.

OBS. *Oxymellis* hujus applicatio ad *oſſa* eſt noxia.

UNGVENTVM AEGYPTIACVM,
ſ. *Oxymel Aeruginis.*

Rec. *Aeruginis cryſtalliſat.* Unc. 2 — 3.
Mellis puri Unc. 7—8. — *Aceti Vini* Unc. 3—4.

Æerugo pulveriſetur, Aceto diluitur, Mellique permixtus lento igne, ſub perpetuo motu, ad *Mellis* conſiſtentiam reducitur.
Ph. Würtenb. Fuldenſis.

VIS *externa deſiccans*, *mundificans*, *ſeptica*.

USUS in *ulceribus malignis* - *ſinuoſis* - *ſcirrhoſis*, & *ſphacelo*. Cum *Melle* roſato mixtum, *gingivis putridis* & *ulceroſis* conducit.

OBS. 1) Alii praeſcribunt *Viridis Aëris* pulveriſat. Unc 3. diluendas in *Aceti Vini* boni Unc. 4. filtrandi per ſetaceum, tum cum — *Mellis* crudi Unc. 8. coquendi ad conſiſtentiam *Mellis* craſſioris. *Piderit.*

Pharmac. *Herbipolit.* & *Brunſuic.* praeſcribunt *Unguentum* hoc e *pulveriſat. Viridis Aëris.* Unc. 3. — *Aluminis crudi* Unc. 1/2. — *Aceti*

Vini, Unc. 1. & 1/2. — *Mellis*, Unc. 48. Omnia coquendi ad conſiſtentiam Unguenti.

OBS. 2) Pharm. *Edinburg.* ſuadet *Cerae albae*, — *Reſinae albae*, ana Unc. 2. — *Olei Olivarum*, Unc. 12. — *Aeruginis ſemunciam.*

Cerae & Reſinae cum Oleo leni igne liquefactis, & ab igne dein remotis, paulatim adde *Aeruginem*, cum aliqua parte prius intritam, & aſſidue agita, donec refrixerit Unguentum.

UNGVENTVM ALBVM SIMPLEX ſ. de *Cerussa*.

Rec *Ceruſſae albae* pulveriſat. Unc. 7—8.
Axung. porcin. Unc. 12,

Leni igne agita ad plenariam refrigerationem.
Piderit. Spielman. Ph. Roſſica.

Si *Camphorae* Drachm. 6. adduntur, exhibet *Unguent.* e *Ceruſſa camphoratum.* Magis efficax e Camphor. cum paucis Guttis *Olei Amygdalar. dulc. trit.*

VIS *diſcutiens*, *deſiccans*, *refrigerans*, *repellens.*

USUS ad *ambuſta*, *inflammationes laeves*, *intertriginem*, *excoriationes cutaneas*, *ulcera*, *haemorrhoides inflammatas.*

Ad *ulcera* dolentia, a veſicatorio Emplaſtro orta, ad refrigerandum, ſevioresque diſcutiendas *inflammationes*: cave vero in *eryſipelate* applices.

Ad *ſcabiem*, *cutis* vitia a ſalſedine enata, ad *prurigines* & *puſtularum eruptiones*, ad *ſerpigines* ab acrimonia.

OBS. 1) In *inflammationibus* Unguentorum uſus caeterum, quantum fieri poteſt, eſt reſtringendus.

OBS. 2) Ad Ph. *Herbipolitan. Cerae albae — Ceruſſae* ana Unc. 9. — *Olei Olivar.* non rancid. Unc. 3. adduntur. Liqueſcat *Cera* cum Oleo, ab igne dein ablatis paulatim immiſce.

Ceruſſam cum Olei parte prius intricatam diligenter agita, donec coeat in Unguentum.

OBS. 3) *Piepenbring* ſuadet *Axungiae* porcin. Unc. 12. *Ceruſſae* alb. pulveriſat. ſubtiliter Unc. 8. Miſce.

Diſpens. *Fuldenſe* cupit *Axungiae porci* depur. Unc. 1. & 1/2. — *Ceruſſae* albae in laminis ſubtiliſſ. pulveriſat. Unc. 1. piſtillo ligneo exacte miſceantur in *Unguenti* formam.

Unguentum ejus *album camphorat.* conſtat ex *Unguent. alb. ſimpl.* Unc. 1. — *Camphorae Oleo Amygdalar. ſubact.* Gran. 10. tere.

UNGVENTVM ALTHEÆ.

Rec. *Mucilagin. Radic. Altheae,*

Semin. Lini l. *Foenugraeci* ana Unc. 8—12.

Butyri recent. non *ſaliti* Unc. 32—48. Mixta coque, donec aquoſum omne conſumtum fuerit, cui tum fervidae adhuc, ab igne remotae maſſae, adde

Cerae citrinae Unc. 4 — 12.

Reſinae Unc. 6. Liquefactis & colatis tum adde

Terebinth. venet. Unc. 2. ſerva uſui.

Cui Ph. *Roſſica*, *Würt. Plenck, Piderit*, & *Brunſuic. Fuldens.*

Pulver. Radic. *Curcum.* Unc. 1/2. addend. praeſcribunt.

Piepenbring ſuadet Mucilag. Rad. *Altheae* Unc.

24. — Sem. *Foenugraec.* — Lini Unc. 6. caeterum uti ſupra.

VIS *emolliens externe*, *reſolvens*, *relaxans*, *leniens-humectans*, *demulcens*.

USUS ad *tumores emolliendos* - *fibras laxandas*; ad *viſcerum duritiem laxandam*, & *ſtomachi inflammationes diſcutiendas*: ad *nervorum duritiem*, *reſolutionem* & *ſpaſmos*, ad *membra rigida*; ad *urinae retentionem.* Commodum quoque eſt *Unguentum digeſtivum*, ſed ſemper *recens* paratum eſſe debet. *Piderit.*

OBS. 1) *Selle* ſuadet Radic. *Altheae recent.* Unc. 12. — Semin. *Foenugraec.* — *Lini* ana Unc. 6. — Rad. *Curcum.* Unc. 1/2. — *Butyr.* maial. recent. non ſaliti Unc. 120. Coquendi leni igne ad conſumtionem humiditatis, ex vaporum aquoſorum ceſſatione, patens, colaturam probe ſervandi.

OBS. 2) Pharm. *Auſtriaca, Danica* & *Londinens.* ſuadent *Butyri* inſulſi. — *Axung. porci* — *Ceram citrinam* & *Reſinam Pini* — *Terebinthinam*, qua ſuperfluam addendam praeſcribunt.

OBS. 3) *Herold* ſuadet Radic. *Altheae* conciſae Unc 2. — *Foenugraeci* conciſ. & Semin. *Lini* ana Unc. 1. coquendi ad mucilaginem, ut remaneant Colaturae purae Unc. 48 adde *Adipis Suillae* Unc. 144. coque usque dum pars aquoſa plane diſſipata eſt, tum adde *Curcumae* conciſae Unc. 2. — *Cerae* flavae Unc. 24. — *Reſinae Pini* Unc. 18. & *Terebinthinae* Unc. 6. Miſce omnia probe, & filtra per pannum purum.

OBS. 4) Cui *color flavus* placet, is Unguento poſt humiditatis evaporationem adhuc addat pulveris Radicis *Curcumae* Unc. 1/2. *Diſp. Fuldenſ.*

UNGVENTVM ARCÆI,
vide *Balſamum Arcaei.*

UNGVENTVM BASILICVM,
ſ. *Regium* ſ. *Tetra-pharmacum Galeni.*

Rec. *Cerae flavae* — *Reſinae Pini* — *Sevi Ovilli.*

Picis navalis liquidae ana Part. 1.

Olei Olivarum Part. 3.

Leni igne omnia liqueſcant in Oleo, & colentur. Quibus addendum ſuadet *Ph. Brunſuicens. Danica* — *Roſſica* & *Plenck*, — *Terebinthin.* & *Oliban. pulveriſat.* Unc. 1. & 1/2. qua ſuperflua.

VIS *diſcutiens*, *digerens*, *maturans*, *emolliens.*

USUS ad *digerendum* - *ſuppurationem* promovendam, ad *vulnera* maturanda, *ulcera* & *tumores inflammatorios.*

OBS. 1) *Ph. Edinburg.* praeſcribit *Reſinae albae* Unc. 2. — *Axungiae porcinae* — *Olei Olivarum* ana Unc. 12. Liqueſcant ſimul leni igne, & ab igne remota bene agitentur, donec coeat in *Unguentum digeſtivum.*

Et *Diſp. Fuldenſe* cupit tantum *Cerae* flavae — *Reſinae* albae ana Unc 3. — *Axungiae porci* depurat. — *Olei Olivarum* ana Unc. 12. modico ſuper igne liquentur maſſa liquata, & ab igne remota, ſpatula lignea diligenter ad perfectam usque maſſae refrigerationem agitetur.

OBS. 2) *Guy* praeſcribit *Unguentum baſilicum flavum* e *Cerae flavae* Unc. 6. — *Reſinae flavae* Unc. 3. — *Terebinthin. commun.* Unc. 1. & 1/2. — *Olei Olivarum* Unc. 12. Miſce fiat *Unguentum*, quod *Theden* eximie laudat.

OBS. 3) *Piepenbring* ſuadet *Olei Olivarum* Unc. 12. — *Cerae citrin* — *Terebinthin.* ana Unc. 3.

— *Picis burgundic.* Unc. 6. — Pulver. *Oliban.* Unc. 1. & 1/2. Miſce ad Unguentum.

UNGVENT. CÆRVLEVM MERCVRIALE *Schmucker.*

Rec. *Unguenti Roſati,*

Mercurii vivi ana part. aequal.

Miſce fiat *Unguentum.*

VIS & USUS, qua Mercurium continentis, hujus Unguenti eſt *emolliens - reſolvens - diſcutiens.*

UNGVENTVM E CALAMINARI LAPIDE ſ. *Ceratum Epuloticum Londinenſe;* ſ. *Ceratum Tourni.*

Rec. *Olei Olivar.* Unc. 24. — *Cerae flavae* Unc. 12.

Simul liquatis ſubigendo adde

Calaminaris Lapidis rubri praepar. Unc. 12.

Minii Drachm. 6.

Camphorae Drachm. 2. Miſce. *Ph. Danica.*

VIS *exſiccans - refrigerans.*

USUS ad *ulcera chronica.*

OBS. 1) *Ph. Roſſica* & *Edinb.* praeſcribunt *Cerae flavae* Unc. 8—12. — *Olei Olivarum* Unc. 24. — *Calaminaris Lapidis praeparati* Unc. 6—9. Mixta liqueſce leni igne ſub continuo motu, ad refrigeſcentiam.

OBS. 2) *Fuller deſiccans Unguentum* communicat ex *Axungiae porcinae* Unc. 36. — *Lapid. calaminar. laevig.* Unc. 4. — *Tutiae* Unc. 1. & 1/2. — *Bol. armen.* — *Colcothar.* — *Vitrioli Lythargyr. aur.* — *Ceruſſ.* ana Unc. 6. — *Gumm. Camphor.* Unc. 1/2. Miſce, coque leni igne ad conſiſtentiam Unguenti. Ob *Vim* ejus

repellentem - exſiccantem eximie commendat ad *excoriationes*, *ambuſtiones* - *exulcerationes*.

OBS. 3) *Thom. Guy Unguent. epuloticum* communicat e *Cerae albae* Unc. 8—10. — *Calaminar. Lapid. praepar.* Unc. 8. — *Olei Olivar.* Unc. 12. miſcendas ad Unguenti formam.

OBS. 4) *Unguentum exſiccans cicatrizans Eſſich* conſtat e *Cerae citrin.* — *Butyri inſulſi* ana Unc. 3. & 1/2. — *Olei Olivarum* Unc. 4. — *Lapid. Calaminar. praepar.* Unc. 2. & 1/2. — *Minii* Unc. 1. Liquata leni igne *Cera*, adde *Butyri* & *Olei*, remove tum ab igne, & adde tum reliqua, perpetuo ſub motu ſpatula lignea ad Unguenti formam congruam.

Cujus *Uſum* commendat praecipue ad *ulcera cicatriſanda*, & *vulnera* in *carne luxurioſa*, ad debilitatem labiorum *vulnerum*, in ſuporflua *humiditate* ſanationem impediente. *Eſſich.*

UNGVENTVM CANTHARIDVM,

vide *Unguentum Veſicatorium.*

UNGVENTVM CERÆ ſ. BVTYRVM CERÆ.

Rec. *Cerae flavae* Unc. 2.

ſolvantur modico calore in quantitate ſufficiente *Spiritus Vini*; ſolutio per filtrum effundatur, illudque, quod in filtro remanet, ſub nomine *Unguenti Cerae* ſervetur.

VIS *demulcens*, *emolliens*, *balſamica*, *lubricans*, *travmatica.* Diſp. *Fuldenſe.*

UNGVENTVM DE CERVSSA,

vide *Unguentum album.*

OBS. 1) *Unguentum de Ceruſſa compoſitum Eſſich* conſtat e *Ceruſſae* Unc. 4. —*Cretae albae* Unc.

1/2. — *Myrrhae* Drachm. 2. Miſce, ſume partes 4. hujus Mixturae, & partes 2. — *Mercurii vivi*, tere ad pulverem ſubtilem, & adde tum in mortario calido, *Adipis ſuillae* quant. ſuffic. ad conſiſtentiam Emplaſtri duriuſculi.

Cujus *uſum* commendat ad *ulcera antiqua*, *maligna tumeſcentia*. *Eſſich.*

UNGVETVM CITRINVM ſ. CAVSTICVM.

Rec. *Mercurii vivi depurati* Unc. 1. Solve in

Acidi Nitri Unc. 2. digerentur in igne arenae ad Mercurii ſolutionem, tum ſolutioni calidae adde

Axungiae porcinae recent. liquefactae, & jam in coagulationem tendentis Unc. 12.

Miſce probe in mortario lapideo ad Unguentum homogeneum.

VIS externe *forte irritans*, *cauſtica*, *reſolvens*, *mundificans*, *antivenerea*, *ſialagoga*, ſi inunctio protrahatur. Ph. paup. *Hamb.* & *Suecic. Fuldenſ.*

USUS in *ulceribus phagadaenicis*, in *vulneribus* ab animali *rabido* inflictis.

OBS. 1) *Herold* ſuadet in *Aquae fortis* Unc. 8. ſolvendi leni calore Unc. 6. *Mercurii vivi*, tum — *Axung. porcin.* l. *cervin.* Unc. 60. — *Olei Rapar.* Unc. 18. tum qua ſubfrigide ſolut. *Mercurii* adde, & effunde in capſulas chartaceas oblongas. Quale Emplaſtrum citrinum commendat ad *ſcabiem*.

OBS. 2) *Unguentum citrinum Saunder* conſtat ex *Argenti* vivi — *Spiritus Nitri* fortis ana Unc. 1. — *Olei Olivar.* Unc. 4. — *Axungiae porcinae* Unc. 8. digere *Argentum vivum* cum *Spiritu Nitri* in calore arenae, donec ſolva-

tur, dein adde *Oleum* & *Axungiam*, ut fiat *Unguentum.*

UNGVENTVM CONSOLIDANS
Schmuker.

Rec. *Terebinthin.* venet. — *Olei Hyperici* ana Unc. 1. & 1/2.
Gummi *Elemi* Unc. 1. — *Balſam. peruv.* Drachm. 2.
Olei Cerae Drachm. 1/2.
Empl. conſolidant. Unc. 1. Qua ſuperfluum.
Miſce fiat *Unguentum.*

USUS ad *vulnera ſananda.*

UNGVENTVM DIGESTIVUM SIMPLEX.

Rec. *Terebinthinae larigenae* Unc. 6. ſubigantur
Vitellis Ovorum No. 4. exacte tritis, adde
Olei Hyperici Unc. 1. & 1/2. (qua ſuperflui,)
Si color flavus deſideratur addetur *Crocus.*

VIS & USUS idem, cum Unguento digeſtivo compoſito, mitior agens quam ſimplicis. *Piderit. Ph. Roſſica. Danica.*

VIS *digerens*, *emolliens*, *maturans*, *purificans*, *ſuppurationem promovens* in *vulneribus*, & *abſceſſibus*, vulneraria. Caeterum confert quoque in vulneribus claudendis, ubi balſamica conducunt; in initio ſuppurationem impedit, ſi Mel non additum eſt.

OBS. 1) *Schmuker* ſuadet Mixturam e *Terebinthinae coctae* Unc. 144. — *Gummi Maſtiches* — *Myrrhae* — *Aloes* Unc. 2. — *Mellis crudi* Unc. 18. miſcendas ad Unguentum.

Mellin praeſcribit tantum *Mellis puri* Unc. 1/2. — *Terebinth. venet.* Unc. 1. — *Vitell. Ovor.*

No. 6. — *Myrrhae pulveris*. Drachm. 6. miſcend. ad Unguentum.

Ph. Würtenb. Auſtriac. & *Plenck* hancce mixtionem communicant e *Terebinthinae* Unc. 24. — *Vitellor. Ovor.* No. 6. — *Olei Hyperici* Unc. 6. — Pulver. *Maſtich.* — *Myrrhae* — *Olibani* ana Unc. 1. Qualia 4. qua ſuperflua omittenda ſunt. Miſce.

Ph. Herbipolitan. praeſcribit tantum *Terebinthin. venet.* Unc. 12. — *Vitellor. Ovi* No. 12. bene ſubact. adde — *Mell. Roſarum* Unc. 6. miſcendas ad Unguentum.

OBS. 2) Melius ex tempore praeſcribitur *Terebinthin. venet.* Unc. 1. cum *Vitello Ovi* No. 1. miſcend.

OBS. 3) *Plenck Unguentum digeſtivum acre* communicat ex *Unguenti digeſtivi* Unc. 1. — *Mercur. praecipitat. rubr.* Drachm. 2. miſcendas ad Unguentum.

VIS & USUS magis *digerens, erodens ulcera fungoſa*, pelliculam tumoris cyſtici aperti conſumens. *Plenck*, *Schmucker Unguentum digeſtivum acre* communicat ex *Unguent. digeſtiv. ſimplic.* Unc. 1. addend. *Alumin. uſti* Drachm. 1. exacte tum miſcendi.

OBS. 4) Diſpenſ. *Fuldenſe Unguentum digeſtivum* communicat e *Mellis Roſarum* Unc. 1. — *Terebinthin.* venet. Unc. 1/2. — *Olei* cocti flor. *Hyperic.* Drachm. 3. — *Vitell. Ovi* No. 1. probe miſcendi ad Unguentum.

Unguentum ejus *digeſtivum fortius* conſtat ex *Unguento digeſtivo* praedicto, cui addetur pulver. *Myrrhae* — *Olibani* ana Drachm. 1. in mortario calefacto probe miſceantur, ac

terantur, ad *Unguentum* homogeneum, cujus *Vis* fortior eſt.

UNGVENTVM DIGESTIVUM
compoſitum.

Rec. *Unguent. digeſtiv. ſimplic.* Unc. 12. adde *Myrrhae* — *Olibani* pulver. ana Drachm. 3. Miſce.

VIS *digerens*, *irritans*. *Piderit.*

USUS ad *Unguentum digeſtivum ſimplex* & *ſuppurans*; ad ſuppurationem in *ulceribus*, & poſt impoſita veſicatoria ſuſtentanda; uti & ad *tumores emolliendos*. Compoſitum hocce Unguentum magis applicatur, ubi *puris generatio* majori irritatione exequenda eſt. *Piderit.*

UNGVENTVM DIGITALIS.

Rec. Herbae *Digitalis* recent. conciſ. & contuſ. Unc. 16.
Butyri recent. inſulſi Unc. 20.

Poſtquam per noctem in moderato calore ſteterint, mane coquantur leni ſuper igne ad ſuperfluae humiditatis evaporationem, quo dein per linteum premantur, & refrigeratum Unguentum ſervetur.

VIS *purificans*, & *conſolidans ulcera* antiqua. Diſp. *Fuldenſe.*

UNGVENTVM DISCVTIENS.

Rec. *Olei Laurini* Unc. 12.
Olei deſtillat. Terebinthin. Unc. 1.
Camphorae Drachm. 2.
Sevi Bubuli Unc. 6. Miſce.

VIS & USUS e titulo patet. Ph. *Suecic.*

UNGVENTVM EMOLLIENS.

Rec. *Olei Olivarum* Unc. 24. — *Cerae* flavae Unc. 2.

Leni ſuper igne liquata, & per linteum colata ſerventur, cujus *Vis* e titulo patet. *Diſp. Fuldenſe.*

UNGVENTVM FVSCVM,
Gallis *Unguent.* de *la Mére.*

Rec. *Axung. porcin.* — *Butyr. recent.*
Cerae flav. — *Sevi Ariet.*
Lithargyrii pulveris. ana Unc. 4.
Olei Olivar. Unc. 6.

Agitando coquantur ad Unguentum.
Ph. Herbipolitan. Plenck.

VIS *vulneraria*, *emolliens*, *refrigerans*, *mundificans*, *repellens*, *exſiccans*, *digerens*, *carnem generans*, hinc

USUS tam *digerendis* quam *abſtergendis ulceribus.*

OBS. 1) Unguenti hujus *fuſci* compoſitio, ſub nomine *Unguenti nigri*, qua *digerens*, *maturans ſuppurationem* promovens, commendatum ad *Ph. Würt.* magis eſt compoſita, conſtans ex *Olei commun.* Unc. 18. in quibus diſſolvuntur *Cerae flavae* recent. Unc. 4. — *Colophon.* — *Picis naval.* ana Unc. 2. — *Maſtich. electt.* — *Terebinthin.* ana Unc. 1. Colaturae refrigeratae tum adduntur *Gummi Galbani* — *Sagapeni.* — *Thuris electt.* ana Unc. 1. — *Ariſtoloch. rot.* Unc. 1/2. miſcenda ad Unguenti formam. Dolendum, quod ob *colorem nigrum* hujus Unguenti non accurate appareat, ſtatus vulneris ſ. ulceris.

OBS. 2) *Herold* ſuadet *Cerae flav.* — *Picis navalis* — *Colophon.* ana Unc. 4. — *Thuris.* — *Myrrhae* — *Terebinthin.* ana Unc. 1. & 1/2. Miſce liquando, filtra & effunde in capſulas chartaceas.

OBS. 3) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet tantum *Axungiae* porci depurat. — *Olei Olivarum* ana Unc. 6. — *Cerae* flavae Unc. 2. his coquentibus ſucceſſive & per vices addantur, *Lithargyrii* pulveriſat. Unc. 2. Coquantur invicem, donec Unguentum ex fuſco nigreſcat.

Hoc Unguentum facillime e Mixtura Unguenti emollientis, & nutriti, e tempore poſſet ſuppleri.

UNGVENT. HELLEBORAT. ad SCABIEM, vide *Unguentum Mercuriale album.*

UNGVENTVM DE HYOSCIAMO.

Rec. *Foliorum Hyoſciami recent.* Unc. 12. cum

Axungiae porcinae Unc. 10. contuſis coquantur ad humiditatis conſumtionem, exprimantur, & expreſſo adde

Olei Hyoſciami e ſemine expreſſi Unc. 2. Miſce.

VIS *anodyna, emolliens* eximie. *Ph. Würt.* Edit. nova.

USUS ad *dolores* ſedandos cum Unguento Linariae.

UNGVENTVM LAVRINVM.

Rec. *Bacc. Laur.* — *Flor. Lauri.*

Herb. Sabin. ana Drachm. 6.

Axung. porcin. Unc. 96.

Coque ad conſiſtentiam Ungu. & tinge cum *Indigo* & *pulver. Curcum.* in *Spiritu Vini* ſolut. qu. ſuffic. dein exprime.

VIS *nervina, diſcutiens, reſolvens.* *Ro. Manheim.*

OBS. 1) *Pharmac. Suecicae* Edit. nova ſuadet *Sevi Ovilli* curat. Unc. 8. — Liquefacto & ab igne remoto adde *Olei Lauri* Unc. 12. — *Terebinthinae venet.* Unc. 1. — *Succin.* rectificat. Unc. 1/2. Mixta ſubigantur, ut in unum coeant.

UNGVENTVM LAPIDIS CALAMINARIS.

Rec. *Olei Olivarum* Unc. 12.
Cerae flavae Unc. 6.

In Oleo calefacto liqueſcat Cera; liquatis vero & ab igne remotis immiſceantur,

Lapidis calaminaris praeparati, & ante mixtionem cum pauxillo *Olei Olivarum* triti, Unc. 4. & 1/2.

ſub diligenti & continua trituratione refrigeſcant. *Diſp. Fuldenſe.*

VIS *exſiccans*, & *cicatriſans ulcera* manantia.

UNGVENTVM de LINANA PLENCK.

Rec. *Herb. Linariae* cum florib. Unc. 12.
Sempervivi minor. Unc. 2.
Hyoſciami Unc. 1. Contuſa macerentur per aliquot dies cum
Butyri inſulſi liquati Unc. 18. Coquantur ad conſumtionem humiditatis & exprimantur.

USUS ad *haemorrhoides caecas* dolentes, qua *ſpecificum*, adplicatum plumaceolo, & vitello Ovi prius mixtum confert eximie. *Spielmann.*

OBS. 1) *Unguenta ſaturnina* & *camphorata* ſaepius magis proſunt in haemorrhoidibus.

OBS. 2) *Ph. Brunſuic.* & *Würtenb.* praeſcribunt *Herbae Linariae* cum Floribus, *Axung. porcin.* ana Unc. 12. Contundendo mixta coquantur, ad humidi conſumptionem, colentur.

UNGVENTVM DE LITHARGYRIO,
ſ. *Nutritum Triapharmacum Meſue.*

Rec. *Lithargyri* Unc. 6. — *Ceruſſae* Unc. 1. & 1/2.
Olei Olivarum l. *Olei* cocti *Roſarum* Unc. 12 - 18.
Aceti fortis Unc. 6. in vaſe vitreato, prunis ſuper-

ſuperimpoſito, probe agitentur, donec penitus coierint.

VIS *epulotica*, *ſarcotica*, *exſiccans* ſine morſu.

USUS ad *ambuſtiones*, *excoriationes*, *inflammationes*; *Spielmann*. Ad *cancrum apertum*, *ophthalmiam* a ſero acri ſalſo, & dolores inde natos. Ad *ſcabiei* & *cutis vulnera* & *vitia*, ad pruritum & *desquamationes*. *Difficilia* & *chronica ulcera perſanat*, & *cruenta glutinat*.

Caeterum cautus debet eſſe *Uſus ſaturninorum*, excepto quoque Adipe, transpirationem leviter impediente.

OBS. 1) *Ph. Auſtriac.* praeſcribit *Olei Olivarum* Unc. 12. in quo diſſolvendae ſunt *Cerae albae* Unc. 6. Refrigeratis admiſcendae ſucceſſive, & ſub continuo motu, — *Aceti Lithargyrii* bene ſaturati Unc. 12. aut quantum Oleum capere poteſt, ut fiat juſtae conſiſtentiae Unguentum.

Ph. Dan. ſuadet — *Aceti Lithargyrii*, — *Olei Olivarum*, ana partes aequales: in mortario ſtanneo, vel marmoreo, ut miſceantur omnia ad Unguenti formam.

UNGVENTVM MAJORANÆ,

vide *Butyrum Majoranae*.

UNGVENT. ad MAMMARVM TVMORES,

vide *Unguentum reſolvens*.

UNGVENTVM MERCVRIALE ALBVM,

ſ. *Mundificans Zelleri*, ſ. ad *Scabiem Zelleri*.

Rec. *Mercur. praecipitat. albi* Drachm. 1.
Ungu. Roſati albi l. pomati Unc. 1. miſceantur exacte ad Unguentum.

VIS *coſmetica*, *reſolvens*, *mundificans*, *antivenerea*, *repellens*. *Piderit. Plenck. Spielmann.*

USUS ad *ſcabiem*, *herpetem*, & alia *vitia cutanea*, ſine ſalivatione metuenda, nec repellit noxie in congruo uſu, ſimul juncto, remediorum haemocatarcticorum internorum, & interdum laxantium per epicraſin, ſi caute articulationes inunguntur ad veſperam tepide, avellanae nucis quantitate, obſervata ſimul omni munditie, & congrua veſtium mutatione: *Werlhof* & *Klein* obſervationibus, exceptis aliorum practicorum.

OBS. 1) *Unguentum pſoricum* ſ. *antiſcabioſum* ad *ſcabiem malignam inveteratam* communicat *Guy* ex *Axungiae porcinae curatae* Unc. 48. — *Sulphuris vivi pulverati* Unc. 12. miſcendas ad *Unguentum.*

Ph. Roſſicae Unguent. *Pſoricum* conſtat e *Sulphuris* — *Salis communis* — *Baccarum Lauri* ana part. aequal. pulveriſat. cum *Butyro* recenti miſcendas ad *Unguentum.*

Ph. pauper. Hamb. praeparatio conſtat ex *Axung. porcin. depurat.* Unc. 2. — *Sulphuris triti* Unc. 1ſ2. — *Olei Lini* qu. ſuffic. ut fiat Unguentum. — In Edit. nova *Butyri* recent. non ſalſi, — *Ceruſſae pulveriſ.* ana Unc. 12. — *Mercurii* corroſiv. albi Unc. 1. commendatur.

Mellin commendat *Sulphur. triti* Unc. 1. — Radic. *Ellebor. albi* l. *Sal. ammon. crud.* Drachmas 2. — *Axung. porcin.* Unc. 2. miſcendas ad *Unguentum.*

OBS. 2) *Unguentum pſoricum ſimplex* praeparatur commode ex *Axung. porcin.* Unc. 2. — *Sulphur. triti* Unc. 1ſ2. miſcendas ad *Unguentum.*

Angli quidam ſuadent *Sal. ammoniac. crudi* Drachm. 10. — *Flor. Sulphur.* — *Axung. porcini* ana Unc. 18. miſcendas ad *Unguentum. Halyt.*

OBS. 3) *Selle Unguentum* ad *ſcabiem* communicat e *Mercurii praecipitat. albi*, —*Sulphur. Antimon.* rite praeparati, ana Unc. 1/2.— *Axung. porcin.* Unc. 8. — *Olei deſtillat. Baccar. Lauri* Drachm. 2. miſcendas ad *Unguentum*, quale inprimis commendat ob Vim ſuam potenter *purificantem*, *diſpergentem*, in *ſcabie*, *herpete* a remediis internis non cedente, obſervata ſimul infrictione cutanea, cute probe purificata, transſpiratione non impedita. *Selle.*

OBS. 4) *Unguent.* ad *ſcabiem Boerhav. Ph. Brunſuic.* communicat e *Mercur. praecipitat. albi* Unc. 1. & 1/2. — *Unguent. pomadin.* Unc. 5. intime miſcendas.

OBS. 5) *Unguent. Helleboratum* ad *ſcabiem Pringle* conſtat e *Sulphuris triti* Drachm. 8. — Rad. *Hellebor. albi pulveriſ.* 1. *Sal. Ammoniac.* Drachm. 2. — *Axung. porcin.* qu. ſuffic. miſcend. ad *Unguentum*, cujus partem quartam commendat omni veſpera inungendam, quo *ſcabiem* ut plurimum intra breve tempus curavit *Pringle.*

OBS. 6) *Ph. Auſtriac. Unguent.* ad *ſcabiem* ſuppeditat ex *Axung. porcin.* Unc. 48. — *Acet. Lithargyr.* Unc. 12. coquendas ad conſumtionem humidi, dein admiſcendas — *Florum Sulphuris* Unc. 5. — *Olei Tartari* per *deliquium* Unc. 1. — *Laurini* Unc. 6. — *Benzoin* Unc. 12.

Ph. Danica ſuppeditat *Axung. porcin.* ſaepius lotae Unc. 10. — *Radic. Oxylapathi coct.* ac per ſetaceum trajectae Unc. 3. — *Enul. pulveriſat.* — *Baccar. Lauri contuſar* — *Sulphur. triti* ana Unc. 1. — *Olei Tartari* per deliquium Unc. 1/2. miſcendi omnia ad *Unguentum.*

OBS. 7) *Unguentum Mercurii ſimplex* Ph. *Suecic.* ad Edit. novam conſtat ex *Adipis Suillae* curat. — *Sevi hircin.* ana Unc. 1. Liquefiant, & cum ab igne remota ſpiſſeſcere incipiunt, adde — *Mercurii* Unc. 2. — commixta diligenter ſubigantur, donec *Mercurius* penitus diſparuerit.

Et *Unguentum* ejus *Mercurii compoſitum* conſtat e *Mercurii* Unc. 1. — *Acidi Nitri* dilut. Unc. 3. digere, ut Mercurius ſolvatur. Liquori etiamnum calido adde *Adipis Suillae* curatae, liquefactae, & fere ſpiſſeſcentis Unc. 12. Commixta ſubigantur in unum.

UNGVENT. MERCVRIALE GRISEVM, ſ. *Neapolitanum.*

Rec. *Mercurii vivi puriſſimi* Unc. 2.

Terebinthinae venet. Drachm. 6. ad *Mercurii* extinctionem plenariam ſatis tritis, adde

Axungiae porcinae Unc. 5. cui quidam addunt.

Olei Olivarum l. *Lavendulae* Drachm. 1/2. & tum ad Unguenti formam miſcend.

VIS *reſolvens, valide diſcutiens, purificans, vulneraria, ſialagoga, antivenerea, antiſcabioſa.*

USUS ad *tumores*, *bubones*, & *ulcera venerea purificanda:* ad *curandam luem veneream* frictionis ope externae, cum l. ſine excitata ſalivatione, non continuato quidem uſu, ſalivationis tum moliminibus noxiis ſeſe manifeſtantibus, per aliquot tum tempus *Uſus* ejus intermittendus eſt, laxantia hinc ſemper congrue praemittenda, & continuanda ſunt eccoprotica. *Piderit. Plenck. Ph. Danica.*

In *plethoricis Venae ſectio* congrue praemittenda

eſt, & per aliquot dies acres prius humores *corrigentia*, uti *Serum Lactis*, & *Balnea tepida*: quovis die tertio ad carbonarium in conclavi calido, inunctio tum ſuſcipienda, & quidem in initio *pedum*, tantum tarſis, tum ſimul *genubus*, & tunc *brachiorum articulis*, ac denique *dorſo*, Unguenti Drachmae 2—8. aſcendendo pro aegroti viribus. *Piderit.*

Caeterum *Uſus* hujus Unguenti ad *tophos*, *bubones*, ad *tumores* & *ulcera venerea* pituitoſa commendatur, convenit quoque in *intumeſcentia haemorrhoidum caecorum*, *ſcabie*, *tetano*, *phtyriaſi capitis*, *pubis* l. *aliis partibus*. *Plenck. Piderit.*

OBS. 1) Pro *Mercurii* proportione duplici - quadruplici l. ad apicem, denominatur hinc hoc Unguentum quoque caeruleum fortius & mitius.

Ad *vulnera* a *cane rabido* inflicta l. a morſu viperae; & ad *tetanum* a cauſa externa orta. *Plenck* commendat.

OBS. 2) *Ph. Herbipolit.* praeſcribit *Aethiop. mineral.* Unc. 1. — *Axung. porcin.* Unc. 3. miſcendas ad *Unguentum.*

Ph. Auſtriaca vero *Mercur. vivi* tantum Unc. 1. — *Axung. porcin.* Unc. 4. probe ad extinctionem terendas.

Ph. Suecica ſuadet *Adipis Suillae curat.* Unc. 2. liquefactis, ab igne remotis ac ſpiſſeſcentibus, adde *Hydrargyri* Unc. 2. commixta diligenter ſubigantur, donec Mercurius plenarie diſparuerit.

Ph. Roſſica ſuadet: Mixturam e *Mercur.* puriſſ. Unc. 6. — *Axungiae porcin. curat.* Unc. 9. — *Sevi ovilli curati* Unc. 3. ſubige in *Unguentum.*

Ph. Guy & *Mellin* ſuadent *Mercurii vivi puriſſ.* Unc. 6. — *Terebinthinae venet.* Unc. 1. — *Axung. porcin. curat.* Unc. 14. ad *Unguentum* miſcendum.

Si hujus *Unguenti mercurialis* Unc. 2. adduntur *Camphorae* Unc. 1/2. tum audit *Unguentum mercuriale* cum *Camphora.* *Guy.*

OBS. 3) *Unguentum mercuriale rubrum Selle* commendat, e *Mercurii praecipit. rubr.* Unc. 1/2. — *Axung. porcin.* Unc. 2. commiſcend. ad *Unguentum*, proficuum valde in *ulceribus ſordidis venereis*, nec non in *tinea capitis rebelli*, a cel. *Marquet* omni mane & veſperi caput illo illinitum.

OBS. 4) *Ph. Londinenſ.* communicat *Unguentum mercuriale coeruleum mitius* ex *Argenti vivi* Unc. 12. — *Terebinthinae commun.* Unc. 1. probe ſubactis in mortario vitreo, ad plenariam extinctionem *Mercurii*, tum addendi *Axung. porcinae curat. tepefactae*, Unc. 48. ad Unguenti accuratam mixtionem, in quo eſt *Mercurii* pars fere quinta.

OBS. 5) *Unguentum NeapolitanumPariſienſium* conſtat ex *Axung. porcinae*, — *Mercurii vivi* ana qu. plac. probe terendo ad omnium globulorum mercurialium evaneſcentiam; cujus *Uſum* commendat praecipue *Spielman* ad frictiones, ſed caute. Si *Mercurio* duplum aut quadruplum *Axungiae* additur, exhibet tum *Unguentum coeruleum* fortius & mitius *Londinenſium.*

OBS. 6) *Herold* & *Keupp* communicant *Unguentum mercuriale* cum *Terebinthina veneta*, e *Mercurii* Unc. 4. — *Terebinthin. venet.* Unc. 1. & 1/2.

tere ad *Mercurii* plenariam extinctionem, tum adde *Axungiae Suillae* Unc. 10 — 12. & miſce bene.

Terebinthina veneta quum in hoc Unguento cutem valde irritet, communicat hinc *Herold Unguentum mercuriale* ſine *Terebinthina*, parandi e *Mercurii* Unc. 4. ſucceſſive addendi *Adipis Suillae* Unc. 8. omnibus probe mixtis addendi iterum *Adipis Cervini* Unc. 3. & *Adipis Suillae* Unc. 4. probe tum omnia miſcendi.

Quaevis materia pinguis & oleoſa, tam vegetabilis, quam animalis effectum exſerit in Mercurium, ſimulac enim Adipe quodam teritur, dividitur tum in partes infinite parvas, adipe ſe jungit, evaneſcit plenarie, tritura longa vis ejus domatur, & maſſa tota acquirit colorem fuſco-nigrum. Mercurius enim hicce in Unguento minime cenſendus, qua partes tenues diviſae, intercedit enim inter partem 1. *Mercurii* & *Adipis* connexio quaedam; Quodſi enim per quoddam tempus quieti ſubjectum eſt Unguentum hoc mercuriale, fuſione tum non omnis Mercurius reacquiritur.

UNGVENT. DE MINIO CAMPHORATVM *Florentini.*

Rec. *Unguent.* de *Lithargyrio* Unc. 15. cum his
Camphor. Drachm. 2. ſubigantur.
Minii Unc. 1. & 1/2.
Tutiae pptae Drachm. 2. adde, & miſce probe.

USUS *ambuſtionibus* & *ſerpentibus ulceribus. Spielm.*

UNGVENT. MERCVRIALE RVBRVM,

vide *Unguentum Mercuriale.*

UNGVENT. MERCVRIALE SAVNDER,
vide *Mercurius Cinereus.*

UNGVENT. MVNDIFICANS PRINGLE.

Rec. *Flor. Sulphuris* Unc. 1.
Salis Ammoniac. Drachm. 1/2.
Axungiae porcinae Unc. 2. miſce ad *Unguent.*

VIS *coſmetica.* *Piderit.*

USUS ad *ſcabiem,* praecipue e *contagio,* a *humoribus* non adeo *corruptis* ortam; pauperibus potius, appropriatis vero remediis rite praemiſſis, etſi *Sal ammoniacum* additum eſt in hac mixtione, *Sulphuris* Vim, nimis ſubito repellentem, corrigendam.

OBS. *Unguentum mundificans Schmuker* & *Plenck* communicat e *Balſam. Arcaei* Unc. 2. — *Lapidis divini ſubtil. pulveriſ.* Drachm. 1. & 1/2. Miſce probe terendo; cujus *Uſum* commendant ad *ulcera* & *vulnera fungoſa conſolidanda.*

UNGVENTVM NEAPOLITANVM,
vide *Unguentum Mercuriale.*

UNGVENTVM NERVINVM.

Rec. *Folior. Populi balſamiferi* Unc. 8. Inciſis adde
Axung. porcin. calefact. Unc. 24.
Stent per 14. dies, liquefactis leni igne colatis, & refrigeratis adde
Olei Succini — *Chamomillae* ana Unc. 1/2.
Rutae — *Menthae* ana Drachm. 2. miſce.

VIS *nervina, roborans.* *Piderit.*

USUS ad *roboranda membra,* in *membrorum - ligamentorum debilitate, paralyſi, rigiditate partium; ſpaſmis* & *convulſionibus;* in *nephritide calculoſa;*

colica flatulenta, diarrhoea; vitiis abdominis variis, flatulento-*ſpaſmodicis*, abdomini & renum regioni infricatum, praemiſſis ſemper congruis evacuationibus.

OBS. 1) *Unguentum nervinum* communicat *Selle*, ad *membra paralytica*, ex *Ungu. Altheae* Unc. 8. — *Liquor. Cornu Cervi ſuccin.* — *Tinctur. Cantharid.* ana Unc. 1. — *Olei deſtillat. Chamomill.* — *Menthae criſp.* — *Baccar. Lauri Juniperi* ana Drachm. 1. miſcendas ad *Unguentum.*

Spielmannus commendat *Sevi Ovilli* Unc. 8. leni calore liquatis, ut addentur *Olei deſtillat. Laurini* Unc. 12. — *Olei Terebinth.* Unc. 1. — *Olei Succini* Unc. 1/2. omnia probe ſubigendi.

OBS. 2) Aliorum quorundam Diſpenſator. compoſitio eſt nimis compoſita.

Ph. Roſſica & *Pauper. Pragens.* ſuadet, *Unguentum nervinum* e — *Sevi Ovilli curat.*, Unc. 8. liquefactis, & ab igne remotis, adde *Olei Lauri* Unc. 12. — *Terebinthin. venet.* Unc. 1. — *Succini rectificati* Unc. 1/2. Mixta probe ſubigantur, donec refrixerit maſſa, & in unum coiit.

Suecica vero *Pharm.* praeſcribit *Unguent. nervin. camphoratum* e *Camphor.* Scrupul. 1. ſolvend. in *Olei Terebinthin.* Unc. 1/2. Cui addendae ſunt *Sal. volatil. Cornu Cervi* Drachm. 1/2. — *Semin. Carvi* Unc. 1/2. — *Ungu. nervin.* Unc. 1. — *Sapon. nigr.* Unc. 2. Miſcenda omnia probe ad *Unguentum.*

Ph. Herbipolit. ſuadet ad *Sebi* Unc. 24. — *Olei cocti Chamomill.* — *Majoran.* ana Unc. 14. —

Olei deſtillat. Roriſmarin. Unc. 2. Liqueſcendas inter ſe.

OBS. 3) *Riemer Unguentum nervinum* communicat ex *Unguent.* de *Althaea* Unc. 3. — *Olei Baccar. Lauri* expreſſ. Unc. 1. — *Olei deſtillat. Succin.* Drachm. 1. — *Salis volatil. Sal. ammoniac.* Unc. 1/2. Miſce fiat *Unguentum.*

OBS. 4) *Herold* ſuadet Herbae recent. *Abrotani,* — *Majorani,* — *Origani,* — *Menthae* criſpae, — *Pulegii,* — *Rutae,* — *Roriſmarin.* ana Unc. 6. coquend. in Axungia Suillae Libris 84. & *Sevi* Bovin. Libr. 36. ad humiditatis evaneſcentiam, filtrandi, & miſcendi probe *Olei Lauri.* Unc. 6.

OBS. 5) *Piepenbring* cupit Herb. recent. *Salviae* Unc. 6. — *Meliloti* — Flor. *Chamomill.* recent. ana Unc. 2. — *Olei Olivar.* Unc. 16. — *Terebenthin. venet.* Unc. 2. — *Cerae* citrin. Unc. 5. — *Olei Laurin.* Unc. 2. — *Terebinthin.* Unc. 1. — *Benzoes* in Unc. 3. *Spirit. Vini* rectificatiſſ. ſolut. Unc. 1. Miſcendi ad Unguentum.

OBS. 6) *Unguentum nervinum* Diſpenſ. *Fuldenſe* communicat ex *Axungiae porci* depurat. Unc. 3. — *Sevi cervini* purificat. Unc. 1. modico ſuper igne liquatis addantur *Olei Baccarum Lauri* preſſi Unc. 1. — *Succini* deſtillat. Unc. 1/2. — *Menth.* criſp. deſtillat. Drahm. 2. Maſſa ab igne remota ad refrigerium usque teratur, ad *Unguentum reſolvens, diſcutiens, roborans.*

UNGVENTVM NICOTIANÆ.

Rec. *Folior. Nicotian. inciſor.* Unc. 36. & ejus *Succi* Unc. 9. — *Axung. porcin.* Unc. 18. (cujus loco *Sapo venetus* magis confert.)

Per noctem macerata coquantur leni igne ad humiditatis conſumtionem: expreſſis & colatis adde

Reſinae Unc. 3. — *Cerae flav.* Unc. 1. & 1/2.
Pulver. Rad. Ariſtoloch. rotund. Unc. 3.

Miſceantur omnia accurate ad Unguentum.

USUS pro pellendis *ſcrophulis* ad *Iambert.* Ad *ulcera*, *tineam*, *ſcabiem* quoque commendat *Plenck*, & ad varia cutis *vitia.* *Ph. Herbipolit. Spielmann. Plenck.*

UNGVENTVM NVTRITVM.

Rec. *Aceti Saturni* l. *Lithargyrii* Unc. 12. Affunde *Olei Olivarum* Unc. 18.

Continue terendo in mortario ſtanneo l. marmoreo ad juſtam Unguenti conſiſtentiam redige. *Piderit. Plenck. Diſp. Fuldenſe.*

VIS magis *repellens*, quam Unguent. albi *ordinarii*, *refrigerans*, *exſiccans*.

USUS ad inflammatas partes, ſed majori cautione. Caeterum cum Ungu. albo mitiori conveniens, Ad *ambuſtiones*, cutis *excoriationes* - *ſcabiem* & vitia alia cutanea commendat. *Plenck.*

UNGVENTVM OPODELDOCH,

vide *Unguentum Saponatum.*

UNGVENTVM e PICE.

Rec. *Picis liquidae* — *Sevi Ovilli*, pondera aequalia. Liquentur ſimul, & calida adhuc colantur.

VIS *maturans*, & *ſuppurans*. *Ph. Edinb. Londinenſ.*

USUS ad tumores induratos in ſuppurationem vergentes.

UNGVENTVM POMATVM ſ. *Pomadinum.*

Rec. *Axungiae porcinae* Unc. 24.

Aquae Naphae — *Roſarum* ana Unc. 2.
Olei Citri Guttis 24.
Olei Lavendulae Gutt. 15.
— *Caryophyllorum* Gutt. 12. Miſce.

VIS *lubricans, demulcens, refrigerans. Piderit. Herold.*

USUS pro baſi aliorum Unguentorum, qua *lubricans;* caeterum poſt veſicatoria applicata, uti & ad *fiſſuras*, manuum *rhagades*, *haemorrhoides dolentes* eximie confert. *Piderit.*

UNGVENTVM POPVLEVM.

Rec. *Gemmar. Populi arbor. recent.* Unc. 24.
Axung. porcin. Unc. 60.

Miſceantur - conquaſſand. per aliquot dies, tum purum ſupernatans ad conſiſtentiam Unguenti coquatur, coletur, tingetur, quantitate ſufficiente ſolutionis, e *Radicis Curcumae* Drachmis 2. & *Indigo* Drachma 1. in Spiritus Vini quantit. ſuffic. conſtantis. (*Ro. Manheim.*)

VIS *externe refrigerans*, *emolliens*, *paregorica*, *demulcens.*

USUS ad *ambuſta; haemorrhoidum dolores;* ad *lac in mammis coagulatum diſſolvendum*, linteis impoſitum; & in *febribus*, ſi temporibus, plantis pedum & pulſibus manuum applicetur, *ſomnum* conciliare perhibent.

OBS. 1) *Ph. Würtenb.* praeſcriptio magis eſt compoſita, e variis non tam valde hic proficuis & efficacibus conſtans partibus.

Oculorum ſ. *Gemmarum Populi arboris recentium* Unc. 18. contuſis & maceratis in *Pinguedin. Porcinae* Unc. 48. donec ſequentes

Herbae per aeſtatem colligi poſſunt, *Cymarum* nempe *Rubi,* — tenerrimarum Folior. *Papaver. albi,* — *Hyoſciami* — *Bardanae* cum Radicibus *Solani* — *Lactucae*, Herbar. *Violariae* ana Unc. 3. — *Sempervivi major.* Unc. 4. *Sempervivi minoris* Unc. 3. contuſis, miſceatur cum *Oculi Populi,* & pinguedine, coquantur tum leni igne ad humiditatis conſumtionem, colentur & exprimantur.

Ph. Herbipolit. eandem communicat compoſitionem compoſitam.

Herold ſuadet tantum *Gemmas Populi* arboris, Unc. 36. — Folia *Solani,* — *Hyoſciami*, ana Unc. 6. coquend. in *Axung. porcin.* Unc. 48. — Si color non ſatis virideſcit, tum exaltat eum radix *Curcumae* & *Indigo.*

OBS. 2) *Varia alia* quoque praeparari poſſunt *remedia proficua*, e *Gemmis Populi* arborei ad *Elwert*; uti *Eſſentia Populi balſamiferae;* ſi *Gemmar. Populi arborei* Unc. 2. inciſis affundentur *Spiritus Vini* Unc. 4. in loco calido digeruntur, exprimuntur, filtrantur per chartam emporeticam: quo acquiritur *Eſſentia* fuſco-flava-odorata-balſamica, in loco temperato bene aſſervanda.

Balſamus Populi balſamiferi acquiritur, ſi leni igne *Spiritus* ſuperior. Eſſentiae deſtillatur, ad reſidui conſiſtentiam mellagineam, quod eximium exhibet Balſamum. *Spiritus Vini* acquiſitus egregium exhibet Spiritum Balſami l. per ſe, l. ad Eſſentiae ſuperioris praeparationem eximie conferentem. *Erhart.*

Butyrum Populi balſamiferi praeparatur e Gemmis *Populi balſamiferi* part. 1. & *Butyri in-*

ſulſi recentis part. 2. tamdiu incoquendis in vaſculo ſtanneo leni igne ad humiditatis omnis conſumtionem, quo fluidum tum filtratur, & bene clauſum aſſervatur.

Si in forma liquidiore requiritur, ad tenuiorem formam commode poteſt redigi, addito *recenti Oleo Amygdalarum.* Pari modo ad formam *Cerati* poteſt redigi, quantitate ſufficiente *Cerae flavae.* *Erhart.*

Eclegma balſamicum paratur e *Mellis puri* partibus 3. quae probe conterendae ſunt in mortario ſerpentino cum parte una *Balſami Populi balſamiferi*, quod in vitro probe clauſo aſſervandum eſt. *Erhart.*

OBS. 3) *Diſp. Fuldenſis* compoſitio eſt valde ſimplex, ex *Oculorum Populi* recent. Unc. 12. — *Axungiae Porci* depurat. Unc. 36. — Conquaſſata & probe mixta ſervetur ad aeſtatem usque, ut tunc addi poſſint *Foliorum* recent. *Hyoſciami* — *Solani* ana Unc. 4. — *Porri* domeſtic. Unc. 6. — conciſa & contuſa miſceantur cum maſſa ſupra dicta, & coquantur leni ſuper igne ad ſuperfluae humiditatis evaporationem, quo dein maſſa ab igne remota adhuc calida per pannum laneum prematur, ac refrigerata ſervetur.

UNGVENTVM REGIVM,

vide *Unguentum Baſiliconis.*

UNGVENTVM ROSARVM SIMPLEX,

ſ. *Unguentum Simplex Londinenſe.*

Rec. *Axungiae porcinae albiſſimae* Unc. 12.

Laventur ſaepe *Aqua Roſarum* qu. ſuffic. odo-

ratiſſima, ad albiſſimum & odoratiſſimum Unguentum, cui adde

Olei Ligni Rhodii ſ. *Lavendulae* ſ. *Citri* Guttas 12. miſcendas probe ad Unguenti formam. *Ph. Würt. Auſtriac.*

VIS *refrigerans, leniens, emolliens, demulcens, coſmetica.*

USUS ad capillos & capillamenta inungenda, quo pulvis ex *Amylo* facilius adhaereat.

Ad *Excoriationes, & fiſſuras cutaneas*, & ad decorem cutis conciliandam. *Plenck.*

Unguento pomato ſubſtituitur qua *demulcens.*

OBS. 1) *Ph. Suecica* communicat ex *Adipis Suillae* recent. qu. plac. continue inſtillando *Aquam Roſae*, ſubige piſtillo ligneo, donec *Adeps* niveam habeat albedinem.

Ph. Brunſuicens. - Roſſica - Londin. communicant. *Unguent. Roſac.* vulgo Pomatum, ex *Axung. porcin. albiſſ.* & cum *Aqua Roſarum* l. communi lotae Unc. 12. — *Olei Lavendulae* l. *Olei Ligni Rhodii* — *Bergamott.* ana Gutt. 12. miſcendas ad *Unguentum.*

Ph. Herbipolit. Olei Ligni Rhodii ſuadet tantum ad *Adipem ſuillam.*

OBS. 2) *Plenck Unguentum Roſatum* praeſcribit ex *Axungiae porcinae* in *Aqua Roſar.* ſaepius lotae Unc. 12. — *Aquae Roſar. fragrant.* Unc. 3. — *Aquae Naphae* — *Spiritus Roſarum* ana Unc. 1/2. — *Olei Lavendulae* Drachm. 1/2. — *Ligni Rhodii* — de *Cedro* ana Gutt. 16. miſcendas accurate.

OBS. 3) *Diſpenſ. Fuldenſe* ſuadet *Axungiae Porci* depurat. Unc. 32. contundantur & terantur

cum *Aquae Roſarum* Unc. 4. ad perfectam mixtionem, leniſſimo tum ſuper igne liquatae, & ab igne remotae ſtent per aliquot tempus, donec Aqua fundum petierit, tunc vero Aqua decantetur, Axungia vero diligenter teratur, donec ferme refriguerit, inſtillando tunc *Olei Corticum Citri* deſtillati Gutt. 20. terantur adhuc ad perfectam mixtionem, & refrigerationem.

UNGVENTVM ſ. LINIMENTVM *Saponaceum*, ſ. *Opodeldoch.*

Rec. *Saponis veneti* Unc. 2.

Olei deſtillat. Baccar. Lauri Unc. 1. Cui quidam *Olei Lumbricorum* addunt, qua ſuperfluum; Igne liquefactis & mixtis adde poſt refrigerium.

Spiritus Salis Ammoniaci volatil. cum *Calce viva parat.* Drachm. 2.

VIS *reſolvens* potenter. *Ph. Würtenb.*

USUS in *tumoribus* tam *inflammatoriis*, quam *frigidis-arthriticis*, in *pleuritide*, linteo cerato l. tenui corio extenſum, omnibus 12. horis imponendum eſt.

OBS. *Ph. Herbipolit.* compoſitio conſtat e *Sapon. venet.* Unc. 6. — *Olei deſtillat. Baccar. Juniper.* Unc. 1. — *Sem. Eruc. trit.* Drachm. 6. Miſcenda omnia ad Unguenti formam.

UNGVENTVM SATVRNINVM *Goulardi.*

Rec. *Sachari Saturni* Uncias 1. & 1/2.

Cerae albae Uncias 3.

Olei Olivarum Unc. 12.

Liquata miſce ſub continuo motu, ad refrigeſcentiam.

VIS

VIS externe *refrigerans, repellens, reſolvens, discutiens, exſiccans.*

USUS cum Unguento nutrito conveniens, ad ſananda varia *ulcera cutis. Ph. Edinb. Guy. Pfingſt.*

OBS. 1) *Mellin* praeſcribit: *Aquae commun.* Unc. 48. — *Extr. Saturni* Unc. 2. — *Sapon. venet.* raſi Unc. 18. ad ignem ſolutis adde *Camphorae* Drachm. 1. miſce Uſui.

Ph. Suecic. Unguentum ſaturninum conſtat e *Cerae albae* Unc. 8. Liquefactis adde — *Olei Olivarum* Unc. 18. — *Acet. Lythargyr.* Unc. 8. Ab igne remota ſubige bacillo ligneo, ad plenariam mixtionem.

OBS. 2) Praeſcribit quoque *Pharm. Roſſica* — *Cerae* leni igne liquatae Unc. 10. — *Olei Olivarum* Unc. 18. — *Aceti Saturnini* Unc. 8. Subige ſpatula lignea, donec refrixerint omnia. Praeparari quoque poteſt e Mixtura *Aceti Saturni*, — *Lythargyrio*, — & *Oleo Olivarum.*

OBS. 3) *Diſpenſat. Fuldenſis* compoſitio ſimplex conſtat ex *Unguent. nutriti* Unc. 8. — *Sapon. alicantici* albi Unc. 4. modico ſuper igne evaporetur ſuperflua humiditas, tumque poſt ſufficientem maſſae, probe mixtae, evaporationem addatur — *Camphorae* Drachm. 1. miſceantur ad Unguentum.

UNGVENTVM ad SCABIEM ZELLERI, vide *Unguentum Mercuriale album.*

UNGVENTVM SVPPVRANS.

Rec. *Cerae citrinae* — *Reſinae* commun. ana Unc. 6.
Ceparum aſſatarum ſub cineribus, — —
liquefactis prioribus adde
Mellis crudi ana Unc. 36.

Saponis nigri l. *venet.* Unc. 6.

Coque leni igne ad humiditatis conſumtionem, tum exprime, & cola maſſam, denuo bene miſce, continuo ſub motu bacilli ope lignei, ad refrigeſcentiam, & plenariam mixtionem. *Piderit. Ph. Suecica.*

VIS & USUS conveniens cum *Unguento digeſtivo* compoſito acri, magis *irritans*, *digerens*, *maturans*, *emolliens*, ſuppurationem promovens.

UNGUENTVM E STYRACE.

Rec. *Olei Olivarum* Unc. 18.

Reſinae Elemi Gummi.

Cerae flavae ana Unc. 7. ſimul liquefactis & colatis adde

Styracis liquidae Unc. 7. Commixta ſubigantur, donec in unum coeant.

VIS *antiſeptica.* *Ph. Suecica.*

USUS *ſcopo antiſeptico* ad *ulcera putrida*, & *gangraenam humidam* & *ſiccam.*

OBS. *Ph. Herbipolit.* & *Plenck.* praeſcribunt *Styrac. liquid.* — *Olei Nucum.* — *Gummi Elemi* — *Cerae flavae* ana Unc. 3. — *Colophon.* Unc. 6. Mixta absque *Styrace*, leni igne liquefacta colentur, dein addetur *Styrax*, commoveatur bene ad refrigeſcentiam.

Ph. Auſtriac. communicat *Unguent.* de *Styrace* parandi e *Styrac. liquid.* — *Olei Nucum* — *Gummi Elemi* — *Cerae flavae* ana Unc. 3. — *Colophon.* Unc. 6. Mixta absque Styrace, & leni igne liquefacta colentur, tum admiſceatur *Styraci.* Agitenturque omnia, donec frigidum conſiſtat Unguentum, quod aſſervandum eſt.

UNGVENTVM DE UVIS, ſ. ad *Labia.*

Rec. *Succi Uvarum nigrarum minimarum,*
Aquae Roſarum fragrantis.
Butyri recentis, ana Unc. 16.
Cerae flavae odoratae Unc. 4.

Coquantur leni igne, in vaſe figulino, ſpumam ſub coctura, cochleari ligneo, ſemper auferendo, donec ſpumare deſierit, effundantur refrigerata. Unguentum ab adhaerentibus fecibus mundatum, denuo leniſſimo igne liquetur, & in patinas l. vaſa porcellanea, *Aqua Roſarum* antea humectata, effundetur, refrigeratum inter chartas, in ſcatula, loco frigido ſervetur.

VIS *refrigerans*, leniter *adſtringens.*

USUS ad *fiſſuras labiorum oris*, mammillarum papillas, *haemorrhoides* & *intertrigines.*

OBS. 1) *Ph. Auſtriac.* praeſcribit — *Butyri inſulſi recentis* Unc. 24. — *Succi Uvarum nigrarum* Unc. 3. Coquantur igne leni, donec humidum ſit abſumtum; dein cola & ſolve. — *Cerae citrinae* Unc. 8. refrigerato Unguento adde *Olei Corticum Citri* — *Bergamottae* ana Guttas 30. — *Pulver. Orleanae* Gran. 10.

OBS. 2) Addita Rad. *Anchuſae luteae* Unc. 1. colata fit *Unguentum rubrum.*

UNGVENTVM VESICATORIVM, ſ. *Epiſpaſticum*, ſ. *Cantharidum.*

Rec. *Pulver. Cantharid.* Part. 1.
Unguent. Altheae Part. 4. Miſce.

VIS externe *excitans*, *irritans*, *ſuppurans*, *rubefaciens*, *veſicatoria.*

USUS Empl. veſicatorii ſuccedaneum, ubi id non ubivis commode poteſt applicari.

OBS. 1) *Ph. Edinburg.* communicat *Unguent. Epiſpaſticum* ſ. *Veſicatorium* ex *Olei Olivarum* Unc. 12. — *Cerae flavae* Unc. 4. — *Reſinae albae* Unc. 2. — *Cantharidum* Unc. 1/2. Liquefiant leni igne *Cera* & *Reſina*, cum *Olei parte*, tum ab igne remotis, paulatim adde *Cantharides*, in pulverem prius tenuem, dein cum reliqua Olei parte tritas, aſſidue agitando, donec refrixerit Unguentum.

Eadem *Ph. Edinb.* & *Herbipolit.* communicant *Unguentum epiſpaſticum* mitius e *Cantharid.* Unc. 1. — *Aquae bullientis* Unc. 4 — *Axung. porcin.* — *Terebinth. venet.* ana Unc. 2. — *Cerae flavae*, — *Reſin. alb.* ana Unc. 1. Digere *Cantharides* in *Aqua* per noctem, non valide exprimendi, cola tum Liquorem, addita Axungia coque ad humoris aquei conſumtionem, tum adde Ceram & Reſinam, quibus liquefactis, & ab igne remotis *Terebinthinam* adde.

OBS. 2) *Ph. Londinenſis* compoſitio ita ſonat, ex *Axung. porcin. curat.* — *Empl. veſicator.* ana Unc. 1. leniſſimo igne ſimul liquefacta bene manant, donec penitus frigeſcant in Unguentum.

OBS. 3) *Ph. Pauperum Hamburg.* praeſcribit *Unguentum veſicatorium* e *Pulp. Cantharid.* Unc. 1/2. coquend. in *Aqu. font.* Unc. 4. ad remanentiam Unc. 2. cui Edit. nova ſuadet addend. *Ungu. baſilicon.* Unc. 2. coquendi iterum ad Liquoris conſumtionem. Cujus *Uſum* commendat praecipue ad ulcera ab *Emplaſtro veſicatorio* orta, per aliquot tempus in ſuppurationem conſervanda. *Plenck.*

OBS. 4) Quidam addunt pulver. tantum *Cantharid.* Drachm. 1. ad *Unguent. pomadin.* Unc. 1.

OBS. 5) *Riemer* ſuadet pulver. ſubtiliſſ. *Cantharid.* Drachm. 2. miſcendi *Unguent. baſilic.* Unc. 2.

OBS. 6) *Saunder Unguentum* ad *veſicata* communicat e *Cantharid.* contuſ. Drachm. 1. — *Opii* colat. Gran. 15. — *Aquae fontan.* Unc. 2. & 1/2. coquend. ad Liquoris filtrat. Unc. 3. quibus adde *Unguent. baſilic.* flav. Unc. 2. bulliant ſimul, donec tota humiditas evaporata eſt, tum adde materiae refrigeratae Camphorae, (Guttis aliquot *Olei Olivarum* ſolutae,) Drachm. 1. Miſce.

OBS. 7) *Diſpenſat. Fuldenſe* ſuadet tantum *Emplaſtri Veſicatorii* — *Axungiae Porci* depurat. ana Drahm. 1. Modico ſuper igne probe liquata miſcendi ad *Unguentum.*

Plura vide *Emplaſtrum veſicatorium.*

UNGVENTVM VOLATILE.

Rec. *Spirit. Sal. Ammoniac. ſubact.*
Olei Vitell. Ovor. ana part. aequal.

USUS ad *tumores cyſticos* & alios *frigidos* ſolvendos, uti & ad *lacteos* mammarum, & incipiens *panaritium.*

UNGVENTVM DE ZINCO.

Rec. *Florum Zinci* Drachm. 2.
Axung. Porcin. rec. depur. Drachm. 6. Miſce.

VIS *exſiccans*, *adſtringens*, *roborans*, *refrigerans*, *involvens.* *Ph. paup.*

USUS ad *ulcera* valde *manantia. Ph. paup. Hamburg. Fuldenſis.*

VINAIGRE DES QVATRE VOLEVRS, vide *Acetum antiſepticum* ſ. *cardiacum.*

VINVM AMARVM EDINBVRGENSE.

℞ec. *Radicis Gentianae* Unciam 1. & 1/2.
Corticis Peruviani Unciam 1.
— — *Aurantiorum recent.* Drachm. 2.
Cortic. Winterani Drachm. 1. Infunde in
Spiritus Vini tenuioris Unc. 4. Refrigeratis adde
Vini albi hiſpanici Unc. 24.

Poſt macerationem 14. dierum filtretur Liquor.

VIS *ſtomachica*, *tonica*, *roborans.*

USUS ad *roborandum ventriculum* cochleatim; ſupplet *Tincturas ſtomachicas.*

OBS. *Ph. Londin.* ſuadet *Radicis Gentianae* — *Flavedinis Corticum Limonum recent.* ana Unciam 1. — *Piperis longi* Drachmas 2. — *Vini albi* Unc. 24. Macera ſine calore, & cola.

Pharmacopoea Suecica communicat compoſitionem *Corticis Aurantii* Drachmas 6. — *Radicis Gentian. rubrae* Unc. 1. — *Piperis nigri* Drachm. 1/2. — *Vini hiſpanici* Unc. 12. Digere per triduum, dein cola.

VINVM ANTIMONII HVXHAM, ſ. *emeticum*, vide *Aqua benedicta Rulandi.*

OBS. 1) *Piepenbring* communicat praeparationem e *Tartar. emetic.* Gran. 8. — *Vini Moſchati* optimi Unc. 4. Miſce. *Doſis* guttatim confert.

OBS. 2) Ad praecipua, inquit *Piderit*, *vomitoria* ex Antimonio pertinet, quod non ſolum raro incaſſum adhibetur, non tam facile quoque alvum operatur, uti alia *emetica;* paulo fortioribus emeticis adnumerandum eſt. — *Infantibus enim* 1. anni, & infra Guttae 6 — 10 — 15; bienni - triennibus — 40; & infantibus 4 — 5 — 6. annorum ad Drachm. 1. Majores annorum 12. Drachm. 2 — 4. Adultis Unc. 1. & 1/2. robuſtioribus pituitoſis 2. ſenſim ad nauſeam aſcendendo, hinc in *infantibus* ultra annum a Gutt. 2. — biennibus a Gutt. 4. in adultis a Guttis 20 — 30. incipiatur, & ſemel in die ſenſim addita Gutta augenda exhibeatur.

Caeterum in minori Doſi continuato uſu exhibet *purgans haemocatarcticum*, *alterans*, *reſolvens;* praecipue quidem in morbis *exanthematicis* tam chronicis, quam retrogreſſis; in *viſcerum obſtructionibus*, ſanguinis *impuritatibus*, in *ſcabie*, *tinea*, *facie*, variis maculis defoedata, *rachitide*, *atrophia*. *Piderit*.

OBS. 3) *Vinum antimoniatum* ſ. *Eſſentia Antimonii Huxham* paratur ad *Ph. Suecic.* — *Roſſicam* — *Piderit* — *Spielmann* — e *Vitro Antimon. pulveris.* Unc. 1 infuſis *Vini hiſpanici* Unc. 24. Digere per 12. dies, phialam ſaepius agitando, Liquorem tum per aliquot dies quiete conceſſa, decanta caute, & per chartam bibulam albam filtratum, in vitro bene clauſo aſſervetur, qua *reſolvens*, *haemocatarcticum* pueris ad Gran. 20. adultis ad Gran. 60. qua *emeticum* pueris ad Unc. 1/2. adultis ad Unc. 1. & 1/2.

OBS. 4) *Herold* ſuadet *Croci Metallorum* Unc. I. — *Vini hiſpanici* albi Unc. 18. caeterum uti ſupra.

Ph. Londinenſis ſuadet tantum *Antimon.* vitrificat. pulveriſat. Unc. I. — *Vini albi* hiſpan. Unc. 18. digerendi per 12. dies, ſaepius movendi, & per chartam colandi.

VINVM CHALYBEATVM.

Rec. *Limatur Ferri* Unc. 4.

Cinnamomi — *Flor. Macis* ana Unc. 1/2. pulveriſatis & mixtis infunde

Vini Rhenani Unc. 48. Digere per menſem in vaſculo clauſo, tum filtrantur.

Ph. Londin. Suecic. Danic. Würt. Pfingſten.

VIS *tonica, roborans, aperiens, anticachectica.*

USUS ad *roboranda viſcera* abdominis, & vaſcula *chylopoetica* per cyathus ſumendum. In *chloroſi, ſcorbuto. Doſis* cochleatim.

OBS. 1) *Vinum chalybeatum Danorum* conſtat e *Limatura Ferri* Unc. 4. — *Cinnamomi* — *Macis* ana Unc. 1/2. craſſiuſcule contuſa, mixta, infuſa cum *Vini Rhenani* Unc. 48. Digere per menſem cum motu perpetuo, in vaſe clauſo, tum cola.

OBS. 2) *Vinum chalybeatum ſimplex Pharm. Brunſuicenſ.* conſtat e *Limaturae Martis recentis* Unc. 2. in phiala alta adfundentur, — *Vini rhenani generoſiſſimi* Unc. 24. Digerantur per tres - quatuorve dies, phialam interea ſaepius agitando. Per 24. dein horas adhuc quieſcant, & colentur.

OBS. 3) *Vinum chalybeatum compoſitum Pharm. Brunſuic.* conſtat vero e *Limatura Martis* non rubiginoſae Unc. 3. — *Corticis Peruviani* — *Winterani* ana Unc. 2. — *Caryophyllorum* Drachm. 1. Redigantur in pulverem, & infundantur — *Vini albi* Unc. 48. Stent ſimul in vaſe obturato per triduum, additis *Elixirii acidi Halleri* Drachmis duabus; dein ſuper cineres calidos per noctem digerantur, Colaturae admiſceantur *Spiritus Vini* Unc. 4.

OBS. 4) *Riemer* commendat *Limatur. Martis* puriſſimae Unc. 1. — *Succi Citri* Unc. 2. ſtent per noctem, adde Rad. *Gentian.* rubr. Unc. 1/2. — *Clavell. Cinnamom.* Drachm. 2. — *Vini* alb. gallic. Unc. 16. digere & cola.

DOSIS vaſculum dimidium bis- terve in die.

OBS. 5) *Diſpenſ. Fuldenſe* cupit tantum *Limaturae Martis* puriſſimae, Unc. 1. — Radic. *Gentian.* rubr. Unc 1/2. — Cortic. *Canellae* albae contuſ. Drachm. 2. — *Vini rhenani* Unc. 12. digerendi per 3. dies, tumque *Vinum* provide decantandi.

VINVM CYDONIORVM.

Rec. *Succi Cydoniorum depurati* Unc. 12.
Sachari albi Unc. 2—3.

Immitte in phialam vitream, charta leviter obturatam, relinque per aliquot dies. Fermentatione dein peracta filtrata, ſervetur in vaſe vitreo pleno minoris voluminis, ſuperfuſo *Oleo Olivarum.* *Ph. Auſtriaca.*

USUS ad *Mixturas* & *Julapia*, ad *potum* ſuavem reficientem, *Aqua* dilutum.

OBS. Pari modo paratur *Vinum Rubi Idaei* valde ſuave, reficiens.

VINVM EMETICVM,

vide *Aqua benedicta Rulandi.*

OBS. 1) Paratur quoque e *Tartar. emet.* Scrupul. 4. cum *Vini* malagens. l. alius Unc. 24. mixtis, ſolutis, filtratis.

OBS. 2) *Thom. Guy* & *Saunder* ſuadent *Vinum emeticum* e *Tartari emetici* Scrupul. 3. — *Aquae bullientis* Unc. 3. — *Corticum Limonum recent.* Drahm. 2. — *Vini albi* Unc. 8. Stent ſimul per horas 12. dein filtretur Liquor, & ſervetur uſui, ſcopo *emetico.*

DOSIS Gran. 60. ex *Aquae* purae Cochlear. 1. omni quadrante horae, donec vomitus l. alvus evenit.

Ph. Suecic. praeſcribit *Vinum emeticum* e *Rad. Ipecacuanh. contuſ.* Drachm. 6. — *Vini hiſpanici* l. alius Unc. 6. Macera per triduum, dein cola.

Pharm. Edinb. Vinum vulgo, loco *Tincturae Ipecacuanhae* commendat, & quidem *Radicis Ipecacuanhae* Unc. 1. — *Cort. Aurant.* Unc. 1/2. — *Vini albi hiſpanici* Unc. 18. Stet Infuſio frigida per aliquot dies, & coletur.

VINVM MARTIALE ROBORANS.

Rec. *Limatur. Martis* Drachm. 2.
Rad. Calam. arom. — *Enul.* vel
Folia *Sennae* elect. Drachm. 1. & 1/2.
— *Cichor.* ana Drachm. 1.
Flavedin. Cort. Aurant. Drachm. 3.

Infund. in *Vini Rhenani* ſ. electi genuini Unc. 24. poſt digeſtionem filtra.

VIS & USUS e nomine patet.

DOSIS Mane & ad veſperam Vitrum unum plenum mediae magnitudinis.

VINVM SCILLITICVM RICHART *de Hautenſierk.*

Rec. *Scillae* Unc. 1. — *Cort. Aurant.*

Calami aromatic. ana Drachm. 2.

Infunde cum *Vini albi* Unc. 24. digere per triduum, Colatur. adde *Oxymell.* ſcillitic. Unc. 2.

Cujus *Uſum* praecipue commendat in *morbis chronicis*, *hydrope*, *oedematibus* &c.

Remedium *Scilla* eſt, modo non adſint *ſeri inflammatio*, *ſpaſmus* vehemens, & *ſcirrhi exulcerati*. — Addita Aromata & Vinum efficiunt, ne ventriculi imbecillitatem Scilla producat, ejus uſum aliter facile inſequentem.

DOSIS Cochlear 1. ter-quaterve de die.

OBS. 1) *Vinum ſcilliticum Keupp* conſtat e *Scillae* rec. Drachm. 3. — *Cinnamom.* Drachm. 5. infundend. in *Vini rhenan.* generoſi Unc. 18. Stent per 24. horas in digeſtione calida, Colatura edulcoretur *Syrup. Cortic. peruvian.* Unc. 7. — *Doſis* ter- quaterve per diem Cochlear. 1.

VIRIDE ÆRIS PRÆPARATVM,

vide *Ærugo.*

VITRIOLVM ALBVM PVRIFICATVM.

Rec. *Vitrioli albi* ordinarii Unc. 12.

Aquae fervent. Unc. 24.

Coque invicem ad *Vitrioli* ſolutionem, ſolutioni adde

Zinci raſi Drachm. 6.

Digerantur per 6. horas calide, quo facto Liquor clarus a ſubſidentia decantatus, & ad cuticulam evaporatus, in loco frigido ad cryſtalliſandum reponatur, cryſtallique ſic obtentae & ſiccatae ſerventur.

VIS *interna*, *emetica*, cito agens; *externa adſtringens*, *repellens*.

Datur *interne* a Gran. 1—3. ubi cito *emeſis* indicatur. *Ph. Fuldenſis.*

VITRIOLVM MARTIS, ſ. SAL MARTIS *Riverii artificiale.*

Rec. *Limatur Martis* Unc. 12. ſuperfundentur.

Acidi ſ. *Spiritus Vitrioli*, tripla.

Aquae fontanae quantitate diluti, Unc. 12.

Digerantur in loco calido, ad effervescentiae ceſſationem, Liquor filtratus ad pelliculam inſpiſſatus, in frigido exhibet Cryſtallos viridiuſculas, probe exſiccandas. *Ph. Würt. Piderit.*

VIS *reſolvens*, *adſtringens*, *attenuans*, *roborans*, *tonica*, *aperiens*, & hinc *anthelmintica*, *anticachectica.*

USUS ad *nonnullas praeparationes pharmaceuticas.* *Interne* artefactum praefertur, ob latentes quas-

dam adhuc partes Cupri nocivas, in non artificiali obvias, ad Uſum in *lumbricis* latis, *cachecticis*, *dyſentericis*, in *menſium vitiis*; in *hydropicis* poſt Aquarum evacuationem, quovis die Grana quaedam, cum pauco *Sacharo* e *Vino* l. *Aqua*, hora ante prandium; in *obſtructionibus viſcerum abdominis*, in eorum *atonia*, poſt *febres intermittentes*; in *malo hypochondriaco*; *haemorrhoid. mucoſis*; *viis lymphaticis obſtructis*; *cachexia*, in *atrophia, rachitide* infantum Gran. 4 - 5. in potu ordinario cum *Sacharo*; adultis vero Gr. 20. *Externe* ad *haemorrhagias* ſiſtendas.

DOSIS Granum 1 — 15. in robuſtis.

OBS. 1) *Limatura Martis* a pharmacopoeo probe debet eſſe a quisquiliis *Cupri*, *Aurichalci*, depurata, ne *vomitum* & alia excitet *mala*.

Göttling tres praeparandi modos communicat,

a) Si *Vitrioli Ferri* qu. plac. coquitur in aheno ferreo, cui Limaturae Ferri, ſ. particulae Ferri quaedam addi poſſunt, in qu. ſuffic. *Aquae*, tamdiu, donec culter ſ. aliud Ferrum politum, in Lixivio *Vitrioli* calens immiſſum, minime oblinitur particulis *Cupri*: Quale Lixivium filtratur, ſucceſſive inſpiſſatur & cryſtalliſatur. vel

b) Si in vaſculo terreo amplo *Limaturae Ferri* Libris quibusdam affunditur ſucceſſive *Oleum Vitrioli anglicum* — *Aqua dilutum* l. reſiduum a *Liqu. anodyn. miner. Hoffmann.* tamdiu, donec non amplius efficiat in Ferrum. Qualis miſtura tum Aqua excoquitur, filtratur & cryſtalliſatur; aëris inflammabilis magna pars avolat in hac ſolutione Ferri, hinc ignis ſemper caute avertendus eſt.

c) Si *Sulphuris* & *Limaturae Ferri* non rubiginoſae partes aequales, Aqua humectatae, per quasdam ſeptimanas vaſculo figulino immiſſae, excoquuntur, in aheno ferreo, tum filtrantur, & fluidum cryſtalliſatur.

OBS. 2) *Ph. Würt. nova Edit.* communicat quoque, quomodo detegatur, an *Ferrum* a *Cupreis* & *Aurichalci* partibus probe depuratum ſit. — Solve nempe hujus *Vitrioli* Drachm. 1. in *Aquae commun.* Unc. 1. ſi huic ſolutioni cultrum, politura ſplendentem, immittis, neque hic inde colorem rubicundum induit, Ferrum, ex quo Vitriolum paratum fuit, purum fuiſſe teſtatur; ſin culter rubicundam ſuperficiem acquirit, Limaturam tunc adhibitam *Cupri* vel *Aurichalci* partibus inquinatam fuiſſe indicat.

OBS. 3) *Ph. Brunſuic.* ſuadet *Limatur. Martis* — *Olei Vitrioli* ana Una. 12. in *Aquae fontan. puriſſ.* Unc. 36. antea dilut. digerantur ad perfectam ſolutionem, filtrata inſpiſſantur, ad cryſtalliſationem.

OBS. 4) *Piepenbring* iſtam methodum qua optimam commendat, qua partes ejus eſſentiales propriae accurate & intime uniuntur; Librae quaedam *Limaturae Ferri* immittuntur: hinc vaſculo amplo figulino, quibus tum ſucceſſive ſuperinfunditur *Oleum Vitrioli dilutum*, usque dum nulla amplius ſolutio obſervatur, mixtura haec *Aqua communi* excoquitur, filtratur, & cryſtalliſatur.

Loco *Olei Vitrioli* adhiberi quoque poteſt *Reſiduum* e *Liquore anodyno minerali Hofmanni*, l. *Naphtha Vitrioli.*

OBS. 5) *Keup* ſuadet *Limaturae Ferri* pur. Unc. 6. — *Acidi vitriolici* Unc. 8. — *Aquae fontan.* Unc. 24. miſcendi, & peracta effervescentia ſtet Mixtura aliquamdiu ſuper arenam calidam, Liquorem effuſum per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem ſepone, ut Cryſtalli formentur.

OBS. 6) *Herold* ſuadet praeparationem *Vitrioli Martis* e *Limatur. Martis* ſubtiliter pulveriſat. Unc. 4. vaſculo vitreo l. ferreo immiſſis, adde Mixturam ſucceſſive conſtantem ex *Aquae commun.* Unc. 24. ſucceſſive prius ſolutis *Olei Vitrioli* Unc. 4. poſt plenariam effervescentiam repone per quoddam tempus in balneo arenae, ad ſolutionem Metalli plenariam. Solutionem, adhuc calidam filtra, Lixivium tum inſpiſſa ad cuticulam, quo tum Cryſtalli elegantes oriuntur, in loco frigido poſiti. Decantatum a Cryſtallis uti antea inſpiſſatur ad cryſtalliſationem; Omnes hi Cryſtalli probe collecti, chartae probe ſunt exſiccandi, in loco umbroſo. Caute attendendum eſt ad vapores ſulphureos, in ſolutione exhalantes, leviter ſeſe inflammantes ignis admotu, ſ. flammae; *Reſiduum* confert quoque ad *Liquorem anodynum.*
Herold.

OBS. 7) *Diſpenſat. Fuldenſe* hancce methodum communicat omnibus cum cautelis neceſſariis accurate deſcriptum. Rec *Aquae fontan.* purae Unc. 12. ſucceſſive huic & provide inſtillentur *Olei Vitrioli nordhuſani* Unc. 4. Mixta immittantur in vas vitreum, eisque ſucceſſive & partitis vicibus ingerantur *Limaturae Martis purae* non rubiginoſae Unc. 12.
Mixtura haec per duodecim horas digeratur

modico calore, tumque videatur, an omnis efferveſcentia ceſſaverit, & adhuc aliquid Limaturae non ſolutae, in fundo vaſis jaceat; ſi utrumque *nempe*, *& efferveſcentiae ceſſatio, & Limaturae non ſolutae praeſentia* obſervetur decantetur Liquor, filtretur, & ad cuticulam evaporatus in loco frigido ad cryſtalliſandum reponatur. — Si vero omnis Ferri Limatura ſoluta ſit, Mixturae tum de novo ingeratur—*Limaturae Martis purae* Drachm. I. & digerantur ad ceſſationem efferveſcentiae; quodſi nunc & haec Limaturae portio omnis ſoluta ſit, nova talis Liquori ingeratur, & quidem eo usque, donec ultima Limaturae ingeſtae portio a Liquore non amplius ſolvatur; tumque demum ſolutio percolata in vas ferreum infundatur, & adplicetur ei gradus caloris proxime accedens ad calorem ebullitionis, hunc tamen nondum perfecte attingens; quamprimum vero in ſuperficie Liquoris cuticula adpareat, ſive parvae Cryſtalli naſcantur, Liquor ab igne remotus quiete reponatur in loco frigido, & brevi naſcentur Cryſtalli rhomboidales viridis coloris, ſaporem ab initio amarum, poſtea vero dulciuſculum, & acrem exhibentes: hae Cryſtalli exemtae intra chartam bibulam duplicatam ſine calore ſiccentur, & in vaſis bene clauſis adſerventur: Liquidum vero a cryſtalliſatione relictum, modica Aquae purae quantitate dilutum, & ad cuticulam evaporatum, de novo ad cryſtalliſandum reponatur; hicque labor toties reiteretur, quoties adhuc Cryſtalli virides obtinentur, quae uti priores Cryſtalli ſiccandae & adſervandae ſunt.

VITRIO-

VITROLI NAPHTHA, vide *Naphtha Vitrioli.*

VITRIOLVM VENERIS.

Rec. *Cupri limati* Part.. 1.

Cui adfunde in cucurbita vitrea

Olei Vitrioli optimi Part. 4.

In balneo arenae evaporet ad ſiccitatem usque. Refrigeratae maſſae adfundetur *Aquae tepidae* ſufficiens quantitas, ut maſſa ſalina ſolvetur, ſolutio filtretur, vaporet debite, & reponatur ad cryſtalliſandum, cryſtalli coeruleae ſerventur, reliquus Liquor ulterius evaporet, &, quousque Cryſtalli concreſcunt, ad cryſtalliſationem ut prius reponatur. *Ph. Auſtriac.*

USUS ad *vermes, epilepſiam, maniam, animi morbos.*

OBS. *Haſſe* praeſcribit *Cupri* cum *Sulphure* mixti, in crucibulo tecto, igne leni in *Aqua* ſoluti & cryſtalliſati.

VITRVM ANTIMONII SIMPLEX.

Rec. *Antimonii crudi* pulveriſati quantum placet.

In vaſe terreo plano, non vitreato, ſub continuo motu, bacilli ope terrei, l. fiſtula tabaci continuo calcinetur, igne leniſſimo, ne in grumas confluat, ita, ut perpetuo ſulphurei vapores adſurgant, quin tamen maſſa fluat. in hoc autem labore, & ignis gradu perſiſtatur, donec ceſſantibus ſulphureis vaporibus Antimonium, in calcem griſeo-viridem ſit converſum, (quod ſi contigerit, maſſa de novo pulveranda eſt,) iterumque perpetuo ſub motu in calcem eſt redigenda.

Hanc Calcem non *gryſei* coloris, *Sulphur* non redolens, in crucibulo exacte tecto terreo, ab omni Marte libero, (ſollicite cavendo ab illapſu cujuscunque rei inflammabilis,) & ne crucibulum findatur, & vitrum nigrum evadat, igne validiore in furno anemio redige in maſſam, inſtar *Aquae* aequabilem fluentem, dein effundendam in pelvem aeneam planam calefactam, quam primum maſſa fluens colorem pellucidum adquiſiverit, & quidem ſatis tenuiter, quo in Vitrum concreſcet diaphanum eximie, *Hyacinthini* coloris, ex flavo-rubrum, poſt refrigerium, quod in fruſta comminutum uſui ſervandum eſt. *P derit.*
Ph. Auſtr. Suec. Fuldenſ.

Fuſionis peractae ſignum eſt, ſi maſſa in crucibulo detenta, apice virgae ferreae excepta, transparens, laevis & aequalis apparet.

